Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

QVERELA PACIS VNDIQVE GENTIVM EIECTAE PROFLIGATAEQVE.

AVTORE ERASMO ROTERODAMO.

Cum quibuſdam aliꝭs, quorũ catalogum proxima repe/ries pagella.

APVD INCLYTAM GERMANIAE BASILEAM.

INDEX IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

Des. Eraſmi Rot. Querela pacis undiq; eiectæ, profligatæq;.
Eiuſdem Declamatio de morte.

EX LVCIANO QVAEDAM RECENS AB ERAS. ROTERODAMO VERSA.

Saturnalia Luciani.
Cronoſolon, id eſt, ſaturnalium legum lator.
Epiſtolæ ſaturnales.
De luctu.
Abdicatus.
Icaromenipp⁹, ſeu hypernephelus.

ANTEA TRALATA, SED NVPER RECOGNITA AB EODEM.

Toxaris, ſiue de Amicitia.
Alexãder, qui & Pſeudomãtis.
Gallus ſeu ſomnium.
Timon, ſeu Miſantropus.
Pro tyrannicida declamatio.
Declamatio Eraſmica ſuperiori reſpondens.
De ijs qui mercede cõducti degunt.
Cnemõis ac Damippi dialog⁹.
Zenophantæ & Callidemidæ dialogus.
Menippi & Tantali dialogus.
Menippi ac Mercurij.
Menippi, Amphilochi, Trophonijq;.
Charontis ac Menippi.
Cratetis ac Diogenis.
Nirei ac Therſitæ.
Diogenis ac Mauſoli.
Simyli ac Polyſtrati.
Veneris ac Cupidinis.
Martis ac Mercurij.
Mercurij ac Maiæ.
Veneris ac Cupidinis rurſum.
Doridis & Galateæ.
Diogenis & Alexandri.
Menippi & Chironis.
Menippi & Cerberi.
Hercules Gallicus.
Eunuchus ſeu Pamphilus Luciani.
De ſacrificijs.
Conuiuium, ſeu Lapithæ.
De aſtrologia.

THOMAE MORI CIVIS LONDINENSIS ET VICE COMITIS LVCVBRATIONES.

Luciani Cynicus uerſus.
Luciani Menippus ſiue Necromantia.
Luciani Philopſeudes ſeu incredulus.
Luciani tyrannicida.
Declamatio Mori, Lucianicæ reſpondens.
VTOPIA Thomæ Mori nouum & inſigne opus.
Epigrãmatũ liber, quæ ptim Morus & Lilius e græcis uertẽrũt, partim ipſe luſit Morus.
Epigrammata Eraſmi.

CLARISSIMO

PRAESVLI TRAIECTENSI PHILIPPO, ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

GRATVLARER tibi Philippe præsul, non minus uitæ ornamentis, ꝙ̄ summorū ducum imaginibus dariſſime, quod tāti muneris honore ſis auctus, ni compertum haberē, quam inuitus ſuſceperis, quamq; grauate optimi maximiq; principis CAROLI autoritate fueris adactus, cuius alioqui charitati nihil non eras daturus, Atq; hæc ipſa res ſpem nobis certiſſimam facit fore, ut cū laude perfungaris ſuſcepto, quādoquidem Plato uir exquiſitiſſimi, planeq; diuini iudicij, non alios exiſtimat ad rempublicam gerendam idoneos, ꝙ̄ eos qui huc nolentes pertrahuntur. Auget autem noſtram de te fidutiam, quoties in mentem uenit, & cui tu ſuccedas fratri, & quo patre ſitis ambo profecti. Nā Dauid uir eruditus iuxta ac prudens, permultis annis ſic locum iſtum tenuit, ut ſuis ornamentis, plurimum ſplendoris ac dignitatis addiderit ipſi muneri, per ſe licet ampliſſimo. Multis modis magnus ac ſuſpiciendus, ſed in hoc præcipue ſalutaris

reipublicæ, quod nihil ducebat antiquius ſibi, pace publica, hac quoq; in parte patrẽ PHILIPPVM Burgundiæ ducem referens, uirum nulla non re maximum, ſed tamẽ pacis artibus, cum primis inſignem, & æternæ hominum memoriæ commendatum. Qui tibi hoc etiam impenſius erit exprimendus, non tantum ut filius patri, ſed ut PHILIPPVS Philippo reſpondeas. Intelligit iam dudũ tua prudẽtia, quid abſte populus uniuerſus expectet. Triplex onus humeris ſuſtines, patris exemplum ac fratris, tum horum temporum fata, (quid eñ aliud dicam?) neſcio quomodo ad bellum pertrahẽtia. Vidimus ipſi nuper, ut quidã amicis quã hoſtibus grauiores, nihil intẽtatũ reliquerint, ne bellorũ aliquando finis eſſet, rurſus ut uix expreſſerint alij, qui reipu. principiq; ex animo bene uolũt, ut pacem cum Francis ſemper optandã, hiſce uero temporibus etiam neceſſariã amplecteremur. Cuius ſane rei indignitas mouit animũ meum, ut tũ pacis undiq; profligatæ querimoniam ſcriberem, quo nimirum hac ratione, iuſtiſſimum animi mei dolorem, uel ulciſcerer, uel lenirẽ. Libellũ ad te, ceu primitiolas nouo epiſcopo debitas, mitto, quo diligentius tueatur tua celſitudo pacem utcunq; partam, ſi non patiar eam obliuiſci quãto negocio nobis cõſtiterit. Bene Vale.

QVERELA PACIS VNDIQVE GENTIVM EIECTAE PROFLIGATAEQVE.

AVTORE DES. ERASMO ROTERODAMO.

SI ME LICET immerentẽ ſuo tamẽ cõmodo ſic auerſarentur, eĩcerent profligarentq; mortales, meam modo iniuriã & illorũ iniquitatem deplorarem, nunc cũ me profligatam protinus fontem omis hũanæ felicitatis ipſi a ſemet arceant, omniũq; calamitatũ pelagus ſibi accerſant, magis illorum mihi deflenda eſt infelicitas, cẽq; mea iniuria, & quibus iraſci tantum maluiſſem, horum dolere uicem, hos commiſerari compellor. Nam utcũq; amantem ab ſe propellere, inhumanum eſt, bene merẽtem auerſari ingratum, parentẽ ac ſeruatricem omnium affligere, impium. Cæterum tot egregias cõmoditates, quas mecũ

adfero, ſibimetipſis inuidere, proq; his ultro tã tetram malorũ omniũ lernã accerſere. An nõ hoc extremæ cuiuſdã demẽtiæ uideť? Sceleratis iraſci par ẽ, at ſic furijs actos, quid aliud q; deflere poſſumus? Qui nõ alio ſane nomine magis deflẽdi ſunt, q; quod ipſi ſeſe nõ deflẽt, nec alio magis infelices, q; quod infelicitatẽ ſuã nõ ſentiũt. Quãdo nõnullus gradus eſt ad ſanitatẽ, morbi ſui magnitudinẽ agnoſcere. Etenim ſi ego Pax illa diuorũ ſimul & hominũ uoce laudata, fons, parẽs, altrix, ampliatrix, tutatrix, rerũ bonarũ omniũ, quas uel cælũ habet, uel terra. Si ſine me nihil uſq; florens, nihil tutũ, nihil purũ aut ſanctũ, nihil aut iucũdum hominibus aut gratũ ſuperis, Si cõtra hæc oĩa, bellũ ſemel omnium malorum quicquid uſq; eſt in rerũ natura oceanus quidã, ſi huius uitio ſubito marceſcũt florentia, dilabũtur aucta, labaſcũt fulta, pereũt bene cõdita, amareſcũt dulcia, deniq; ſi res eſt adeo nõ ſancta, ut oĩs pietatis ac religiõis ſit maxime præſentanea peſtis, Si nihil hoc uno infelicius hominibus, nihil inuiſius ſuperis. Quæſo per deũ immortalẽ, quis credat iſtos homines eſſe, quis credat ullã ſanæ mẽtis micã ineſſe, qui me talem, tantis impẽdijs, tãtis ſtudijs, tãto molimine, tot technis, tot curis, tot periculis, ſtudẽt eĳcere, tantũ q; malorũ uelint tã chare emere? Si me ad iſtũ modũ ſpernerẽt feræ, leuius ferrẽ, & in me admiſſam contumeliã, naturæ imputarẽ, quæ ingenium immite inſeuiſſet, ſi mutis pecudibus eſ

ſem inui-

sem inuisa, condonarē inscitiæ, propterea quod his ea uis animi negata sit, quæ sola dotes meas queat perspicere. At o rē indignā ac plusq̄ pdigiosam, unū animal ædidit natura, ratiōe prædituū, ac diuinæ mentis capax, unum beniuolentiæ concordiæq; genuit, & tamē apud quantumlibet efferas feras, apud quantūuis brutas pecudes, mihi citius locus sit q̄p apud homines, iam tot orbium cælestiū, licet nec motus sit idem, nec uis eadem, tamen ijs tot iam sæculis constant uigentq; fœdera. Elementorum pugnantes inter se uires, æquabili libramine pacē æternā tuentur, & in tanta discordia. cōsensu cōmertioq; mutuo cōcordia alunt. In animātium corporibus q̄p fidus mēbrorū inter ipsa cōsensus, q̄p parata defensio mutua. Quid tā dissimile q̄p corpus & anima? Et tamē quā arcta necessitudine connexuerit hæc duo natura, nimirū declarat ipsa diuulsio, pinde ut uita nihil aliud est, q̄p corporis & animæ societas, ita sanitas omnium corporis qualitatū cōcentus est. Animātia rationis expertia in suo quæq̄ genere ciuiliter concorditerq; degunt. Armētatim uiuunt elephanti, gregatim pascunt sues & oues, turmatim uolāt grues & graculi, habēt sua comitia Ciconiæ, pietatis etiā magistræ, mutuis officijs sese tuentur Delphini. Nota est formicarū & apū inter ipsas concors politia. Sed quid de his loqui pergo, quæ tam & si ratione uacant, sensu nō uacant? In arboribus, in herbis amicitiā possis agnoscere. Steriles sunt quædam

dam,niſi marem adiungas, uitis ulmũ amplectitur,uitem amat perſica, Vſq; adeo quæ nihil ſentiunt,tamen pacis beneficiũ ſentire uidentur,Sed hæc rurſum ut ſentiendi uim nõ habent, ita quod uitam habeant,ijs quæ ſentiunt finitima ſunt. Quid æque brutum atq; ſaxorũ genus? Dicas tamen his quoq; pacis & concordiæ ſenſum eſſe. Ita Magnes ferrũ ad ſeſe trahit, attractum tenet. Quid quod inter immaniſſimas etiam feras conuenit? Leonũ inter ipſos feritas nõ dimicat, Aper in aprũ non uibrat dentem fulmineũ,Lynci cum lynce pax eſt, Draco non ſæuit in draconẽ,luporum concordiam etiã prouerbia nobilitarunt,Addam,quod magis etiam mirum uideatur, impij ſpiritus,per quos cælitum atq; hominũ cõcordia primum dirupta eſt,& hodie rumpitur, tamẽ inter ſe fœdus habent, ſuamq; illam qualẽcunq; tyrannidẽ conſenſu tuent', ſolos homines,quos omniũ maxime decebat unanimitas,quibusq; cũ primis opus eſt ea,neq; natura tã alijs in rebus potens & efficax conciliat,nec inſtitutio coniungit,nec tot ex conſenſu profecturæ cõmoditates conglutinant,nec tantorum denicq; malorum ſenſus & experientia,in mutuum amorẽ redigit.Figura cõmunis omnium, uox eadem, & cum cæteram animantiũ genera,corporum formis potiſſimũ inter ſe differãt,uni homini indita uis ratiõis, quæ ita ſit illis inter ipſos cõmunis,ut cum nullo ſit reliquorũ animantium communis,uni huic animanti ſermo datus, præcipuus

puus neceſſitudinū conciliator. Inſita ſunt communiter diſciplinarum ac uirtutum ſemina, ingenium mite, placidumq;, & ad mutuā beneuolentiā propenſum, ut per ſe iuuet amari, & iucundum ſit de alijs benemereri, niſi quis prauis cupiditatibus, ceu Circes pharmacis corruptus ex homine degenerarit in beluam. Hinc eſt uideli cet, quod uulgus quicquid ad mutuam beneuolētiam pertinet, humanū appellat. Addidit lachrymas, exora bilis ingenij documētū, quo ſi quid forte inciderit offenſæ, & amicitiæ ſerenitatem nubecula aliqua offuſcarit, facile redeāt in gratiam. En quot rationibus natura cō/cordiam docuit? Nec his tamē cōtenta pacis lenocinijs amicitiam homini nō ſolam iucundam eſſe uoluit, uerū etiam neceſſariā. Eoq; tum corporum, tum animorum dotes ita partita eſt, ut nemo ſit omniū tam inſtructus, quin infimorum etiam officio nōnunq; adiuuetur, nec eadem attribuit omnibus, nec paria, ut hæc inæqualitas mutuis amicitijs æquaretur. Alijs in regionibus alia p-ueniunt, quo uel uſus ipſe mutua doceret cōmertia. Cæteris animantibus ſua tribuit arma, præſidiaq;, quibus ſeſe tuerentur, unum hominē produxit inermem, atq; imbecillū, nec prorſus aliter tutum, q; fœdere, mutuaq; neceſſitudine. Ciuitates repperit neceſſitas, & ipſarum inter ſe ſocietatem docuit neceſſitas, quo ferarū ac prædonum uim iunctis uiribus propellerent. Adeo nihil eſt in rebus humanis, quod ipſum ſibi ſufficiat. In ipſis

ſtatim uitæ primordijs periſſet hominũ genus, niſi cõ/ditum propagaſſet coniugalis concordia. Nec enim na ſceretur homo, & mox natus interiret, atq; in ipſo uitæ limine uitam amitteret, niſi obſtetricum amica manus, niſi nutricum amica pietas ſuccurreret infantulo. Atq; in hunc uſum, uehementiſſimos illos pietatis igniculos inſeuit, ut parentes etiam illud ament, quod nõdum uiderunt. Adiecit mutuam liberorum erga parẽtes pietatem, ut illorũ imbecillitas horum præſidijs uiciſſim ſub leuaretur, fieretq; illa cunctis quidem ex æquo plauſibilis, ſed græcis aptiſſime dicta ἀντιπελάργωσις. Accedunt huc cognationũ & affinitatum uincula. Accedit in nonnullis ingeniorum, ſtudiorum, formæq; ſimilitudo, certiſſima beneuolentiæ conciliatrix, in multis arcanus quidam animorũ ſenſus, ac mirus ad mutuũ amorem ſtimulus, quem ueteres admirati numini aſſcribebãt. Tot argumentis natura docuit pacem cõcordiamq;, tot illecebris ad eam inuitat, tot laqueis trahit, tot rebus cõpellit. Et poſt hæc quænam iſta tam ad nocendum efficax Erinnys, his omnibus diſruptis, diſiectis, diſcuſſis, inſatiabilem pugnandi furiã inſeuit humanis pectoribus? Niſi primũ admirationem, deinde ſenſum etiam mali, adimeret aſſuetudo, quis crederet humana mente præditos iſtos, qui ſic iugibus diſſidijs, litibus, bellis inter ſeſe certant, rixantur, tumultuãtur? Poſtremo rapinis, ſanguine, dadibus, ruinis ſacra ꝓfanaq; miſcẽt omnia,

nec ulla

nec ulla tam ſancta fœdera, quæ illos in mutuam perni ciem debacchantes queant dirimere. Vt nihil etiam ac-ceſſerit, ſatis erat cõmune hominis uocabulum, ut inter homines conueniret. Sed eſto nihil apud homines pro fecerit natura, quæ plurimũ ualet ut in beluis, Itane & nihil apud Chriſtianos ualuit Chriſtus? parum efficax ſit doctrina naturæ, quæ maximam uim habet in his quoq; quæ ſenſu uacant, Cæterum cum hac multo præ ſtantior ſit doctrina Chriſti, cur ea ſe profitentibus nõ perſuadet id quod unum omniũ maxime ſuadet, nem pe pacem mutuamq; beneuolẽtiam? Aut ſaltem hanc tam impiã efferamq; belligerandi inſaniam dedocet? Cum hominis uocabulũ audio, mox accurro, uelut ad animal mihi proprie natum, cõfidens fore ut illic liceat acquieſcere, cum Chriſtianorũ audio, titulũ magis etiã aduolo, apud hos certe regnaturam etiam me ſperans. Sed hic quoq; pudet ac piget dicere, Fora, Baſilicæ, cu-riæ, templa ſic undiq; litibus perſtrepũt, ut nuſq; apud Ethnicos æque. Adeo ut cum bona pars humanæ cala-mitatis ſit aduocatorum turba, tamen hæc etiam ad li-tigantium undas, paucitas ſit, ac ſolitudo. Ciuitatẽ aſpi cio, ſpes ilico oboritur, inter hos ſaltem conuenire, quos eadem cingunt mœnia, eædem moderantur leges, & ue lut una uectos naui cõmune cõtinet periculũ. Sed o me miſeram, quæ hic quoq; diſſidijs omnia uitiata compe-rio, Adeo ut uix domũ ullã reperire liceat, in qua mihi

ſit uel dies aliquot locus. Sed plebē omitto, quæ maris ritu, ſuis æſtibus rapitur, in principū aulas, uelut in portum quendam me recipio. Erit inquam certe apud hos locus paci, plus hi ſapiunt q̄ uulgus, ut qui ſint plebis animus, atq̄ oculus populi. Tum eius uices gerunt, qui doctor eſt & princeps cōcordiæ, a quo quidē cum omnibus, tum his præcipue ſum cōmendata. Et omnia bene pollicentur. Video blandas conſalutationes, amicos cōplexus, hilares compotationes, cæteraq̄ officia humanitatis. At o rem indignā, apud hos nec umbram ueræ concordiæ licuit cernere. Fucata, fictaq̄ omnia, factionibus apertis, dancularijs diſſidijs ac ſimultatibus corrupta uniuerſa. Deniq̄ adeo apud hos non eſſe ſedē paci comperio, ut hinc potius omniū bellorum fontes ac ſeminaria. Quo me poſt hac conferā infelix, poſteaq̄ toties fefellit ſpes? At principes magni ſunt potius q̄ eruditi, magiſq̄ ducūtur cupiditatibus, q̄ recto animi iudicio. Ad eruditorum greges confugiam, Bonæ literæ reddūt homines, philoſophia pluſq̄ homines, theologia reddit diuos, Apud hos certe dabitur conquieſcere, tot actæ ambagibus. Verum prohdolor, en hic quoq̄ bellorum aliud genus, minus quidem cruentum, ſed tamen nō minus inſanum. Schola cum ſchola diſſidet, & ceu rerum ueritas loco cōmutetur, ita quædam ſcita nō traijciunt mare, quædam non ſuperant alpes, quædam nō tranant rhenū, immo in eadem academia, cum rhe-

tore bellum

tore bellum eſt dialectico, cũ iureconſulto diſſidet theologus. Atq; adeo in eodem profeſſionis genere, cum Thomiſta pugnat Scotiſta, cum Reali Nominalis, cũ Peripatetico Platonicus, adeo ut ne in minutiſſimis quidem rebus inter hos conueniat, ac ſæpenumero de lana caprina atrociſſime digladientur, donec diſputationis calor, ab argumẽtis ad conuitia, a conuitijs ad pugnos increſcat, & ſi res pugionibus, aut lanceis non agitur, ſtilis ueneno tinctis ſeſe cõfodiunt, dentata charta dilacerant inuicem, alter in alterius famam letalia linguarum uibrant ſpicula. Quo me uertam, toties experta mihi data uerba? Quid ſupereſt, niſi una uelyti ſacra ancora Religio. Huius profeſſio licet ſit Chriſtianorum omnium communis, tamen eam iſti peculiariter profitentur titulo, cultu, ceremonijs, qui uulgo ſacerdotum cognomẽto commendantur. Hos itaq; procul intuenti cuncta ſpem faciunt, portum mihi paratũ eſſe. Arrident ueſtes candidæ, meoq; colore inſignes, uideo cruces pacis ſymbola, audio dulciſſimum illud fratris cognomen, eximiæ charitatis argumentum, audio ſalutationes pacis leto omine felices, cerno rerum oim communionem. coniunctum collegium, templum idẽ, leges eædem, conuentus quotidianus. Quis hic non cõfidat paci locum fore? Sed o rem indignam, nuſq; fere collegio conuenit cum epiſcopo, parum hoc, niſi & ipſi inter ſeſe factionibus ſcinderentur. Quotuſquiſq; ſacer-

dos eſt, cui non ſit cum aliquo ſacerdote lis? Paulus nẽ non ferendam cenſet, quod Chriſtianus litiget aduerſus Chriſtianum, & ſacerdos cum ſacerdote, epiſcopus cum epiſcopo certat? Verum his quoq; forſitan ignoſcat aliquis, quod longo iam uſu, propemodum in prophanorum conſortium abierunt, poſteaq; eadem cũ illis cœperunt poſſidere. Age fruantur hŋ ſane ſuo iure, quod ceu præſcriptione ſibi uindicant. Vnum hominum genus ſupereſt qui ſic aſtricti ſunt religiõi, ut etiã ſi cupiant, nullo pacto queant excutere, non magis profecto, q̃ teſtudo domum. Speraẽ apud hos mihi fore locũ, niſi toties fruſtrata ſpes, me prorſus deſperare docuiſſet. Et tamen ne quid intentatum relinquam, expetiar. Quæris exitum? A nullis reſilŋ magis. Nam quid ſperem, ubi religio cum religione diſſidet? Tot factiones ſunt, quot ſunt ſodalitia, Dominicales diſſident cũ Minoritis, Benedictini cũ Bernardinis, Tot nomina, tot cultus, tot ceremoniæ ſtudio diuerſæ, ne quid omnino cõueniret, ſua cuiq; placent, & aliena damnat, oditq; quiſq;. Quin idem ſodalitiũ factionibus ſcinditur, Obſeruantes inſectãtur Coletas, utriq; tertiũ genus, quod a conuentu cognomen habet, cum nihil inter iſtos conueniat. Iam ut par eſt omnibus rebus diffiſa, optabam uel in uno quopiam monaſteriolo latitare, quod uere tranquillum eſſet. Inuita dicam, quod utinam nõ eſſet ueriſſimũ, nullũ adhuc reperi, quod nõ inteſtinis odŋs

ac iurgŋs

ac iurgijs esset infectum. Pudor sit recẽsere, q̃ nihili de nugis triciscq; quantas cieant pugnas uiri senes, barba pallioq; uerendi, postremo ut sibi uidentur impense tum eruditi, tum sancti, Arridebat spes nõnulla fore, ut alicubi inter tot cõiugia qualiscũq; daretur locus. Quid em̃ nõ polliceꝛ, dom⁹ cõmunis, fortuna cõmunis, lect⁹ cõmunis, liberi cõmunes? Denicq; corporũ ipsorũ ius mutuũ? ut unũ potius hominẽ credas, e duobus confla tũ, q̃ duos? Huc quoq; sceleratissima illa Aeris irrepsit totq; uinculis copulatos dirimit dissidijs animorũ. Et ta mẽ inter hos citius cõtingat locus, q̃ inter eos, qui tot ti tulis, tot insignib⁹, tot ceremonijs, absolutã charitatẽ p fitẽtur. Tandẽ illud in uotis esse cœpit, ut saltẽ in unius hominis pectore daret locus. Ne id quidẽ contigit, idẽ homo secũ pugnat, Ratio belligeratꝛ cũ affectib⁹, & insuper affectus cum affectu cõflictatur, dum alio uocat pietas, alio trahit cupiditas. Rursum aliud suadet libido, aliud ira, aliud ambitio, aliud auaritia. Et hu iusmodi cum sint, nõ pudet tamẽ illos appellari Christianos, cũ modis omnibus dissideant ab eo, quod Christo præcipuũ est, ac peculiare. Vniuersam eius uitã contemplare, quid aliud est, q̃ concordiæ mutuiq; amoris doctrina? Quid aliud inculcãt eius præcepta, quid parabolæ? nisi pacem, nisi charitatem mutuã? Egregius ille uates Esaias, cum cælesti afflatus spiritu, Christum illum rerũ omniũ conciliatorem uenturum annũciaret, num satra

pam polliceꝛ

pam pollicetur? num urbium euersorem? num bellato rem? num triumphatorẽ? Nequaq̃. Quid igitur? Principem pacis, siquidem cum omniũ optimũ principem intelligi uellet, ab ea re denotauit, quam omnium optimã iudicasset. Neq; mirũ, ita uisum Esaiæ, cum Sillius Ethnicus poeta hunc in modum de me scripserit, Pax optima rerum, quas homini natura dedit. Cõcinit huic mysticus ille Citharœdus, Et factus est inquiens, in pace locus eius. In pace dixit, non in tentoriis, non in castris, princeps est pacis, pacem amat, offendit' dissidio. Rursum Esaias, Opus iustitiæ pacẽ appellat, idẽ sentiens, ni fallor, quod sensit Paulus ille, & ipse e Saulo turbulẽto redditus trãquillus, & pacis doctor. Gũ charita tẽ cæteris omnibus arcani spiritus dotibus anteponẽs, quo pectore, qua facundia meum Encomium detonuit Corinthijs. Cur enim non glorier sic laudari a uiro tã laudato? Is alias deum pacis appellat, alias pacem dei uocat, palam indicãs hæc duo sic inter sese cohærere, ut ibi pax esse non possit, ubi deus non adsit, nec illic esse deus possit, ubi pax non adsit. Itidem & pacis angelos in diuinis libris uocatos legimus, pios ac dei ministros, ut per se liqueat, quos belli angelos oporteat accipi. Audite strenui bellatores. Videte sub cuius signis militetis, nimirum illius, qui primus dissidium seuit inter deum & hominem. Quicquid calamitatum sentit mortalitas, huic dissidio debet acceptum ferre. Friuolum

uolum est enim quod argutantur quidam, in arcanis literis, deum exercituum, & deum ultionum dici. Permultum enim interest inter Iudæorum deum & Christianorum deum, etiamsi suapte natura unus & idem deus est. Aut si nobis quoq; placent tituli ueteres, age sit exercituum deus, modo acies intelligas uirtutum concentum, quarum præsidio uitia demoliuntur homines pij, Sit ultionum deus, modo uindictã accipias, uitiorũ correctionem, ut cruentas strages, quibus Hæbreorum libri referti sunt, non ad laniandos homines, sed ad impios affectus e pectore profligandos referas. Sed ut quod institutum erat, persequamur, quoties absolutã felicitatem significant arcanæ litteræ, pacis nomine id faciunt. Velut Esaias, Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pacis. Et alius, Pax, inquit, super Israel. Rursum Esaias admiratur pedes annunciantium pacẽ, annũciãtiũ bona. Quisquis Christũ annũciat, pacẽ annũciat. Quisquis bellũ prædicat, illũ prædicat, qui Christi dissimillimus est. Age iam quæres dei filium pellexit in terras? Nisi ut mundum patri reconciliaret, ut homines inter se mutua & indissolubili charitate congluti naret, postremo, ut ipsum hominem sibi faceret amicũ. Mea igitur gratia legatus erat, meum agebat negociũ. Atq; ob id Solomonem sui typum ferre uoluit, qui nobis, εἰρηνοποιὸς, id est pacificus dicitur. Quãtumuis magnus erat Dauid, tamẽ quia bellator erat, quia sangui-

ne fuerat impiatus, non ſinitur extruere domum domini, Non meretur hac parte gerere typum Chriſti pacifici. Iam illud interim perpende bellator, ſi prophanant bella, numinis iuſſu ſuſcepta geſtaq; , quid facient quæ ſuaſit ambitio, quæ ira, quæ furor? Si pium regem polluit effuſus ſanguis Ethnicorum, quid faciet tam ingẽs effuſio ſanguinis Chriſtiani? Obſecro te Chriſtiane princeps, ſi modo uere Chriſtianus es, contemplare tui principis imaginem, obſerua quomodo regnum ſuum inierit, quomodo progreſſus ſit, quomodo hinc deceſſerit, & mox intelliges, quomodo abs te geri uelit, nimirum ut ſumma curarum tuarum pax ſit & concordia. Nato iam Chriſto, num bellicis tubis inſonant angeli? Clangorem tubarum audiere Iudæi, quibus bellare per miſſum eſt. Hæc congruebant auſpicia, quibus fas erat odiſſe inimicos. At genti pacificæ longe aliam cantionem canunt pacis angeli. Num daſſicum canunt? Nũ uictorias, triumphos, trophæaq; pollicentur? Minime. Quid tandem? pacem annunciant, congruentes cum prophetarum oraculis, & annunciant nõ ĩis, qui cædes ſpirant ac bella, qui feroces ad arma geſtiũt, ſed qui bona uoluntate propenſi ſint ad concordiam. Prætexant quæ uelint ſuo morbo mortales, ni bellũ amarent, non ſic iugibus bellis inter ſe conflictarentur. Age Chriſtus ipſe iam adultus, quid aliud docuit, quid aliud expreſſit, q; pacẽ? Pacis omine ſuos ſubinde ſalutat, Pax uobis, eamq;

bis, eamq; ſalutandi formam ſuis præſcribit, ueluti uni ce dignam Chriſtianis. Atq; huius præcepti nō imme mores apoſtoli, pacem præfantur in ſuis epiſtolis, pa cem optant ijs, quos unice diligunt. Rē prædarā optat, qui ſalutem optat, ſed felicitatis ſummā precatur, quiſ quis pacem precatur. Hanc ille toties in omni uita com mendatam, uide quanta ſollicitudine commendet mo riturus. Diligatis, inquit, inuicem ſicut dilexi uos. Ac rur ſum, Pacem meā do uobis, pacem relinquo uobis. Au ditis quid relinquat ſuis? num equos? num ſatellitiū? nū imperiū? nū opes? nihil horū. Quid igit? pacē dat, pacē relinquit, pacem cū amicis, pacē cū inimicis. Iam il lud mihi cōſyderes uelim, quid a cœna myſtica, iam im minente mortis tempore, ſupremis illis precibus flagi tarit a patre. Rem opinor, haud uulgarem popoſcit, qui ſe ſciebat impetraturum quicquid peteret. Pater, in quit, ſancte, ſerua eos in nomine tuo, ut ſint unum, ſi cut & nos. Vide quæſo, cōq; inſignem cōcordiam exigat in ſuis Chriſtus, non dixit ut ſint unanimes, ſed ut ſint unū, neq; id quocunq; modo, ſed ſicuti nos, inquit, unū ſumus, qui perfectiſſima & ineffabili ratiōe ſumus idē, & illud obiter indicans, hac una uia ſeruādos eſſe mor tales, ſi mutuam inter ſeſe pacem aluerint. Porro quod huius mundi principes, inſigni quopiam ſuos notant, quo poſſint a cæteris dignoſci, præſertim in bello, uide qua tandem nota Chriſtus inſignierit ſuos, non alia ui

delicet,ꝯ mutuæ charitatis. Hoc inquiens argumento cognoſcent homines uos eſſe meos diſcipulos, non ſi ſic,aut ſic ueſtiamini,non ſi his,aut his ueſcamini cibis, non ſi tantum ieiunetis,non ſi tantum pſalmorum exhauſeritis,ſed ſi dilexeritis inuicem, neꝙ id ſane uulgari modo,ſed quemadmodum ego dilexi uos. Innumera ſunt philoſophorũ præcepta,uaria ſunt Moyſi,plurima regum edicta,unicum eſt,inquit,præceptum meum, ut ametis inuicem. Idem orandi formam ſuis præſcribens,nonne in ipſo ſtatim initio, mire admonet cõcordiæ chriſtianæ,pater inquit,noſter,unius eſt precatio,una communis omniũ eſt poſtulatio, una domus, eademꝙ familia ſunt omnes,ab uno patre pendent omnes,& qui conuenit eos iugibus bellis inter ſeſe cõfligari? Quo ore compellas communem patrem,ſi in fratris tui uiſcera ferrum ſtringis? Iam quoniam unũ hoc uoluit altiſſime inſidere ſuorum animis, quot ſymbolis,quot parabolis,quot præceptis concordiæ ſtudium inculcauit? Se paſtorẽ uocat,ſuosoues,Et obſecro,quis unꝙ uidit oues pugnantes cum ouibus? Aut quid faciunt lupi,ſi grex ipſe ſemet inuicem laceret? cum ſe uitis ſtirpem uocat, ſuos uero palmites,quid aliud ꝯ ex preſſit unanimitatẽ? Portẽtum uideatur, piaculis procurãdum,ſi in eadem uite palmes cum palmite bellet, & oſtentum non eſt,ſi chriſtianus pugnet cum chriſtiano? Poſtremo ſi quid omnino chriſtianis ſacroſanctũ eſt,certe

est,certe sacrosanctum esse debet.ac penitus animis illo rum insidere, quæ Christus extremis illis mandatis tra didit,ueluti testamentum condens,ac filijs ea commen dans,quæ cuperet illis nunq̃ uenire in obliuionẽ. Aut quid aliud in his,docet,mandat,præcipit,orat,nisi mu tuum inter ipsos amorem? Quid illa sacrosancti panis, & calicis philotesij communio,nisi nouam quandam & indissolubilem concordiam sanxit? Cæterum quando sciebat non posse cõstare pacem,ubi de magistratu, de gloria,de opibus,de uindicta certamen est, ut penitus affectus eiusmodi reuellit ex animis suorum, uetat in totum ne malo resistant,iubet ut & de male merẽtibus bene mereantur si possint,bene precentur,male precan tibus. Et Christiani sibi uidentur, qui ob quãtumuis le uem iniuriolam,magnam orbis partem in bellum per trahunt? præcipit ut qui in suo populo sit princeps, is ministrum agat,nec alia re præcellat alijs,nisi quod me lior sit & pluribus prosit,Et nõ pudet quosdã ob pusil lam accessiunculã regni pomœrijs addendã, tantos cie re tumultus? Docet auium & liliorum ritu in diem uiue re. Vetat sollicitudinem in posterum diem extendere, uult totos e cælo pendere,diuites omnes excludit a re gno cælorum, & nõ uerentur quidam ob pecuniolam, non exolutam,fortasse nec debitam,tantũ humani san guinis effundere. Atq̃ his temporibus hæ uel iustissi mæ suscipiẽdi belli causæ uidẽtur. Profecto haud aliud

agit Christus, iubens ut unum quiddam a se discãt, mi ti esse animo, minimeq; feroci, cum iubet relinqui dona rium ad aram, nec prius offerri, q̃ cum fratre reditum sit in gratiam, nonne palam docet rebus omnibus ante ponendam esse concordiam, nec ullam uictimam esse deo gratam, nisi commendante me? Respuebat deus Iudaicum munus, fortassis hedum, aut ouẽ, quod a dis sidẽtibus offerretur, & Christiani sic inter sese belligerã tes, sacrosanctam illam uictimam audent offerre? Iam cum se gallinæ pullos sub alas aggreganti facit adsimilem, q̃ apto symbolo depinxit concordiam? Ille cõgregator est, & qui cõuenit Christianos esse miluios? Eodẽ pertinet quod lapis dictus est angularis, utrũq; parietẽ committens & continẽs, & qui cõuenit ut huius uicarij totum orbem ad arma commoueant, regnaq; regnis cõmittant? Summum illum conciliatorem habent principem, ut iactant, & nullis rationibus ipsi sibi possunt reconciliari. Conciliauit ille Pilatum & Herodem, & suos in concordiam redigere non potest? Petrum adhuc semiiudæum, qui in præsentis capitis discrimine dominum, ac præceptorem tueri parabat, obiurgat ipse qui defendebatur, gladiũq; iubet recondere, & Christianis ob leuissimas causas nunq̃ nõ expromptus districtusq; est gladius, idq; in christianos. An ille se gladij præsidio defensum uelit, qui moriens deprecatur pro necis autoribus? O ẽs Christianorũ literæ, siue uetus legas testamentum,

ſtamentum,ſiue nouum,nihil aliud q̄ pacem & unanimitatē crepāt, & oīs Chriſtianorum uita nihil aliud q̄ bella tractat. Quænam eſt hæc pluſq̄ ferina feritas, quæ tot rebus nec uinci poteſt, nec leniri? Quin potius aut Chriſtianorum titulo gloriari deſinant, aut Chriſti doctrinam exprimant cōcordia. Quouſq̄ uita pugnabit cum nomine? Inſignite quātum libet, ædes ueſteſq̄ crucis imagine, non agnoſcet Chriſtus ſymbolum, niſi quod ipſe præſcripſit, uidelicet concordiæ. Cōgregati uident euntem in cælum, congregati iubent̄ operiri ſpiritum cæleſtem, Et inter congregatos ſe ſemper uerſaturum promiſerat, ne quis ſperaret uſq̄ in bellis adeſſe Chriſtum. Iam igneus ille ſpiritus, quid aliud eſt q̄ charitas? Nihil igne cōmunius, citra diſpendium ullum ignis igni accenditur. Vis autem cognoſcere ſpiritum illum concordiæ parentē eſſe? exitum uide. Erat, inquit, cūctis cor unum, & anima una. Tolle ſpiritum e corpore, continuo delabitur omnis illa membrorum compago. Tolle pacem, & perit omnis Chriſtianæ uitæ ſocietas. Tot hodie ſacramentis infundi cæleſtem ſpiritum affirmāt Theologi. Si uerum prædicāt, ubi peculiaris ſpiritus illius effectus, cor unum & anima una? Sin fabulæ ſunt, cur tantū honoris hiſce rebus defertur? Atq̄ hæc ſane dixerim, quo magis Chriſtianos ſuorum morum pudeat, non quo ſacramentis aliquid detraham. Nam quod populū Chriſtianum eccleſiam uocari placuit,

cuit, quid aliud q̄ unanimitatis admonet? Qui cōuenit caſtris & eccleſiæ? Hæc aggregationem ſonat, illa diſſidium, ſi pars eccleſiæ gloriaris eſſe, quid tibi cum bellis? ſi ab eccleſia ſemotus es, quid tibi cum Chriſto? Si eadē omneis habet domus, ſi communē habetis principem, ſi eidem militatis omneis, ſi ſacramentis ijſdem eſtis initiati, ſi ijſdem gaudetis donatiuis, ſi ijſdem alimini ſtipendijs, ſi commune petitur præmiū, quid ita inter uos tumultuamini? Videmus inter impios iſtos commilitones, qui mercede ad cædis peragēdæ miniſterium conducti ueniunt, tantam eſſe concordiā, non ob aliud, niſi quod ſibi ijſdem militant ſignis, & pietatem profitentes tot res non conglutinant? Itane nihil agitur tot ſacramentis? Baptiſmus communis omnium, per hunc Chriſto renaſcimur, & *execti mundo, Chriſti* membris inſerimur. Quid autem tam idem eſſe poteſt q̄ eiuſdem corporis membra? Ab hoc igitur, neq; ſeruus eſt quiſq̄, neq; liber, neq; Barbarus neq; Græcus, neq; uir, neq; fœmina, ſed omnes idem in Chriſto ſunt qui omnia redigit in concordiam. Scythas ita iungit, paululum ſanguinis utrinq; guſtati e calice, ut pro amico nihil cōctentur & mortem oppetere, Ethnicis etiam ſancta eſt amicitia, quā menſa communis conciliauit, & chriſtianos, cæleſtis ille panis, ac myſticus ille calix nō continet in amicitia? quā ipſe ſanxit Chriſtus, quā illi quotidie renouāt, ac repræſentāt ſacrificijs. Si nihil illic

egit

egit Christus, quorsum opus hodie tot ceremonijs? si rem seriam egit, cur sic a uobis negligitur, quasi rem ludicram ac scenicam egerit? Audet quisquam ad sacram illam mensam amicitiæ symbolum, audet ad pacis coniuium accedere, qui bellum destinat in Christianos, & eos parat perdere, pro quibus seruandis mortuus est Christus? eorum haurire sanguinem, pro quibus suum sanguinem fudit Christus? O pectora plusq; adamantina, in rebus tam multis consortiũ est, & in uita tam inexplicabile dissidium. Eadẽ nascendi lex omnibus, eadem senescendi moriendiq; necessitas. Eundem generis principem habẽt omnes, eundẽ religionis autorem, eodẽ omnes redempti sanguine, ijsdem omnes initiati sacris, ijsdem aluntur sacramentis. quicquid ex his redit muneris, ab eodem proficiscitur fonte, & ex æquo commune est omnibus. Eadem omniũ ecclesia, deniq; præmium idem omnium. Quin cælestis illa Hierusalem, ad quã suspirãt uere Christiani, a pacis uisione nomen habet, cuius interim ecclesia typum sustinet. Et qui fit, ut hæc tantopere discrepet ab exemplari? Adeo nihil promouit tot uijs solers natura, nihil ipse Christꝰ perfecit tot præceptis, tot mysterijs, tot symbolis? Vel ipsa mala conciliant & malos, iuxta prouerbium, Christianos inter se nec bona, nec mala ulla conciliant. Quid humana uita fragilius, quid breuius? quot ea morbis, quot casibus obnoxia? Et tamen cum plus habeat ex sese ma-

lorum, q̃ ut ferri possit, tamẽ maximam malorum partem ipsi sibi accersunt dementes. Tanta cæcitas humanos animos occupat, ut nihil horum perspiciat. sic præcipites agũtur, ut omnia naturæ Christiq̃ uincula, oĩa fœdera rumpant, dissecent, diffringãt. Pugnãt passim, atq; assidue, nec modus, nec finis. Colliditur gens cum gente, ciuitas cum ciuitate, factio cum factiõe, princeps cum principe, & ob duorum homuncionum, qui mox uelut ephemera sint interituri, seu stulticiam, seu ambitionem, res humanæ sursum, ac deorsum miscentur. Missas faciam ueterum bellorum Tragœdias, Repetamus decem ab hinc annis acta, ubi non gentium crudelissime pugnatũ est terra, mariq; ? Quæ regio nõ Christiano sanguine commaduit ? Quod flumẽ, quod mare, nõ humano cruore tinctum est ? Et o pudor, pugnant immani9, q̃ Iudæi, q̃ Ethnici, q̃ feræ. Quicquid bellorũ Iudæis gestum est aduersus Allophylos, id Christianis gerendum aduersus uitia, quibus nunc uitijs conuenit, cum hominibus bellum est. Et tamẽ Iudæos diuina iussio ducebat ad pugnam. christianos, si prætextibus detractis, rem uere æstimes, trãsuersos rapit ambitio, agit ira pessimus consultor, pertrahit habẽdi nunq̃ satiata cupiditas. Atq; his fere cum exteris res erat, Christianis cum Turcis fœdus est, inter ipsos bellum. Iã Ethnicos tyrannos, fere gloriæ sitis ad bellum extimulabat, atq; hi tamen sic Barbaras atq; efferas nationes subigebãt,

ut uinci

ut uinci expediret, & uictor de uictis benemereri ſtude ret. Dabãt operã, ut q̃ fieri poſſet, incruẽta eſſet uictoria, quo ſimul & uictori honeſta fama præmiũ eſſet, & uictis ſolatiũ, uictoris benignitas. At pudet meminiſſe, q̃ pudẽdis, q̃ friuolis de cauſis, Chriſtiani principes orbẽ ad arma concitent. Hic obſoletum ac putrẽ aliquẽ titulũ, aut reperit, aut cõmentus eſt, Quaſi uero ita magni referat, quis regnũ adminiſtret, modo publicis cõmodis recte cõſulat. Ille cauſat omiſſum neſcio quid in fœdere centum capitum. Hic illi priuatim infenſus eſt, ob ſpõſam interceptam, aut ſcomma liberius dictum. Et quod eſt omniũ ſceleratiſſimum, ſunt qui tyrãnica arte, quod populi concordia poteſtatem ſuam labefactari ſentiant, diſſidio ſtabiliri, ſubornent qui data opera bellum excitent, quo ſimul & coniunctos dirimant, & infelicem populum licẽtius expilent, ſceleſtiſſimi quidam, qui populi malis aluntur, & quibus pacis tempore, non multũ eſt quod agant in Republica. Quæ tarta rea furia uenenũ hoc in pectus Chriſtianũ potuit immittere? Quis hanc tyrannidẽ docuit Chriſticolas, quã nec Dionyſius ullus, nec Mezentius ullus nouit? Beluæ uerius q̃ homines, & ſola tyrannide nobiles, nec uſq̃ cordati niſi ad nocendũ, nec unq̃ cõcordes, niſi ad opprimẽdã Rempu. Et hæc qui gerũt, pro Chriſtianis habent, audẽt hũano ſanguine undiq̃ polluti, ad ſacras ædes, ad ſacras aras accedere? O peſtes in extremas

insulas deportandas. Si Christiani, corporis unius mẽbra sunt, cur nõ gratulatur quisq; alienæ felicitati? Nũc prope iusta mouẽdi belli causa uidetur, regnum finitimũ, rebus oñibus paulo florẽtius. Etenim si uerũ fateri uolumus, quid aliud commouit, & hodie commouet tam multos ad armis lacessendum Frãciæ regnum, nisi quod est unum omnium florentissimum? Nullum latius patet, nusq; senatus augustior, nusq; Academia celebrior, nusq; concordia maior, & ob hoc ipsum potestas summa. Nusq; æque florent leges, nusq; illibatior religio, nec Iudæorum cõmertio corrupta, uelut apud Italos, nec Turcarum aut Maranorum uicinia infecta quemadmodum apud Hispanos & Hungaros. Germania, ne quid dicam de Bohœmis, in tot regulos dissecta est, ac regni ne species quidem ulla. Sola Francia ceu flos illibatus Christianæ ditionis, & uelut arx quædam tutissima, si qua fors tempestas ingruat, tot modis impetitur, tot artibus incessitur, nec ob aliud, nisi cuius gratia cõueniebat gratulari, si qua uena Christianæ mẽtis esset in istis. Atq; his tã impijs factis prætexit titulus pius, sic sternunt uiã ad propagandum imperiũ Christi. O rem monstrosam, parum consultum putant Reipu. Christianæ, nisi pulcherrimam, ac felicissimam ditionis Christianæ partem subuerterint. Quid quod in his tractandis feras etiam ipsas feritate præcedunt? Nõ omnes pugnant beluæ, nec ferarũ nisi in diuersum genus.

genus conflictatio est.quemadmodū & ante diximus, sæpius inculcandum,quo magis inhæreat animis. Vipera non mordet uiperam,nec Lynx lyncem discerpit. Ac rursum illæ cum pugnant,suis pugnant armis. Illas armauit natura,homines inermes natos.O deum immortalem,qualibus armis armat ira? Tartareis machinis impetunt Christiani Christianos. Quis enim credat Bombardas,hominis inuentum esse? Nec illæ tam densis agminibus in mutuum exitium ruunt. Quis unq̃ uidit decem leones cum decem tauris congredi? At quoties uiginti milia Christianorum,cum totidem Christianis ferro decertant? Tanti est lædere, tanti est haurire sanguinem fratrum. Nec illis fere bellum est, nisi cum fames, aut cura sobolis in rabiem agit, At Christianis quæ tam leuis iniuria est,ut nō uideatur idonea bellandi occasio? Si faceret ista plebes,utcunq̃ prætexi poterat inscitia, Si iuuenes, excusari poterat ætatis imperitia,Si prophani,nonnihil eleuaret atrocitatem facti,personæ qualitas.Nunc ab ijs potissimum uidemus oriri bellorum semina,quorum consilio moderationeq̃ populi motus componi conueniebat.Contemptū illud & ignobile uulgus,condit egregias urbes, conditas ciuiliter administrat,administrando locupletat.In has irrepunt satrapæ,& ceu fuci,quod aliena partum est industria,surripiūt,& quod a plurimis bene cōgestum est,a paucis male dissipatur,quod recte condi-

tum, crudelissime diruitur. Quod si prisca non memi/nerunt, repetat qui uolet, secum hisce duodecim annis gesta bella. Causas expendat, comperiet omnia princi/pum gratia susceptа, magno populi malo gesta, cum ne tãtillum quidem ad populum attinerent. Iam quod olim fœdum habebatur apud Ethnicos, canicie galea premere, ut inquit ille, id apud Christianos laudi duci/tur. Turpe senex miles Nasoni, & istis magnifica res est bellator septuagenarius. Imo ne sacerdotes quidẽ ipsos pudet, quos olim deus nec in sanguinaria illa & incle/mẽti lege Moysi uoluit ullo sanguine pollui, nõ pudet Theologos Christianæ uitæ magistros, non pudet ab solutæ religionis professores, non pudet episcopos, non pudet cardinales & Christi uicarios, eius rei au tores, ac faces esse, quam Christus tantopere detesta tus est? Qui conuenit mitræ & galeæ? Quid pedo cum gladio? Quid euangelico codici cum clypeo? Qui con uenit pacis omine salutare populum, & orbem ad tur-bulentissimas pugnas concitare? pacem dare lingua, re bellum immittere? Tun eodem ore quo Christum pa/cificum prædicas, bellum laudas, eademq; tuba deum canis & Satanam? Tun apud concionem sacram, cu/culla tectus, ad cædem incitas simplicem populum, qui ex ore tuo doctrinam expectabat euangelicam? Tun apostolorum occupans locum, pugnantia doces cum apostolorum præceptis? An non uereris, ne quod de Christi

Christi præconibus dictum est, Quam speciosi pedes nunciantium pacem, nunciantium bona, nunciantium salutem, in diuersum uertatur, q̄ fœda lingua sacerdotum, adhortantium ad bellum, incitantium ad mala, prouocantium ad perniciem? Apud Romanos adhuc impie pios, qui pontificatum maximum iniret, ex more confirmabat iureiurando, se manus ab omni sanguine puras seruaturum, adeo ut ne læsus quidem ulciscetur. Atq; huius sacramenti fidem constanter præstitit Titus Vespasian⁹, imperator Ethnicus, idq; laudi datur a scriptore Ethnico. At o prorsus sublatam e rebus humanis frontem, apud Christianos deo dicati sacerdotes, & qui his quoq; sanctius aliquid præ se ferunt monachi, ad cædes, ad strages inflammant, Et euangelij tubam, Martis tubam faciunt, obliti dignitatis suæ, sursum ac deorsum cursitant, nihil non tum faciunt, tum patiuntur, dum bellum excitent. & per hos principes alioqui fortassis quieturi, ad pugnam inflammãtur, quorum autoritate tumultuantes sedari conueniebat. Imo quod est prodigiosius, belligerantur ipsi, idq; earum rerum gratia, quas & apud impios contemnere philosophi, quarum q; contemptus proprius, ac peculiaris est uiris Apostolicis. Ante paucos annos, cũ fatali quodam morbo mundus ad arma raperetur, euangelici præcones, hoc est, Minores ac Prædicatores e suggestu sacro dassicum canebant, & ultro ad furiam propensos

penſos magis accẽdebant. Apud Britannos animabant in Gallos, apud Gallos animabant in Britannos. Omnes ad bellũ inſtigabant. Ad pacem nemo prouocabat, præter unum aut alterum, quibus pene capitale fuit me uel nominaſſe. Curſitabant ultro citroq; ſacroſancti præſules, & dignitatis & profeſſionis ſuæ obliti, publicum orbis morbum opera ſua exacerbantes, tum hinc Iulium pontificem Romanum, hinc Reges ad maturandum bellum inſtigantes, perinde quaſi non ſatis ipſi ſua ſponte inſanirent, & tamen hanc manifeſtariam inſaniam magnificis titulis prætexim us. Huc patrum leges, huc piorum hominum ſcripta, huc arcanæ ſcripturæ uerba impudentiſſime detorquemus, ne dicam impie. Imo iam eo prope rediit res, ut ſtultum & impium ſit aduerſus bellum hiſcere, & id laudare, quod ſolum ore Chriſti laudatum eſt. Parum cõſulere populo, parum fauere principi uidetur, qui ſua ſerit rem omnium ſaluberrimam, & ab omnium peſtilẽtiſſima dehortetur. Iã ipſa caſtra ſequũtur ſacrifici, præſũt in caſtris epiſcopi, & relictis eccleſijs ſuis, Bellonæ rẽ agunt. Imo gignit iam bellum ſacerdotes, gignit epiſcopos, gignit cardinales, quibus Cãpi legatus honorificis titulis & apoſtolorũ ſucceſſoribus dignus habeẽ. Quo minus mirum, ſi Martem ſpirãt, quos Mars genuit. Et quo malum ſit inſanabilius, tantam impietatem pietatis ſpecie prætexunt. Vexilla crucem habent. Miles impias, &

pius,& nummis aliquot ad lanienam,ac cædem condu
ctus,crucis insigne præfert,& belli symbolum est,quod
solũ dedocere bellum poterat. Quid tibi cum cruce sce-
lerate miles? istis animis,istis factis,dracones ,tigrides,
ac lupi conueniebant. Istud signum eius est, qui non
pugnando,sed moriendo uicit,qui seruauit,non perdi-
dit,quodq; cum primis admonere te poterat ,cum qui
bus hostibus tibi res sit,si modo Christianus es,& qua
ratione uincendum sit. Tu salutis insigne gestas,ad fra
tris pernicie properans,& cruce perdis, qui cruce serua-
tus est? Quid quod ab arcanis illis & adorandis sacris,
nam hæc quoq; pertrahũtur in castra,in quibus in pri-
mis summa Christianorum concordia repræsentatur,
curritur in aciẽ, dirum ferrum in fratris uiscera stringi-
tur,& facinoris omnium sceleratissimi, quo non aliud
esse potest impijs spiritibus gratius,Christum faciunt
spectatorem,si tamẽ illic dignatur adesse Christus. De-
niq; quod est omnium absurdissimum , in utrisq; ca-
stris,in utraq; acie,crucis signum relucet,in utrisq; sacra.
Quid hoc mõstri est? pugnat crux cum cruce , Christus
aduersus Christum belligeratur. Hoc signũ Christiani
nominis hostes terrere solet. Cur nũc oppugnãt,quod
adorant? homines non una digni cruce,sed uera. Quæ-
so, quid in hisce sacris orat miles , pater noster? Os du-
rum,audes eum appellare patrẽ, qui fratris tui iugulũ
petis ? Sanctificetur nomen tuum,qui magis dehone-

e stari

ſtari poterat nomen dei, quam iſtiuſmodi inter uos tumultibus? Aduenìat regnum tuum, Sic oras, qui tanto ſanguine tyrannidem tuam moliris? Fiat uolũtas tua, quemadmodum in cælo, ita & in terra, pacem uult ille, & tu bellum paras. Panem quotidianum a communi patre petis, qui fraternas exuris ſegetes, & tibi quoq; mauis perire, q̃ illi prodeſſe? Iam quonam ore dices illud, Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, qui ad paricidium feſtinas? Deprecaris periculum tentationis, qui tuo periculo fratrem in periculum pertrahis. A malo liberari poſtulas, cuius inſtinctu, ſummũ malum fratri machinaris? Plato negat appellandum bellum, quod Græci mouent aduerſus Græcos, Seditio eſt, inquit. Et iſtis ſanctum etiam bellum eſt, quod ob quaſlibet cauſas tali milite, talibus armis, cũ Chriſtiano gerit Chriſtianus? Ethnicorum leges, culleo inſutum in profluentem abijciunt, qui ferrum fraterno ſanguine imbuerit. An minus fratres ſunt, quos Chriſtus copulauit, q̃ quos ſanguinis propinquitas? Et tamẽ hic præmium eſt paricidio. O miſeram bellãtium ſortem. Qui uincit, paricida eſt, qui uincit, perit. nihilo ſecius paricidio obnoxius, quod paricidiũ conatus eſt. Et poſt hæc execrãtur Turcas uelut impios, & a Chriſto alienos, quaſi uero cum hæc agũt, ipſi Chriſtiani ſint, aut quaſi Turcis ullum ſpectaculum exhiberi poſſit iucundius, q̃ ſi cõſpiciant illos mutuis telis

telis sese cõfodientes. Immolant Turcæ dæmonibus, at cũ his nulla uictima sit acceptior, q̃ si Christianus mactet Christianũ, quæso, quid aliud facis q̃ illi? Tũ em̃ gemina fruuntur hostia spiritus impij, cũ pariter & qui mactat, & qui mactatur, fit uictima. Si quis Turcis fauet, si quis amicus est dæmonibus, hostias huiusmodi frequẽter offerat. Sed audio iãdudũ, quid excusent homines in suũ ipsorũ malũ ingenioſi. Cogi se querũtur, & inuitus ad bellũ pertrahi. Detrahe personã istã, abij te fucos, tuũ ipsius pectus cõsule, reperies irã, ambitionẽ stultitiã huc pertraxisse, nõ necessitatẽ. Nisi forte hac fine necessitatẽ metiris, si nõ per omnia satisfiat animo. Ad populũ phaleras, deus fucis nõ deluditur. Atq; interea solẽnes agũtur supplicationes, magnis clamoribꝰ petitur pax, uociferant immani boatu, ut pacem nobis dones, te rogamus, audi nos. Nõne iure optimo deus istis respondebit, Quid me ridetis? Rogatis ut depellã, qd ipsi uobis accersitis uolẽtes. Deprecamini, cuius ipsi uobis estis autores. Si quælibet offensa bellũ parit, cui tãdem nõ est quod querat? Inter uxorẽ & maritũ incidunt, ad quæ sit conniuendũ, nisi malis dirimi beneuolentiã. Quod si quid eiusmodi sit ortũ inter principes, quid opus erat mox ad arma rapi? Sunt leges, sunt homines eruditi, sunt uenerãdi abbates, sunt reuerẽdi episcopi, quorũ salubri consilio tumultus rerum componi poterat. Cur nõ hos potius arbitros faciũt, quos haud

possint tam iniquos nanciſci, quin minore malo diſ-
ceſſuri ſint, q̃ ſi armis experiantur? Vix ulla tam
iniqua pax, quin bello uel æquiſſimo ſit potior. Prius
expẽde ſingula, quæ bellum uel poſtulat uel adducit, &
quantum lucri feceris intelliges. Summa Romani pon
tificis autoritas, Aſt cum gentes, cum principes impijs
bellis tumultuantur, idq̃ annos aliquot, ubi tum pon-
tificum autoritas, ubi poteſtas Chriſto proxima? Hic
certe erat expromenda, niſi ipſi ſimilibus tenerentur cu
piditatibus. Vocat pontifex ad bellum, paretur. Vocat
idem ad pacem, cur non obtemperatur itidem? Si pa-
cem malunt, cur Iulio bellandi autori tam alacriter
obeditum eſt, Leoni ad pacem & concordiam prouo
cãti, uix quiſq̃ obtẽperat? Si uero ſacroſancta eſt Ro-
mani pontificis autoritas, certe maxime ualere par eſt,
quoties ad id prouocat, quod unice docuit Chriſtus.
Cæterum quos Iulius ad bellum exitiale potuit exci-
tare, cum Leo ſanctiſſimus pontifex, non idem poſſit,
tot modis ad Chriſtianam concordiam prouocans, de-
clarant ſeſe, eccleſiæ prætextu, ſuis ſeruiſſe cupiditati-
bus, ne quid dicam acerbius. Si ex animo tedet bello-
rum, dabo cõſilium, quo concordiam tueri poſſitis. So-
lida pax haud conſtat affinitatibus, haud fœderibus
hominum, ex quibus frequẽter exoriri bella uidemus.
Repurgãdi fontes ipſi, unde malum hoc ſcatet, praua
cupiditates tumultus iſtos pariunt. Et dum quiſq̃ ſuis
inſeruit

inſeruit affectibus, interim affligitur Reſpublica, nec tamen aſſequitur hocipſum quiſq; , quod malis rationibus affectat. Sapiãt principes, & populo ſapiant, non ſibi, ac uere ſapiant, ut maieſtatem ſuam, ut felicitatem, ut opes, ut ſplendorem his rebus metiantur, quæ uere magnos & excellẽtes faciunt. Sint eo animo erga Rem publicam, quo pater erga familiam. Ita ſe magnum exiſtimet rex, ſi cũ optimis imperet, Ita felicem, ſi ſuos felices reddiderit, Ita ſublimem, ſi cũ maxime liberis imperet, Ita opulentum, ſi populum habeat opulentum, Ita florentem, ſi ciuitates perpetua pace florentes habeat. Atq; hũc principis animum imitentur proceres, ac magiſtratus, omnia Reipublicæ commodis metiãtur, & hac uia rectius ſuis conſuluerint commodis. Rex qui hoc ſit animo, num is facile commouebitur, ut pecuniã a ſuis extorqueat, quã Barbaro militi numeret? Suos ad famem adiget, ut impios aliquot duces ditet? Num is ſuorum uitam, tot periculis obiiciet? Nõ opinor. Hactenus exerceat imperium, ut meminerit ſe hominem imperare hominibus, liberũ liberis, poſtremo Chriſtianum Chriſtianis. Huic uiciſſim tantum deferat populus, quatenus ad publicam utilitatem conducit. Non aliud exiget bonus princeps, Mali uero cupiditates retũdet ciuium conſenſus, Abſit utrinq; priuati commodi ratio. Plurimũ honoris habeatur iis, qui bellum excluſerint, qui concordiam reſtituerint ingenio conſilioue

ſuo. Denicꝙ qui hoc modis omnibus moliatur, non ut maximam militum, ac machinarum uim cõparet, ſed ut ijs nõ ſit opus. Quod pulcherrimũ facinus, tot imperatorum unus Diocletianus animo cõcepiſſe legitur. Quod ſi bellũ uitari nõ poteſt, ita geratur, ut ſumma malorũ in eorũ capita recidat, qui belli dedere cauſas. Nũc principes tuti belligerãtur, ductores hinc creſcunt, maxime malorũ pars in agricolas, ac plebẽ effunditur, ad quod nec attinet bellũ, nec ipſi belli cauſam ullã dederũt. Vbi principis ſapientia, ſi hæc nõ perpendit? ubi principis animus, ſi hic leuiter ducit? Inuenienda ratio, qua fiat ne toties mutẽtur, ac uelut obambulẽt imperia quod omnis rerum nouatio tumultũ gignat, tumultus bellũ. Id facile fiat, ſi regũ liberi, intra ditionis fines eo centur, aut ſi quẽ libeat finitimis adiungere, ſpes omnibus ſucceſſionis præciſa eſto. Nec fas ſit principi ditionis portionẽ ullã uẽdere aut alienare, perinde quaſi priuata ſint prædia, liberæ ciuitates. Nã liberæ ſunt qbus rex imperat, Seruiũt quos tyrãnus premit. Nũc huiuſmodi matrimoniorũ uicibus fit, ut apud Hybernos natus, repente imperet Indis, aut qui modo Syris imperabat, ſubito rex ſit Britãniæ. Fitcꝙ ut neutra regio principẽ habeat, dũ priorẽ relinquit, & a poſteriore nõ agnoſcit, nimirũ ignotus, alioꝙ mũdo natus. Atcꝙ interim dũ illud parit, dũ euincit, dũ ſtabilit, alterum exhaurit proteritcꝙ, nõnuncꝙ amittit utrũcꝙ, dũ utrũcꝙ cõplecti ſtudet,

ſtudet,uix alteri adminiſtrādo idoneꝰ,ſemel inter principes conueniat,quid quiſq; debeat adminiſtrare,ac ditionis fines,ſemel datos, nulla proferat aut cōtrahat affinitas, nulla cōuellant fœdera.ita ſuā quiſq; portionē enitetur q̄ poteſt ornatiſſimā reddere,dū in unā oīe ſtudiū intēdet,hāc conabit rebus optimis locupletatā ſuis liberis relinquere. Atq; hoc ſane pacto futurū eſt, ut ubiq; floreāt omnia. Cæterū inter ſeſe,nō affinitatibus,aut facticijs ſodalitatibus,ſed ſyncera puraq; amicitia copulentur,maximeq; ſimili cōmuniq; ſtudio bene merendi de rebus humanis. Principi uero ſuccedat, uel qui genere proximus,uel qui populi ſuffragijs maxime iudicabitur idoneus. Cæteris ſat ſit,inter honeſtos haberi proceres. Regium eſt neſcire priuatos affectus,& oia publicis cōmodis æſtimare. Adhæc longinquas peregrinationes uitet princeps,imo pomœria regni nūq; trāſire uelit,memineritq; dicti lōgo ſæculorū cōſenſu p bati. Frōs occipitio prior eſt. Locupletatū ſe exiſtimet, nō ſi quid alijs ademerit, ſed ſi ſua reddiderit meliora. Cū de bello agitur,ne adhibeat in cōſiliū iuuenes,quibus ideo bellū placet,quod experti nō ſunt quantū habeat malorū,neue eos,quibus expedit turbari publicā trāquillitatē,quiq; populi calamitatibus alūtur,ac ſaginātur. Senes cordatos & integros accerſat,& quorū pietas patriæ ſpectata ſit. Nec temere ad unius aut alterius libidinē bellū moueat,quod ſemel cœptū,haud facile fini-

le finitur. Res omniũ periculoſiſſima, nõ niſi totius populi cõſenſu ſuſcipiatur. Belli cauſæ ſtatim prædicẽdæ ſunt. Ad quædã conniuẽdũ, comitas comitatẽ inuitabit. Nõnũq; emẽda pax. Ea ſi ratiõe ſubduxeris, quid bellũ fuerit exhauſturũ, & quot ciues ab exitio ſerues, paruo empta uidebitur, etiamſi magno emeris. Quando præter ciuium tuorũ ſanguinem, plus erat bello impendendum. Ineas rationem, quantum malorum uitaris, quantum bonorum tuearis, & impendij nõ pœnitebit. Fungantur interim ſuo officio præſules. Sacerdotes uere ſint ſacerdotes. Monachi profeſſionis ſuæ meminerint. Theologi quod Chriſto dignum eſt, doceãt. Cõſpirẽt omneis aduerſus bellum, in hoc latrẽt omnes. Pacem publice priuatimq; prædicẽt, efferant, inculcẽt. Tum ſi minus poſſint efficere, ne ferro decernatur, certe ne probent, ne interſint, ne rei uel tam ſceleratæ, uel certe tam ſuſpectæ, ipſis autoribus honos habeatur. Satis ſit in bello cæſis, in prophano ſepulchrum dari. Si qui boni ſunt in hoc genere, qui certe pauciſſimi ſunt, non ob hæc fraudabuntur ſuo præmio. Cæterum impij, quæ maxima turba eſt, minus ſibi placebunt, honore detracto. De his bellis loquor, quæ uulgo Chriſtiani cum Chriſtianis committũt. Nec enim idem ſentio de his, qui ſimplici pioq; ſtudio uim incurſantium Barbarorum depellunt, & ſuo periculo publicam tranquillitatem tuentur. Nũc trophæa ſanguine tincta eorum pro

quorũ

quorum ſalute Chriſtus ſuum fudit ſanguinem, repo-
nuntur in templis, inter apoſtolorum, ac martyrum ſta-
tuas, quaſi poſthac pium ſit futurũ, non fieri martyres,
ſed facere. Abunde magnum erat hæc in foro, aut arma
rio quopiam repoſita ſeruari. in ſacras ædes, quas puriſ
ſimas eſſe decet, nihil recipi conuenit, quod ſanguine ſit
inquinatum. Sacerdotes deo ſacri, nuſq; adſint, niſi ad
dirimenda bella. In hæc ſi conſentiant, ſi eadem ubiq;
inculcent, plurimum habitura momẽti eſt. Quod ſi hic
fatalis eſt humani ingenij morbus, ut prorſus abſq;
bellis durare nequeat, quin potius malum hoc in Tur-
cas effunditur, tametſi præſtabat & hos doctrina, bene
factis, uitæq; innocentia, ad Chriſti religionem allicere,
q̃ armis adoriri. Attamen ſi bellum, ut diximus, omni
no uitari non poteſt, illud certe leuius ſit malum, q̃ ſic
impie Chriſtianos inter ſe cõmitti, collidiq;. Si mutua
charitas illos non adglutinat, certe cõiunget utcunq; cõ
munis hoſtis, & qualiſcunq; ſyncretiſmus erit, ut abſit
uera concordia. Poſtremo magna pars pacis eſt, ex ani-
mo uelle pacem. Quibus enim pax uere cordi eſt, hi
omnes pacis occaſiones arripiunt, quæ obſtant, aut ne-
gligunt, aut amoliuntur. permulta ferunt, dum tantum
bonũ ſit incolume. Nunc ipſi bellorum ſeminaria quæ-
runt, quod ad cõcordiam facit, eleuant, aut diſſimulant
etiam. quod ad bellum tendit, ultro exaggerant, exulce
rantq;. Pudet referre, ex cuiuſmodi nugis, quantas exci

tent tragœdias,& ex q̃ minuta ſcintillula,quæ rerũ tem peſtates exoriãtur. Tunc illud iniuriarum agmen uenit in mentẽ,& ſuum quiſq; malum ſibi exaggerat, At be/ nefactorum interim profunda obliuio,ut iures affecta ri bellum. Et ſæpe principum priuatum quiddam eſt, quod orbem ad arma cõpellit, At pluſq; publicum eſſe debet,ob quod bellũ ſuſcipiatur. Quin ubi nihil ſubeſt cauſæ,ipſi diſſidiorum cauſas ſibi fingũt, regionum uo cabulis ad odiorum alimoniam abutentes,& hunc ſtul tæ plebis errorem alunt magnates,& in ſuum abutun/ tur compendium,alunt ſacerdotes quidam. Anglus ho ſtis eſt Gallo,nec ob aliud, niſi quod Gallus eſt. Scoto Britannus infenſus eſt,nec aliam ob rem,niſi quod Sco tus eſt. Germanus cum Franco diſſidet, Hiſpanus cum utroq;. O prauitatem, Diſiungit inane loci uocabulũ, Cur non potius tot res conciliant? Male uis Britannus Gallo,Cur nõ potius bene uis homo homini? Chriſtia nus Chriſtiano? Cur res friuola plus apud iſtos poteſt, q̃ tot naturæ nexus? tot Chriſti uincula? Locus corpo/ ra dirimit,nõ animos. Separabat olim Rhenus Gallũ a Germano,at Rhenus nõ ſeparat Chriſtianũ a Chri/ ſtiano. Pyrenei mõtes Hiſpanos ab Italis ſeiungunt, at ĩjdẽ nõ dirimũt eccleſiæ cõmunionẽ. Mare dirimit An/ glos a Gallis,at nõ dirimit religionis ſocietatẽ. Paulus Apoſtolus indignat audire inter Chriſtianos has uo/ ces,Ego ſum Apollo, ego ſum Cephæ, ego ſum Pauli,

nec in

nec inpia cognomina ſinit ſecari Chriſtū oia conciliātē, & nos cōmune patriæ uocabulū grauē cauſam iudicamus, cur gens in gētis internicionē tēdat? Ne id quidē ſatis non nullorum animis bellorum auidis, praue data q̄ opera diſſidiorum anſas quærunt, ipſam diuidunt Galliam, & ea uocabulis diſtrahunt, quæ nec maria, nec montes, nec uera regionum nomina diſtrahunt. E Gallis Germanos faciunt, ne uel nominis conſortio coaleſcat amicitia. Si in actionibus odioſis, uelut diuortij, nec litem facile recipit iudex, nec quamlibet admittit probationem, cur iſti in re omniū odioſiſſima quālibet friuolam cauſam admittunt? Quinpotius id quod res eſt, cogitāt, mundū hunc cōmunem eſſe patriā omniū, ſi patriæ titulus conciliat. ab iiſdem maioribus ortos omneis, ſi facit amicos ſanguinis affinitas. eccleſiā unā eſſe familiam, ex æquo cōmunem omnibus, ſi domus eadem copulat neceſſitudines. In hanc partem ingenioſos eſſe par eſt. Toleras quædā in ſocero, non ob aliud niſi quod ſocer eſt, & nihil toleras in eo, qui religionis conſortio frater eſt? Multa condonas generis propinquitati, & nihil cōdonas affinitati religionis? Certe nullum uinculum arctius alligat, q̄ Chriſti ſodalitas. Cur id ſolum ob oculos obuerſatur, quod animum exulcerat? Si paci faues, ſic cogita potius, in hoc læſit, ſed ſæpe alias profuit, aut alieno impulſu læſit. Poſtremo, quēadmodum apud Homerum diſſidij cauſas, quod inter

Agamẽnonem & Achillẽ interceſſerat, in Aten deam reiiciunt, qui uocant ad cõcordiam. ita quæ excuſari nõ poſſunt, aliquando fatis imputẽtur, aut malo cuipiam ſi libet Genio, & in hæc odiũ ab ipſis hominibus tranſferatur. Cur magis ad perniciem ſuam ſapiunt, q̃ ad tuendam felicitatem? Cur ad malum, q̃ ad bonũ ſunt oculatiores? Qui paulo cordatiores ſunt, expendunt, conſyderant, circumſpiciunt, priuſq̃ priuatum quoq; negocium aggrediantur. Et clauſis oculis præcipites in bellum ipſi ſeſe conijciunt, præſertim cum ſemel admiſſum, excludi non poſſit. quin e puſillo fit maximũ, ex uno plura, ex incruẽto cruentum. Maxime cum hæc procella, non unum aut alterum affligat, ſed uniuerſos pariter inuoluat. Quod ſi uulgus hæc parum expẽdit, certe principis & optimatum partes ſunt, hæc ſecum reputare. Sacerdotum eſt iſta rationibus omnibus inſulcire, uolentibus ac nolentibus ingerere. Hærebũt tandẽ ſi nuſq̃ non audiantur. Ad bellum geſtis? primũ inſpice, cuiuſmodi res ſit pax, cuiuſmodi bellum, quid illa bonorum, quid hoc malorũ ſecum uehat, atq̃ ita rationẽ ineas, num expediat pacẽ bello permutare. Si res quædam admirabilis eſt, regnum undiq; rebus optimis florens, bene conditis urbibus, bene cultis agris, optimis legibus, honeſtiſſimis diſciplinis, ſanctiſſimis moribus, cogita tecum, hæc felicitas mihi perturbanda eſt ſi bello. Cõtra ſi quando conſpexiſti ruinas urbium, dirutos uicos,

uicos,exusta phana,desolatos agros,& id spectaculum miserandum ut est,uisum est,cogita hunc esse belli fructum. Si graue iudicas sceleratam conductitiorũ militum colluuiem in tuam regionem inducere, hos ciuiũ tuorum malo alere,his inseruire,his blandiri,immo horum arbitrio teipsum,ac tuam incolumitatem cõmittere,fac cogites hanc esse belli conditionem, si abominaris latrocinia, hæc docet bellum, si execraris paricidiũ, hoc in bello discitur. Nam qui uereatur unum occidere cõmotus,qui leui autoramento cõductus tot homines iugulat? Si præsentissima Reip.pestis est, legum neglectus,silent leges inter arma. Si fœdũ existimas stuprũ, incestum,& his turpiora,horum omniũ bellum magister est. Si fons omniũ malorum est impietas,& religionis neglectus,hæc belli procellis prorsus obruitur. Si iudicas pessimum esse Reipu.statum, cum plurimũ possunt,qui pessimi sunt,in bello regnant sceleratissimi, & quos in pace suffigas in crucem,horum in bellis primaria est opera. Quis enim melius per deuia ducet copias, cꝫ latro exercitatus? Quis fortius diripiet ædes,aut spoliabit templa,cꝫ parietũ perfossor,aut sacrilegus? Quis animosius feriet hostem,& hauriet ferro uitalia,cꝫ gladiator,aut paricida? Quis æque idoneus ad iniiciẽdum ignẽ urbibus,aut machinis,cꝫ incẽdiarius? Quis æque contẽnet fluctus,marisꝫ discrimina,ac pirata diutinis prædationibus exercitus? Vis palam cernere, cꝫ res sit

impia bellū, animaduerte per quos geritur. Si pio principi nihil antiquius esse debet, q̄ suorum incolumitas, huic bellum in primis inuisum sit, oportet. Si principis felicitas est imperare filiabus, pacem potissimū amplecti debet. Si præcipue optandum bono principi, ut imperet q̄ optimis, bellum detestetur oportet, unde scatet omnis impietatis sentina. Si suas opes esse putet quicquid ciues possident, bellum omnibus rationibus uitet. q̄d ut felicissime cadat, certe facultates omniū atterit, & quod honestis artibus partū est, in īmanes quosdā carnifices erogandum. Iam illud etiam atq; etiā perpendant, suam cuiq; blandiri causam, & suā cuiq; spem arridere, cum illa sæpenumero pessima sit, quæ commoto uideatur æquissima, & hæc nō raro fallit. Sed finge causam iustissimā, finge exitum belli prosperrimū, rationē fac in eas, omniū incōmodorum quibus gestum est bellum, & cōmoditatum quas peperit uictoria, & uide nū tanti fuerit uincere. Vix unq̄ uictoria cōtingit incruenta. Iā habes tuos humano sanguine pollutos. Ad hæc supputa morum, publicæq; disciplinæ iacturam, nullo compendio sarciendam. Exhauris tuū fiscum, expilas populum, oneras bonos, ad facinus excitas improbos, neq; uero cōfecto bello, protinus & belli reliquiæ sopitæ sunt. Obsolescunt artes, interduduntur negociatorū cōmercia. Vt hostē indudas, prius temetipsum a tot regionibus cogeris excludere. Ante bellum omnes finiti

mæ regiones

mæ regiones tuæ erãt, pax enim rerum cõmercijs facit omnia cõmunia. Vide quantã rẽ egeris, nũc uix tua eſt, quæ maxime tua eſt ditio. Vt oppidulũ excindas, quot machinis, quot tentorijs opus eſt? Imitatitiã urbem facias oportet, ut uerã euertas, at minoris aliud uerũ oppidũ extrui poterat. Ne liceat hoſti prodire ex oppido, tu exul a patria, ſub dio dormis. Minoris conſtaturum erat, ædificare noua mœnia, q̃ ædificata machinis demoliri. Vt ne computem hic, quod pecuniarum effluit inter exigentium, recipientium, ac ducum digitos, quæ ſane pars eſt non minima. Quod ſi horum ſingula ad uerum calculum reuoces, ni compereris decima impendiorum parte pacem redimi potuiſſe, patiar æquo animo me profligari undiq;. Sed parum excelſi animi tibi uideare, ſi quid remittas iniuriarum, immo nullum eſt certius argumentum humilis animi, minimeq; regij, q̃ ulciſci. Maieſtati tuæ non nihil decedere putas, ſi cum finitimo principe agens, & fortaſſe cognato, aut affini, fortaſſis alias bene de te merito, de tuo iure decedas aliquantulum, At quanto humilius deijcis maieſtatem tuam, dum barbaris cohortibus, & infimæ ſceleratorum feci, nunq̃ explendæ auro? Subinde litare cogeris, dum ad Cares uiliſſimos, ſimul ac nocentiſſimos blandus ac ſupplex mittis legatos, dum tuum ipſius caput, dum tuorum fortunas, illorum credis fidei, quibus nihil eſt neq; penſi, neq; ſancti. Quod

ſiquid

ſiquid iniquitatis uidebitur habere pax, caue ſic cogi/ tes, hoc perdo, ſed tanti pacẽ emo. At dixerit argutior aliquis, Facile donarim, ſi res ad me priuatim ptineat. Princeps ſum, negocium publicum, uelim nolim, ago. Non facile bellum ſuſcipiet, qui nihil niſi publicum ſpe ctat. Atqui contra uidemus omneis belli cauſas ex his rebus naſci, quæ nihil ad populũ pertineant. Vis hanc aut illam ditionis partem uindicare? Quid iſtud ad po puli negociũ? Vis ulciſci, qui filiæ renunciauit, quid hoc ad Rempublicam? Hæc expendere, hæc perſpicere, ue/ re ſapientis, uereq; magni eſt principis. Quis unq̃ aut latius imperauit, aut ſplẽdidius Octauio Auguſto? at is cupiebat etiam deponere imperium, ſi quem uidiſſet Reipu. magis ſalutarem principem. Merito laudata eſt ab egregijs autoribus uox illa cuiuſdã Imperatoris, Pe reant, inquit, filij mei, ſi quis alius melius ſit Reipu. con ſulturus. Hos animos Reipub. præſtiterũt homines im pij, quod ad Chriſti religionem attinet, & Chriſtiani principes uſq; adeo uilem ducũt populum Chriſtianũ, ut grauiſſimo orbis incendio priuatas ſuas cupiditates, uel ulciſci uelint, uel explere? Iam audio quoſdã ita ter/ giuerſantes, ut negẽt ſe tutos eſſe poſſe, niſi uim impro/ borum acriter propellant. Cur igitur inter innumeros Imperatores Rhomanos ſoli Antonini, pius & philo/ ſophus petiti nõ ſunt? Niſi quod nemo tutius regnat, q̃ qui paratus eſt & deponere, utpote quod Reipu. ge

rat, nõ ſibi.

rat, non ſibi. Quod ſi nihil uos mouet, neq; naturæ ſen ſus, neq; pietatis reſpectus, neq; tanta calamitas, certe Chriſtiani nominis probrũ, animos ueſtros in concor/ diam redigat. Quota mundi portio tenetur a Chriſtia nis? Atq; hæc tamen eſt illa ciuitas in ædito monte ſita, ſpectaculũ facta deo & hominibus. At quid ſentire pu tandũ eſt, quid loqui, quæ probra in Chriſtum euome re Chriſtiani nominis hoſtes, ubi uident Chriſtianos ſic inter ſeſe concertare, leuioribus de cauſis, q̃ Ethnici, crudelius q̃ impij, machinis tetrioribus q̃ ipſi? Quo/ rum inuentum eſt bombarda? Nonne Chriſtianorũ? Et quo res ſit indignior, his induntur Apoſtolorũ no/ mina, inſculpũtur imagines. O crudelis irriſio. Paulus ille pacis hortator perpetuus, tartaream machinã tor/ quet in Chriſtianum? Si cupimus Turcas ad Chriſti re ligionem adducere, prius ipſi ſimus Chriſtiani. Nunq̃ hoc illi credent, ſi quod eſt, perſpiciant nuſq̃ magis fæ/ uire, q̃ apud Chriſtianos, id qd' Chriſtus unũ omniũ maxime deteſtatus eſt. Et quod Homericus Ethnicus demiratur in Ethnicis, cum ſuauium etiam rerum ſatie/ tas ſit, ſomni, cibi, potus, choreæ, muſices, belli infelicis nullam eſſe ſatietatem. id apud eos ueriſſimum eſt, qui bus ipſum etiam belli uocabulum abominandum eſſe oportuit. Roma furioſa quondam illa bellatrix, tamen Iani ſui templum aliquoties uidit clauſum. Et qui con/

uenit apud uos nullas esse bellandi ferias? Quonã ore prædicabitis eis Christum pacis autorem, ipsi perpetuis dissidijs inter uos tumultuantes? Iam quos putatis animos addit Turcis uestra discordia? Nihil enim facilius q̃ uincere dissidentes. Vultis illis esse formidabiles? Cõcordes estote. Cur ultro uobis & præsentis uitæ iucunditatem inuidetis, & a futura felicitate uultis excidere? Multis malis per se obnoxia est uita mortalium, magnã molestiæ partem adimet concordia, dum mutuis officijs alius alium, aut consolatur, aut iuuat. Si quid boni obtinget, id tum suauius, tum cõmunius redet concordia, dum amicus impartit amico, & beneuolus beneuolo gratulatur. Quã friuola sunt, quãq̃ mox peritura, pro quibus inter uos tumultus est. mors oñibus imminet, non minus regibus, q̃ plebeijs. Quos tumultus ciet animalculum, mox fumi in morẽ euanituru m? In foribus adest æternitas. Quorsum attinet, pro rebus istis umbraticis, perinde moliri, quasi uita hæc esset immortalis? O miseros, qui felicem illam piorum uitam non credunt, aut non sperant impudentes, qui sibi pollicẽtur, e bellis ad eam iter esse, cum illa nihil sit aliud, q̃ ineffabilis quædam felicium animorum communio, cum iam ad plenum continget, quod Christus tam enixe rogauerat patrẽ cælestem, ut sic inter se iungerentur illi, quemadmodum ipse patri iunctus esset.

Ad hanc

Ad hanc ſummã concordiam qui poſſitis eſſe idonei, niſi eam interim pro uirili meditemini? Vt non ſubito ex ſpurco helluone fit angelus, ita non ſubito ex bellatore ſanguinario, martyrum ac diuorum ſocius. Eia ſatis iam, ſuperq; fuſum eſt Chriſtiani, ſi parum eſt, humani ſanguinis, ſatis in mutua debacchatum exitia, ſatis hactenus Furijs, Orcoq; litatũ, ſatis diu quæ Turcarum paſcat oculos, acta eſt fabula. Saltem aliquando poſt nimium diu toleratas bellorũ miſerias reſipiſcite. Quicquid hactenus inſanitum eſt, fatis imputetur. placeat Chriſtianis, quæ quondam prophanis placuit, ſuperiorum malorum obliuio. poſthac cõmunibus conſilijs in pacis ſtudiũ incumbite. Et ſic incumbite, ut non ſtuppeis, ſed ſolidis atq; adamantinis uinculis coeat, nunc̃q; dirumpẽda. Vos appello principes, de quorum nutu potiſſimum pendent res mortalium, qui Chriſti principis imaginem inter mortales geritis, agnoſcite regis ueſtri uocem, ad pacem uocãtis. Exiſtimate totum orbem diutinis feſſum malis, hoc a uobis flagitare. Si quid cui dolet etiam, æquum eſt hoc publicæ omnium felicitati donare. Maius eſt negocium, c̃q; ut leuibus cauſis debeat retardari. Appello uos ſacerdotes deo ſacri, hoc ſtudijs omnibus exprimite, quod deo gratiſſimũ eſſe ſcitis. hoc depellite, quod illi maxime inuiſum. Appello uos Theologi, pacis Euãgelium prædicate, hanc

ſemper popularibus auribus occinite. Appello uos epi ſcopi, aliíq; dignitate eccleſiaſtica præminẽtes, ad pacẽ æternis uinculis aſtringẽdã ueſtra ualeat autoritas. Ap pello uos primates, & magiſtratꝰ, ut ſapiẽtiæ Regũ, ut pietati Põtificum ueſtra uoluntas ſit adiutrix. Vos ap pello promiſcue, quicũq; Chriſtiano nomine cenſemi ni, conſentientibus animis in hoc conſpirate. Hic oſten dite quantum ualeat aduerſus potentum Tyrannidẽ, multitudinis concordia. Huc pariter omnes omnia ſua conferant. Iungat æterna concordia, quos tam multis rebus coniunxit natura, pluribus Chriſtus. Communi bus ſtudijs agant omnes, quod ad omnium ex æquo felicitatem pertinet. Huc inuitant omnia, primum ipſe naturæ ſenſus, atq; ipſa, ut ita dicam, humanitas. Deinde totius humanæ felicitatis princeps & autor Chriſtus. Ad hæc, tam multa pacis commoda, tot belli calamitates. Vocant huc ipſi principum animi, iam ue lut afflante deo, ad concordiam propenſi. En pacificus ille, placidusq; LEO, ſignum oĩbus extulit, ad pacem inuitans, uereq; Chriſti uicarium agens. Si uere oues eſtis, ſequimini paſtorem. Si filij, audite patrẽ. Vocat huc ille nõ titulo tantum Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Frãciſcus, qui pacem nec emere grauatur, nec uſq; ſuæ maieſtatis habet rationem, modo publicæ paci cõ ſulat. hoc denicq; uere ſplendidum ac regium eſſe do-

cens,

cens, de genere humano q̄ optime mereri. Vocat huc dariſſimus princeps CAROLVS, incorruptæ indolis adoleſcens. Nec abhorret Cæſar MAXIMILIANVS, Nec detractat indytus Angliæ Rex Henricus. Tantorum principum exemplum, cæteros libēter imitari par eſt. Maxima plebis pars bellum deteſtatur, pacē orat. Pauculi quidam modo, quorum impia felicitas a publica pendet infelicitate, bellum optant. Quorū improbitas ut plus ualeat, q̄ bonorum omnium uoluntas, æquum ſit, nec ne, uos ipſi expēdite. Videtis hactenus nihil actum fœderibus, nihil promotum affinitatibus, nihil ui, nihil ulciſcendo. Nunc contra periculum facite, quid poſſit placabilitas, quid beneficētia. Bellum e bello ſeritur, ultio trahit ultionem. Nunc gratia gratiam pariat, & beneficiū beneficio innitetur, iſq̄ regalior uideatur, qui plus de ſuo iure conceſſerit. Non ſucceſſit quod humanis ſtudijs geſtum eſt, at fortunabit ipſe Chriſtus pia concilia, quæ ſe autore & auſpice uiderit ſuſcipi. Aderit dexter, aſpirabit, fauebitq̄ fauentibus ei rei, cui fauit ipſe plurimum, priuatos affectus publica uincat utilitas. Quāq̄ dum huic conſulitur, & ſua cuiq̄ fortuna melior reddetur, principibus regnum erit auguſtius, ſi pijs ac felicibus imperent, ut legibus regnent magis q̄ armis, proceribus maior ueriorq̄ dignitas, ſacerdotibus ocium tranquillius, populo quies uberior,

& ubertas quietior, Nomen Christianum formidabilius crucis hostibus. Deniq; singuli singulis, & omnes omnibus chari simul & iucũdi eritis, super omnia Christo grati, cui placuisse summa felicitas est.

DIXI.

ERASMI ROTERO

DAMI, IN GENERE CONSOLATO RIO DECLAMATIO.

VAM ACERBVM VVL- Exordiū.
nus ex optimi pueri deceſ-
ſu pater acceperis, equidem
ex meo ipſius dolore facile
cōiecturā facio. Quare ue-
hementer ſim inhumanus,
ſi parentem in tam triſti ca
ſu lugere uetem, cū alienus
ipſe non queam nō lugere.
Impudens autē merito uidear, ſi tuo dolore parem me
deri, cum mihi ipſi medico ſit opus, ſiq; patri coner la-
chrymas abſtergere, cum ipſe lachrymarū nullum ad-
huc modum facere poſſim. Quanq; enim hoc fortu Tranſitus
næ telum, paternum pectus altius ferire debuit, tamen ad argu-
illud tibi præſtare ſolet ſingularis quædam ſapiētia, ut mētationē
omneis caſus humanos, nō ſolum forti & infracto, ue-
rumetiam alacri perferas animo. Proinde tibi conſtes Argumen
oportet, ut animi dolorem, omnino iuſtiſſimum (quis tatio.
enim neget?) ſi nōdum potes abijcere, certe premas, ac
modereris. Cur autem non etiam abijcias? uidelicet, ut
quod ab idiotis impetrat paucorum dierum ſpacium,

ERASMI ROTERO

DAMI, IN GENERE CONSOLATO RIO DECLAMATIO.

VAM ACERBVM VVL- Exordiū.
nus ex optimi pueri deceſ-
ſu pater acceperis, equidem
ex meo ipſius dolore facile
cōiecturā facio. Quare ue-
hementer ſim inhumanus,
ſi parentem in tam triſti ca
ſu lugere uetem, cū alienus
ipſe non queam nō lugere.
Impudens autē merito uidear, ſi tuo dolore parem me
deri, cum mihi ipſi medico ſit opus, ſiq; patri coner la-
chrymas abſtergere, cum ipſe lachrymarū nullum ad-
huc modum facere poſſim. Quanq; enim hoc fortu Tranſitus
næ telum, paternum pectus altius ferire debuit, tamen ad argu-
illud tibi præſtare ſolet ſingularis quædam ſapiētia, ut mētationē
omneis caſus humanos, nō ſolum forti & infracto, ue-
rumetiam alacri perferas animo. Proinde tibi conſtes Argumen
oportet, ut animi dolorem, omnino iuſtiſſimum (quis tatio.
enim neget?) ſi nōdum potes abiicere, certe premas, ac
modereris. Cur autem non etiam abiicias? uidelicet, ut
quod ab idiotis impetrat paucorum dierum ſpacium,

id à ſapiẽtiſſimo uiro impetret ratio. Nam quæ mater cula tam impotenter filij mortẽ luget, cui dies non ægritudinem leniat primũ, deinde penitus etiam adimat? Nuſq; animo deijci, ſapiẽtis eſt. at in his caſibus, quib⁹ oẽs ex æquo, maximi pariter ac minimi ſum⁹ obnoxij, dolere immoderatius, extremæ uecordiæ mihi uidetur eſſe. Quis enim ignorat, niſi prorſus incogitans, hac ſe lege natum eſſe, ut quandocunq; uocarit deus, ſit proclinus hinc emigrandum? Itaq; qui mortem hominis deplorat, quæſo, quid aliud, q̃ ſe mortalem eſſe deflet? Aut cur potius mortem deplores, q̃ natiuitatem, cum utraq; iuxta ſecundum naturam ſit? Perinde ac ſiquis gratias agat, quod ad conuiuiũ ſit admiſſus, queratur autem ſeſe dimitti. Quod ſiquis uelut e ſublimi ſpecula, uniuerſi mortalium generis conditionẽ, uitamq; contemplet, non merito delicatus ſibi uideatur, ſi inter tot orbitatis exempla, inter tam denſa ſenum ac iuuenum funera, grauius diſcrutiet animo, perinde quaſi ſoli nouum aliquod, ac magnũ malũ acciderit, quaſiq; unus tanq; albæ, quod aiunt, gallinæ filius, extra publicam aleam ſtatui poſtulet. Quas ob res ſapiẽtiſſimi legum conditores, uti luctum aliquem parẽtum affectibus indulgent, ne uidelicet a quibuſlibet ἀπάθειαν illam exigere uideantur, a nonnullis etiam Stoicis damnatam, ita eum modicis ſane finibus circũſcripſerunt. Siue quod intelligerent, in id genus caſibus, qui cum omniũ ſunt

cõmunes:

cõmunes, tum uero nõ fortunæ iniuria, sed ipso naturæ cursu atq; ordine inducuntur, breuem mœrorem suffi-cere, uel infirmioribus, utpote natura, uulnus quod in-flixit, leniente, sensimq; cicatricem obducẽte. Siue quia perpenderint, dolorem non solum inutilem esse ijs, qui-bus impenditur, uerumetiam pernicioſum ijs, a quibus sumitur, grauẽ ac molestum amicis ac familiaribus, ui-tæq; socijs. Iam uero, siquis rem recta reputet uia, an non dementiæ species esse uidetur, ultro malum malo addere, & cum fati iacturã nulla ratione sarcire possis, tamen ultro tibi perniciem accersere? Perinde ut siquis ab hoste, nonnulla facultatũ parte spoliatus, quicquid reliquũ est, id omne iratus in mare dejciat, adq; eum modum fortunã suam deplorare sese prædicet. Quod si nos parum mouet Mimus ille nobilis, & quouis etiã philosopho dignus, Feras, non culpes, quod mutari nõ potest, certe Dauidis sapientissimi Regis exemplum pulcherrimũ in mentem ueniat. Cui simulatq; pueri, quem tenerrime diligebat, mors est nũciata, confestim solo erexit sese, puluerem absterſit, cilicium abiecit, de-inde lotus & unctus, uultu mutato, alacris ad epulas ac-cessit. Id factum admirãtibus amicis, Quid est? inquit, cur me iam conficiã dolore? Nam antehac, utcũq; spes erat fieri posse, ut meo luctu flexus deus, infantẽ seruaret, nunc nullis ille lachrymis ad nos reuocari potest, Nos ad illum breui properabimus. Quis tam demẽs,

quem certo sciat precibus nó
nihil mexorabilius, nihil surdius,
quasi feræ, uel immanissimæ
est quo mollescat adamas,
delimias. Ea nec formæ parcit, nec
nec impetus. Atq; ob idipsum æquio
quod ineuitabilis, uel quod tã ex
Ethnicorũ exemplã, qui suorum inte/
infracto q; tulerint animo? A quibus ani
superari Christianos, nonne turpissimũ
Nunc ubi succurrat nobilis illa, meritoq; lite/
celebrata, Telamonis & Anaxagoræ uox,
mortalẽ. Succurrat Perides, Athe/
non tam eloquẽtia, cõ animi fortitudine
ntra quatriduũ duobus mirificis ado
solito uultu, atq; adeo corona
Succurrat Xenophon ille
Cui cũ inter sacrificandũ,
coronam modo depositi, atq;
fortiter in acie cecidisse
Syracusanus, qui cũ in ami
& subito tumultu in ædi
quid ea rei didicisset filiũ de te
iussit extincti cor
sese quod insti/

tuerat.

tuerat, non omissurum. Hunc imitatus Demosthenes, amissa filia charissima, atq; unica, septimo ab eius obitu die coronatus, & cãdido uestitu ad populũ prodijt. Cuius facti, & fidem cõfirmauit, & illustrauit gloriam, Aeschynis inimici criminatio. Succurrat rex Antigonus, cui cum nunciatũ esset, filiũ in extraordinario conflictu concidisse, paulisper cõctatus, & intuens eos qui renunciarant, magno quidem animo, Sero, inquit, interisti Alcynonen (nam id erat filio nomen) qui tam temere in hostes te conieceris, neq; tuæ salutis, neq; meorum memor monitorũ. Quod si Romana te magis capiũt exempla, respice Puluillum Horatium, cui capitolium dedicanti, cum nũciatum esset, filiũ uita defunctũ esse, nec manũ a poste remouit, neq; uultum a religione ad priuatũ dolorem flexit. Respice Paulum Aemilium, qui intra septẽ dies duobus amissis filijs, progressus in cõcionem, ultro populo Romano gratulatus est, quod publicã fortunæ inuidiam, domestico luctu redemisset. Cogita Qu. Fabiũ Maximũ, qui cum filiũ consularẽ, & egregijs darũ gestis amisisset, consul in concionem prodijt, & encomiũ filij recitauit. Interea Catonem Censoriũ, cui cũ filius natu maior obiisset, singulari ingenio, summa uirtute iuuenis, ad hæc prætor iam designatus, nihil tamen hoc casu cõmotus est, ut Reip. negocia segnius administraret. Occurrat Martius, cognomẽto Rex, Is cum filium summæ pietatis, magnæ

spei,

impia bellū, animaduerte per quos geritur. Si pio principi nihil antiquius esse debet, q̄ suorum incolumitas, huic bellum in primis inuisum sit, oportet. Si principis felicitas est imperare filiabus, pacem potissimū amplecti debet. Si præcipue optandum bono principi, ut imperet q̄ optimis, bellum detestetur oportet, unde scatet omnis impietatis sentina. Si suas opes esse putet quicquid ciues possident, bellum omnibus rationibus uitet. q̄d ut felicissime cadat, certe facultates omniū atterit, & quod honestis artibus partū est, in imanes quosdā carnifices erogandum. Iam illud etiam atq; etiā perpendant, suam cuiq; blandiri causam, & suā cuiq; spem arridere, cum illa sæpenumero pessima sit, quæ commoto uideatur æquissima, & hæc nō raro fallit. Sed finge causam iustissimā, finge exitum belli prosperrimū, rationē fac in eas, omniū incōmodorum quibus gestum est bellum, & cōmoditatum quas peperit uictoria, & uide nū tanti fuerit uincere. Vix unq̄ uictoria cōtingit incruenta. Iā habes tuos humano sanguine pollutos. Ad hæc supputa morum, publicæq; disciplinæ iacturam, nullo compendio sarciendam. Exhauris tuū fiscum, expilas populum, oneras bonos, ad facinus excitas improbos, neq; uero cōfecto bello, protinus & belli reliquiæ sopitæ sunt. Obsolescunt artes, interduduntur negociatorū cōmercia. Vt hostē indudas, prius temetipsum a tot regionibus cogeris excludere. Ante bellum omnes finiti

mæ regiones

mæ regiones tuæ erãt, pax enim rerum cõmerciis facit omnia cõmunia. Vide quantã rẽ egeris, nũc uix tua eſt, quæ maxime tua eſt ditio. Vt oppidulũ excindas, quot machinis, quot tentoriis opus eſt? Imitatitiã urbem facias oportet, ut uerã euertas, at minoris aliud uerũ oppidũ extrui poterat. Ne liceat hoſti prodire ex oppido, tu exul a patria, ſub dio dormis. Minoris conſtaturum erat, ædificare noua mœnia, q̃ ædificata machinis demoliri. Vt ne computem hic, quod pecuniarum effluit inter exigentium, recipientium, ac ducum digitos, quæ ſane pars eſt non minima. Quod ſi horum ſingula ad uerum calculum reuoces, ni compereris decima impendiorum parte pacem redimi potuiſſe, patiar æquo animo me profligari undiq;. Sed parum excelſi animi tibi uideare, ſi quid remittas iniuriarum, immo nullum eſt certius argumentum humilis animi, minimeq; regij, q̃ ulciſci. Maieſtati tuæ non nihil decedere putas, ſi cum finitimo principe agens, & fortaſſe cognato, aut affini, fortaſſis alias bene de te merito, de tuo iure decedas aliquantulum, At quanto humilius deijcis maieſtatem tuam, dum barbaris cohortibus, & infimæ ſceleratorum feci, nunc̃ explendæ auro? Subinde litare cogeris, dum ad Cares uiliſſimos, ſimul ac nocentiſſimos blandus ac ſupplex mittis legatos, dum tuum ipſius caput, dum tuorum fortunas, illorum credis fidei, quibus nihil eſt neq; penſi, neq; ſancti. Quod

ſiquid

ſiquid iniquitatis uidebitur habere pax, caue ſic cogi/
tes, hoc perdo, ſed tanti pacẽ emo. At dixerit argutior
aliquis, Facile donarim, ſi res ad me priuatim ptineat.
Princeps ſum, negocium publicum, uelim nolim, ago.
Non facile bellum ſuſcipiet, qui nihil niſi publicum ſpe
ctat. Atqui contra uidemus omneis belli cauſas ex his
rebus naſci, quæ nihil ad populũ pertineant. Vis hanc
aut illam ditionis partem uindicare? Quid iſtud ad po
puli negociũ? Vis ulciſci, qui filiæ renunciauit, quid hoc
ad Rempublicam? Hæc expendere, hæc perſpicere, ue/
re ſapientis, uereq; magni eſt principis. Quis unq̃ aut
latius imperauit, aut ſplẽdidius Octauio Auguſto? at
is cupiebat etiam deponere imperium, ſi quem uidiſſet
Reipu. magis ſalutarem principem. Merito laudata eſt
ab egregijs autoribus uox illa cuiuſdã Imperatoris, Pe
reant, inquit, filij mei, ſi quis alius melius ſit Reipu. con
ſulturus. Hos animos Reipub. præſtiterũt homines im
pij, quod ad Chriſti religionem attinet, & Chriſtiani
principes uſq; adeo uilem ducũt populum Chriſtianũ,
ut grauiſſimo orbis incendio priuatas ſuas cupiditates,
uel ulciſci uelint, uel explere? Iam audio quoſdã ita ter/
giuerſantes, ut negẽt ſe tutos eſſe poſſe, niſi uim impro/
borum acriter propellant. Cur igitur inter innumeros
Imperatores Rhomanos ſoli Antonini, pius & philo-
ſophus petiti nõ ſunt? Niſi quod nemo tutius regnat,
q̃ qui paratus eſt & deponere, utpote quod Reipu. ge
rat, nõ ſibi.

rat, non ſibi. Quod ſi nihil uos mouet, neq; naturæ ſen ſus, neq; pietatis reſpectus, neq; tanta calamitas, certe Chriſtiani nominis probrũ, animos ueſtros in concor/ diam redigat. Quota mundi portio tenetur a Chriſtia nis? Atq; hæc tamen eſt illa ciuitas in ædito monte ſita, ſpectaculũ facta deo & hominibus. At quid ſentire pu tandũ eſt, quid loqui, quæ probra in Chriſtum euome re Chriſtiani nominis hoſtes, ubi uident Chriſtianos ſic inter ſeſe concertare, leuioribus de cauſis, q̃ Ethnici, crudelius q̃ impij, machinis tetrioribus q̃ ipſi? Quo/ rum inuentum eſt bombarda? Nonne Chriſtianorũ? Et quo res ſit indignior, his induntur Apoſtolorũ no/ mina, inſculpũtur imagines. O crudelis irriſio. Paulus ille pacis hortator perpetuus, tartaream machinã tor/ quet in Chriſtianum? Si cupimus Turcas ad Chriſti re ligionem adducere, prius ipſi ſimus Chriſtiani. Nunq̃ hoc illi credent, ſi quod eſt, perſpiciant nuſq̃ magis ſæ/ uire, q̃ apud Chriſtianos, id qđ Chriſtus unũ omniũ maxime deteſtatus eſt. Et quod Homericus Ethnicus demiratur in Ethnicis, cum ſuauium etiam rerum ſatie/ tas ſit, ſomni, cibi, potus, choreæ, muſices, belli infelicis nullam eſſe ſatietatem. id apud eos ueriſſimum eſt, qui bus ipſum etiam belli uocabulum abominandum eſſe oportuit. Roma furioſa quondam illa bellatrix, tamen Iani ſui templum aliquoties uidit clauſum. Et qui con/

uenit apud uos nullas esse bellandi ferias? Quonã ore prædicabitis eis Christum pacis autorem, ipsi perpetuis dissidijs inter uos tumultuantes? Iam quos putatis animos addit Turcis uestra discordia? Nihil enim facilius q̃ uincere dissidentes. Vultis illis esse formidabiles? Cõcordes estote. Cur ultro uobis & præsentis uitæ iucunditatem inuidetis, & a futura felicitate uultis excidere? Multis malis per se obnoxia est uita mortalium, magnã molestiæ partem adimet concordia, dum mutuis officijs alius alium, aut consolatur, aut iuuat. Si quid boni obtinget, id tum suauius, tum cõmunius redd et concordia, dum amicus impartit amico, & beneuolus beneuolo gratulatur. Quã friuola sunt, quãq̃ mox peritura, pro quibus inter uos tumultus est. mors oñibus imminet, non minus regibus, q̃ plebeijs. Quos tumultus ciet animalculum, mox fumi in morẽ euanitura? In foribus adest æternitas. Quorsum attinet, pro rebus istis umbraticis, perinde moliri, quasi uita hæc esset immortalis? O miseros, qui felicem illam piorum uitam non credunt, aut non sperant impudentes, qui sibi pollicẽtur, e bellis ad eam iter esse, cum illa nihil sit aliud, q̃ ineffabilis quædam felicium animorum communio, cum iam ad plenum continget, quod Christus tam enixe rogauerat patrẽ cælestem, ut sic inter se iungerentur illi, quemadmodum ipse patri iunctus esset.

Ad hanc

Ad hanc ſummã concordiam qui poſſitis eſſe idonei, niſi eam interim pro uirili meditemini? Vt non ſubito ex ſpurco helluone fit angelus, ita non ſubito ex bellatore ſanguinario, martyrum ac diuorum ſocius. Eia ſatis iam, ſuperq; fuſum eſt Chriſtiani, ſi parum eſt, humani ſanguinis, ſatis in mutua debacchatum exitia, ſatis hactenus Furijs, Orcoq; litatũ, ſatis diu quæ Turcarum paſcat oculos, acta eſt fabula. Saltem aliquando poſt nimium diu toleratas bellorũ miſerias reſipiſcite. Quicquid hactenus inſanitum eſt, fatis imputetur. placeat Chriſtianis, quæ quondam prophanis placuit, ſuperiorum malorum obliuio. poſthac cõmunibus conſilijs in pacis ſtudiũ incumbite. Et ſic incumbite, ut non ſtuppeis, ſed ſolidis atq; adamantinis uinculis coeat, nunc̃q; dirumpẽda. Vos appello principes, de quorum nutu potiſſimum pendent res mortalium, qui Chriſti principis imaginem inter mortales geritis, agnoſcite regis ueſtri uocem, ad pacem uocãtis. Exiſtimate totum orbem diutinis feſſum malis, hoc a uobis flagitare. Si quid cui dolet etiam, æquum eſt hoc publicæ omnium felicitati donare. Maius eſt negocium, c̃q; ut leuibus cauſis debeat retardari. Appello uos ſacerdotes deo ſacri, hoc ſtudijs omnibus exprimite, quod deo gratiſſimũ eſſe ſcitis. hoc depellite, quod illi maxime inuiſum. Appello uos Theologi, pacis Euãgelium prædicate, hanc

ſemper popularibus auribus occinite. Appello uos epiſcopi, aliíq; dignitate eccleſiaſtica præminẽtes, ad pacẽ æternis uinculis aſtringẽdã ueſtra ualeat autoritas. Appello uos primates, & magiſtratꝰ, ut ſapiẽtiæ Regũ, ut pietati Põtificum ueſtra uoluntas ſit adiutrix. Vos appello promiſcue, quicũq; Chriſtiano nomine cenſemini, conſentientibus animis in hoc conſpirate. Hic oſtendite quantum ualeat aduerſus potentum Tyrannidẽ, multitudinis concordia. Huc pariter omnes omnia ſua conferant. Iungat æterna concordia, quos tam multis rebus coniunxit natura, pluribus Chriſtus. Communibus ſtudijs agant omnes, quod ad omnium ex æquo felicitatem pertinet. Huc inuitant omnia, primum ipſe naturæ ſenſus, atq; ipſa, ut ita dicam, humanitas. Deinde totius humanæ felicitatis princeps & autor Chriſtus. Ad hæc, tam multa pacis commoda, tot belli calamitates. Vocant huc ipſi principum animi, iam ueluti afflante deo, ad concordiam propenſi. En pacificus ille, placidusq; LEO, ſignum oĩbus extulit, ad pacem inuitans, uereq; Chriſti uicarium agens. Si uere oues eſtis, ſequimini paſtorem. Si filij, audite patrẽ. Vocat huc ille nõ titulo tantum Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Frãciſcus, qui pacem nec emere grauatur, nec uſq; ſuæ maieſtatis habet rationem, modo publicæ paci cõſulat. hoc denicq; uere ſplendidum ac regium eſſe docens,

cens, de genere humano q̃ optime mereri. Vocat huc clariſſimus princeps CAROLVS, incorruptæ indolis adoleſcens. Nec abhorret Cæſar MAXIMILIANVS, Nec detractat indytus Angliæ Rex Henricus. Tantorum principum exemplum, cæteros libẽter imitari par eſt. Maxima plebis pars bellum deteſtatur, pacẽ orat. Pauculi quidam modo, quorum impia felicitas a publica pendet infelicitate, bellum optant. Quorũ improbitas ut plus ualeat, q̃ bonorum omnium uoluntas, æquum ſit, nec ne, uos ipſi expẽdite. Videtis hactenus nihil actum fœderibus, nihil promotum affinitatibus, nihil ui, nihil ulciſcendo. Nunc contra periculum facite, quid poſſit placabilitas, quid beneficẽtia. Bellum e bello ferítur, ultio trahit ultionem. Nunc gratia gratiam pariat, & beneficiũ beneficio innitetur, iſq; regalior uideatur, qui plus de ſuo iure conceſſerit. Non ſucceſſit quod humanis ſtudijs geſtum eſt, at fortunabit ipſe Chriſtus pia concilia, quæ ſe autore & auſpice uiderit ſuſcipi. Aderit dexter, aſpirabit, fauebitq; fauentibus ei rei, cui fauit ipſe plurimum, priuatos affectus publica uincat utilitas. Quãq; dum huic conſulitur, & ſua cuiq; fortuna melior reddetur, principibus regnum erit auguſtius, ſi pijs ac felicibus imperent, ut legibus regnent magis q̃ armis, proceribus maior ueriorq; dignitas, ſacerdotibus ocium tranquillius, populo quies uberior,

& ubertas quietior, Nomen Christianum formidabilius crucis hostibus. Deniq; singuli singulis, & omnes omnibus chari simul & iucũdi eritis, super omnia Christo grati, cui placuisse summa felicitas est.

DIXI.

ERASMI ROTERO DAMI, IN GENERE CONSOLATORIO DECLAMATIO.

VAM ACERBVM VVLnus ex optimi pueri deceſſu pater acceperis, equidem ex meo ipſius dolore facile cõiecturã facio. Quare uehementer ſim inhumanus, ſi parentem in tam triſti caſu lugere uetem, cũ alienus ipſe non queam nõ lugere. Impudens autẽ merito uidear, ſi tuo dolore parem mederi, cum mihi ipſi medico ſit opus, ſiq; patri coner lachrymas abſtergere, cum ipſe lachrymarũ nullum adhuc modum facere poſſim. Quanq; enim hoc fortunæ telum, paternum pectus altius ferire debuit, tamen illud tibi præſtare ſolet ſingularis quædam ſapiẽtia, ut omneis caſus humanos, nõ ſolum forti & infracto, uerumetiam alacri perferas animo. Proinde tibi conſtes oportet, ut animi dolorem, omnino iuſtiſſimum (quis enim neget?) ſi nõdum potes abijcere, certe premas, ac modereris. Cur autem non etiam abijcias? uidelicet, ut quod ab idiotis impetrat paucorum dierum ſpacium,

Exordiũ.

Tranſitus ad argumẽtationẽ

Argumentatio.

id à ſapiẽtiſſimo uiro impetret ratio. Nam quæ mater cula tam impotenter filij mortẽ luget, cui dies non ægri tudinem leniat primũ, deinde penitus etiam adimat? Nuſq; animo deiici, ſapiẽtis eſt. at in his caſibus, quib⁹ oẽs ex æquo, maximi pariter ac minimi ſum⁹ obnoxij, dolere immoderatius, extremæ uecordiæ mihi uidetur eſſe. Quis enim ignorat, niſi prorſus incogitans, hac ſe lege natum eſſe, ut quandocunq; uocarit deus, ſit pro nus hinc emigrandum? Itaq; qui mortem hominis de plorat, quæſo, quid aliud, q̃ ſe mortalem eſſe deflet? Aut cur potius mortem deplores, q̃ natiuitatem, cum utraq; iuxta ſecundum naturam ſit? Perinde ac ſiquis gratias agat, quod ad conuiuiũ ſit admiſſus, queratur autem ſeſe dimitti. Quod ſiquis uelut e ſublimi ſpecu la, uniuerſi mortalium generis conditionẽ, uitamq; con templet, non merito delicatus ſibi uideatur, ſi inter tot orbitatis exempla, inter tam denſa ſenum ac iuuenum funera, grauius diſcrutiet animo, perinde quaſi ſoli no uum aliquod, ac magnũ malũ acciderit, quaſiq; unus tanq; albæ, quod aiunt, gallinæ filius, extra publicam aleam ſtatui poſtulet. Quas ob res ſapiẽtiſſimi legum conditores, uti luctum aliquem parẽtum affectibus in dulgent, ne uidelicet a quibuſlibet ἀπάθειαν illam exige re uideantur, a nonnullis etiam Stoicis damnatam, ita eum modicis ſane finibus circũſcripſerunt. Siue quod intelligerent, in id genus caſibus, qui cum omniũ ſunt

cõmunes:

cõmunes, tum uero nõ fortunæ iniuria, sed ipso naturæ cursũ atq; ordine inducuntur, breuem mœrorem sufficere, uel infirmioribus, utpote natura, uulnus quod inflixit, leniente, sensimq; cicatricem obducẽte. Siue quia perpenderint, dolorem non solum inutilem esse ijs, quibus impenditur, uerumetiam pernicioſum ijs, a quibus sumitur, graué ac molestum amicis ac familiaribus, uitæq; socijs. Iam uero, siquis rem recta reputet uia, an non dementiæ species esse uidetur, ultro malum malo addere, & cum fati iacturã nulla ratione sarcire possis, tamen ultro tibi perniciem accersere? Perinde ut siquis ab hoste, nonnulla facultatũ parte spoliatus, quicquid reliquũ est, id omne iratus in mare dejciat, adq; eum modum fortunã suam deplorare sese prædicet. Quod si nos parum mouet Mimus ille nobilis, & quouis etiã philosopho dignus. Feras, non culpes, quod mutari nõ potest, certe Dauidis sapientissimi Regis exemplum pulcherrimũ in mentem ueniat. Cui simulatq; pueri, quem tenerrime diligebat, mors est nũciata, confestim solo erexit sese, puluerem absterſit, cilicium abiecit, deinde lotus & unctus, uultu mutato, alacris ad epulas accessit. Id factum admirãtibus amicis, Quid est? inquit, cur me iam conficiã dolore? Nam antehac, utcũq; spes erat fieri posse, ut meo luctu flexus deus, infantẽ seruaret; nunc nullis ille lachrymis ad nos reuocari potest, Nos ad illum breui properabimus. Quis tam demẽs,

ut cuiq; ſupplex eſſe uelit, quem certo ſciat precibus nõ cõmoueri? At morte nihil inexorabilius, nihil ſurdius, nihil rigidius. Arte manſueſcũt feræ, uel immaniſſimæ. Eſt quo frangatur marmor, eſt quo molleſcat adamas, nihil eſt quo mortem delinias. Ea nec formæ parcit, nec opibus, nec ætati, nec imperijs. Atq; ob idipſum æquiore ferenda animo, uel quod ineuitabilis, uel quod tã ex æquo cõmunis omnibus. Iam uero quid ego tibi recenſere pergam tot Ethnicorũ exempla, qui ſuorum interitum excelſo infractoq; tulerint animo? A quibus animi fortitudine ſuperari Chriſtianos, nonne turpiſſimũ uideatur? Nunc tibi ſuccurrat nobilis illa, meritoq; literis omnium celebrata, Telamonis & Anaxagoræ uox, Sciebã me genuiſſe mortalẽ. Succurrat Pericles, Athenienſium dux, non tam eloquẽtia, q; animi fortitudine celebris, qui cum intra quatriduũ duobus mirificis adoleſcentulis orbatus eſſet, ſolito uultu, atq; adeo coronatus, etiã in cõcione diſſeruit. Succurrat Xenophon ille Socrate præceptore dignus, Cui cũ inter ſacrificandũ, mors filij eſſet nũciata, coronam modo depoſuit, atq; eandẽ mox repoſuit, ſimulatq; fortiter in acie cecidiſſe cognouit. Succurrat Dion Syracuſanus, qui cũ in amicorũ cõſeſſu nõnihil agitaret, ac ſubito tumultu in ædibus coorto ſciſcitatus, quid eſſet rei, didiciſſet filiũ de tegulis lapſum interiſſe, nihil cõmotus, iuſſit extincti corpus mulieribus rite ſepeliendum tradi, ſeſe quod inſti-

tuerat.

tuerat, non omissurum. Hunc imitatus Demosthenes, amissa filia charissima, atq; unica, septimo ab eius obitu die coronatus, & cãdido uestitu ad populũ prodijt. Cuius facti, & fidem cõfirmauit, & illustrauit gloriam, Aeschynis inimici criminatio. Succurrat rex Antigonus, cui cum nunciatũ esset, filiũ in extraordinario conflictu concidisse, paulisper cõctatus, & intuens eos qui renunciarant, magno quidem animo, Sero, inquit, interiisti Alcynonen (nam id erat filio nomen) qui tam temere in hostes te conieceris, neq; tuæ salutis, neq; meorum memor monitorũ. Quod si Romana te magis capiũt exempla, respice Puluillum Horatium, cui capitolium dedicanti, cum nũciatum esset, filiũ uita defunctũ esse, nec manũ a poste remouit, neq; uultum a religione ad priuatũ dolorem flexit. Respice Paulum Aemilium, qui intra septẽ dies duobus amissis filijs, progressus in cõcionem, ultro populo Romano gratulatus est, quod publicã fortunæ inuidiam, domestico luctu redemisset. Cogita Qu. Fabiũ Maximũ, qui cum filiũ consulare, & egregijs darũ gestis amisisset, consul in concionem prodijt, & encomiũ filij recitauit. Interea Catonem Censoriũ, cui cũ filius natu maior obisset, singulari ingenio, summa uirtute iuuenis, ad hæc prætor iam designatus, nihil tamen hoc casu cõmotus est, ut Reip. negocia segnius administraret. Occurrat Martius, cognomẽto Rex, Is cum filium summæ pietatis, magnæ

spei,

ſpei, poſtremo unicum amiſiſſet, orbitatē ſuam adeo infracto tulit animo, ut ſtatim a rogo iuuenis, curiā peteret, ac ſenatum legis ferendæ cauſa euocaret. Occurrat L. Sulla, cui filij mors, nihil omnino acerrimā illius in hoſtes uirtutem contudit, nec effecit, ut falſo ſibi Felicis cognomētum uſurpaſſe uideretur. L. Bibulus poſtero ſtatim die, cū utrunq; filiū interfectum cognouit, ad ſolita officia proceſſit in publicum. Huius collega C. Cæſar, cum Britanniā peragraret, & filiæ mortem didiciſſet, tamē intra tertium diem imperatoria obijt munera. M. Craſſus in Parthico bello, cum filij caput pilo præfixum conſpiceret, nam id hoſtes ludibrij cauſa propius accedentes oſtentabāt, cōuitijs etiā exaſperantes calamitatem, uſq; adeo non eſt animo cōſternatus, ut repente per omnes ordines equo circūuectus clamaret, ſuum hoc malum priuatim, cæterū publicā Reipu. ſalutem in militum incolumitate ſitam eſſe. Atq; ut omittam exemplorum agmē, Gallos, Piſones, Scæuolas, Metellos, Scauros, Marcellos, Aufidios, Claudius Cæſar, cum eum amiſiſſet, quē & genuerat, & optauerat, ipſe tamē pro roſtris laudauit filium, in conſpectu poſito corpore, interiecto tantūmodo uelamēto, quod Pontificis oculos a funere arceret, & flente populo Romano, ſolus nō fleuit pater. Atq; ut hos quidem imitari pulchrū, ita turpiſſimū ſit, non præſtare uiros eum animū, quem fœminæ præſtiterūt. Cornelia duos filios

lios, T. Gracchum, & C. Gracchũ, & occisos uidit, & insepultos. At cosolantibus amicis, ac miserã dicentibus, Nunc̃p, inquit, nõ felicem me dicam, quæ Gracchos peperi. Sed quid nos hæc ex priscorum annalibus repetimus? Quasi uero nõ quotidiana uita, satis exemplorum suppediteť? Circunspice uicinos, circunspice cognatos & affines, quot reperies etiã mulierculas, quæ mortem liberorum moderate ferant? Intantum non opus est ad hãc rem, magnis philosophiæ præsidijs. Nam si quis modo secũ animo reputarit, c̃p calamitosa sit hæc nostra omnis uita, quot periculis, quot morbis, quot casibus, quot curis, quot incõmodis, quot uitijs, quot iniurijs sit obnoxia, c̃p exigua pars eius nobis abeat, non dicam cum uoluptate, sed non aliqua ægritudine contaminata, deinde c̃p fugax etiam, ac præceps, propemodum etiam gratulabitur ijs, qui maturius eam reliquerint. Breuitatẽ grauiter expressit Euripides, qui uitam mortaliũ, dieculam unam appellat. Sed melius Phalereus Demetrius, Euripidem castigans, qui eam non potius temporis punctũ dixerit. Optime uero Pindarus, qui uitam hominum, umbræ somnium appellat. Res duas maxime nihili coniunxit, umbram & somniũ, ut plane c̃p sit inanis hæc uita, demonstraret. Porro c̃p eadem sit calamitosa, probe perspexisse uidentur antiqui Poetæ, qui mortaliũ gen⁹, nõ alio epitheto rectius insigniri posse iudicarũt, c̃p si eos μοχθηρούς καὶ ἀθλίους, id est

calamitosos ac miseros cognominarent. Nam prima pars æui, quæ quidem optima putatur, sese nescit. Mediam protinus negociorũ tumultus, curæq; excipiunt, Extremã morbi ac senectus occupat, ut de felicissimis interim agamus. Quis igitur non optimo iure probet illam Sileni sententiam, optimum esse non nasci, proximũ ẽq; ocyssime aboleri? Quis nõ approbet Thracum institutũ, qui nascentes, luctu lamentisq; excipiunt, rursum exeuntes e uita, gaudio, gratulationbusq; prosequi solent? Quod si quis ipse sibi narret, quæ suis audit toribus solitus est Hegesias, is & suam mortẽ optabilior potius, ẽq; horresceret, & suorum obitum æquissimo feret animo. At obstrepit interim paternus dolor. Ante diem perijt, perijt adhuc ephebus, perijt optimꝰ, ac singulari pietate filius, uitaq; lõgissima dignus. Queritur naturæ uices inuerti, quod filio pater, iuueni senex superstes sit. Sed obsecro te per deũ immortalem, Quid tandem appellas, ante diem? Quasi uero non unusquisq; uitæ dies & supremus esse possit. Alius inter materni latebras uteri, uix dum homo præfocatur, & inter fingentis adhuc naturæ manus intercidit. Alius dum nascit, Alius dum uagit, in cunis abripit. Alius in ipso statim æui flore, uix dum percepto uitæ sensu, perit. Ex tot hominum milibus, ẽq; paucis datum est ad senectæ limẽ, quẽadmodum uocat Homerus, pertingere? Hac nimirum lege deus animũ in huius corpusculi præsidio constituit,

ſtituit,ut quocunq; die,quocunq; momento iuſſerit de cedere,protinus inde ſit exeundum. Neq; uero quiſq; ante diem euocari ſibi uidere poſſit,cum nulli ſit certus dies præſcriptus,ſed is demum legitimus eſt dies, quē cunq; imperator ille noſter ſupremum eſſe uoluerit. Nos ſi ſapimus, unumquēlibet perinde ut ſupremum operiemur. Quā q; in tāta uitæ breuitate,fugacitateq;, quātulum quæſo refert, paulo ſerius, an maturius exi/maris? Neq; enim magis intereſſe uidetur, q; cum plures ad capitis ſupplicium ducuntur, primus,tertius, an octauus feriaris,nihilominus mox feriēdus. Quid em̄ aliud ipſa uita,q; perpetuus quidā ad mortem curſus? Niſi quod commodius cum his agitur,qui a tam laborioſa uitæ functione maturius dimittuntur. Verum ut amentis eſt,iniuſſu imperatoris e caſtris excedere, ita ſtulti atq; ingrati, miſſionē a duce ælerius datam,nō libēter amplecti.Maxime ſi iam nō ſine laude diſcedat, qui dimittitur, ſicq; ad præmiū,non ad ignominiā auocatur.Neq; enim conuenit æui ſpacium ſolſtitijs metiri.Recte factis æſtimanda eſt ætas,ut is diu uixiſſe putetur,non qui plurimos annos ἐτήσιον ἄχθος ἀρούρης, ut inquit Homerus,terram preſſit,& numero addidit,ſed qui grauiter peracta uitæ fabula, honeſtam ſui memoriam poſteris reliquit. An quereris,quod ſtatim tibi talem filium dederit deus, qualem optaſſes poſt annos multos euadere? Quid quod neq; uſq;adeo præmatu

re defunctus est noster adolescens. Iam uigesimũ attigerat annum, qua quidem ætate, mea sentẽtia, optimũ est mori, quia uiuere dulcissimũ. Iam patriæ ciuem bonum, iam patri filium pium, iam æqualibus cõuictorẽ iucũdum, denicꝙ superis bonam & integram mentem præstiterat. Decessit uitiorum ignarus, calamitatũ imperitus. Porro quid allatura fuerit uita lõgior, incertũ. Certe plerunꝙ fieri uidemus, ut posterior ætas, & grauioribus uitijs adolescentiæ puritatem inficiat, & pluribus calamitatibus iuuentutis felicitatem contaminet. His oĩbus seu malis, seu periculis illum mors cita subduxit. Nũc denicꝙ tuto gloriari potes, te filium optimũ habuisse, uel habere magis. Sed habueris tantũ, nõ habeas etiam. Vtrum potius æquum est, discrutiari te qđ amiseris, an gaudere qui talem habueris? Vide ne parum grati sit animi, meminisse repetiti muneris, nõ meminisse dati. Magnum profecto munus, filius pius, sed ita datum, ut ad tempus fruereris, nõ ut perpetuo tuũ esset. Sic enim tecum consydera uir sapientissime, imo sic pariter cõsyderemus. Si quis princeps, summi precij, summæꝙ artis tabulam nobis dedisset utendã, utrum eã, quandocũꝙ collubitũ fuerit, reposcenti, sereno uultu reddemus, gratias insuper agentes, an tristes ad hũc modum cum eo expostulabimus? O te crudelẽ, cꝙ precioso munere nos spoliasti, quantam uoluptatem nobis ademisti, cꝙ cito rem tam egregiam nec opinãtibus eripuisti.

eripuisti. Nonne is optimo iure, tam ingratis querimo/
nijs ad hunc respõderit modum? Hoccine præmij pro
meo officio reporto? Ita ne nihil meministis, nisi hoc
tãtũ, quod bellissimã tabulã amisistis? Excidit animo,
gratis & ultro cõmodasse me? uos tot iã dies, mea beni
gnitate pauisse oculos, animũ oblectasse? qd' dedi, be/
nignitatis erat, qd' reposco, meo iure facio. uobis aliqd
ex me lucri fuit, iacturæ nihil fuit, nisi qd' uestro uitio id
esse, ppriũ fingebatis, quod erat cõmodaticiũ. Proinde
perire uobis uidetur, quod repetitur. Imo quo precio/
sior, quo iucundior ea res fuit, quam utendam permisi,
hoc magis atq; magis mihi debetis. Nec ante tẽpus re/
petitum uideri oportet, quod citra iniuriã poterat non
cõmitti. Hæc ratio si nullo pacto refelli poterat, cogita
quanto iustius natura, dolorem ac querelas nostras hu
iusmodi sermone possit reprehendere? Atq; his nimi
rum rationibus, dolorem nostrum leniri conueniebat,
etiam si mors totum hominem tolleret, neq; quicq̃ no
stri post funus supereset. Nũc si saltem hoc credimus,
de quo nihil addubitauit Socrates ille Platonicus, uide
licet hominẽ ipsum animũ esse, corpus hoc nihil aliud
esse, cq̃ animi uel organũ, uel domicilium, aut ut uerius
dicam, sepulchrũ & carcerem, unde cum emerserit, tum
demum sui iuris esse, multoq; cq̃ antea felicius uiuere,
quid est quod mortem incusemus, quãdoquidem usq;
adeo non perit ille qui moritur, ut tum deniq; nasci ui-

deat potius. Et nobis animo frui licet, quod oculis non cernimus, nihilo secius q̃ amicis absentibus cogitatione frui solemus. Et haud scio, an aliquãto suauius, q̃ si eos coram oculis cõspiceremus, propterea quod corporum conuictus, non raro nobis offensarum materiam consueuerit ministrare, & cõsuetudinis assiduitas, amicitiæ iucunditatem nõnihil imminuere. Eius rei si desyderas exemplum, an non sat argumẽto sunt Apostoli, qui tum demum uere frui Christo, uereq; amare cepe-rũt, postea q̃ illis corporea præsentia fuisset adempta? Sic est profecto bonorum amicitia, animorum nõ corporum cõiunctione constat. Qui uere amant, animos amant, nõ corpora. At animorum copulam, nulla uis, nulla temporum, nulla locorum intercapedo potest dirimere. Porro nimis q̃ puerile est, amicum iam periisse putare, simulatq; sub oculis esse desierit. Tu quoties libebit, filium tibi cogitatione, sermonibusq; præsentem reddes, ille uicissim tui meminerit, sentitq; penitus animi tui affectus, nonnunq̃ & in somnis occursabit patri, & arcanis quibusdam animus utriusq; sese complectentur, & confabulabuntur. Quid autem prohibet, quo minus iam nunc imagineris cum illo te uiuere, qui cum paulo post es uicturus? Quantulum enim est hoc omne quod uiuimus? Sed hactenus ijs rebus fum usus, quibus cum Ethnico quolibet agere poteram. Nunc quid pietas, quid Christiana fides, a nobis

bis impetrare debeat, paucis conſyderemus. Iam primum ſi maxime miſera mors eſſet, tamē oportebat boni conſulere, quod nulla uia corrigi poterat. Rurſum ſi totum extingueret hominem, æquius tamen ferenda, quod tot huius uitæ calamitatibus finē imponat. Porro ſi animū originis æthereæ, graui corporis ergaſtulo liberat, propemodū etiam gratulandum iis, qui e uita deceſſerint, & in felicem illam libertatē poſtliminio redierint. Nūc uero cum haud dubie pias animas ex huius uitæ procellis, ad immortalitatis portū tranſmittat, ac ne pilum quidem hominis perimat, quippe corporibus quoq; ad eandem immortalitatē aliquando reuocandis, utrum quæſo lugere, an magis gratulari conueniat ei, quē ex hoc turbulentiſſimo uitæ pelago, in tranquillam illam immortalitatis ſtationem, mors matura tranſuexerit? Age pauliſper huius uitæ (ſi modo uita eſt appellanda) ſordes, erumnas, pericula in unum congere, rurſus e diuerſo eius uitæ commoda, quæ pios hinc ereptos manēt, compone, & facile uidebis, hoc homine nihil eſſe iniuſtius, qui ſummū bonum, ad quod unum nati, conditiq; ſumus, perinde quaſi maximum malum deploret. Orbum te clamitas, cum filium cælo genueris, cuius ceu numinis cuiuſdam memoriā, ut ſacroſanctā uenerari poſſis, qui cælitus tui curam agens, res tuas ceu dexter aliquis deus, bene fortunare ualeat. Neq; enim ille, aut non ſentit res mortaliū, aut ſolitam

in patrem pietatem, una cum corpore depoſuit. Viuit profecto, mihi crede, uiuit ille, adeſtq; præſens nobis, & hoc ipſum noſtrum colloquiũ audit, ſentitq;, ac forſitaſſis hunc ipſum luctũ noſtrũ ridet, ac damnat. Quod ni corporum horum moles obſiſteret, fortaſſis & audiremus eũ lachrymas noſtras huiuſmodi dictis increpãtem. Quid iſtuc eſt quod agitis? Quid ſenectutem ueſtram inutili, ne dicam amenti luctu conficitis? Quid iniquiſſimis querimonijs, fatum, fortunam, mortem in ius trahitis? An mihi ex iſtius uitæ malis exẽpto, & in hãc felicitatẽ euecto inuidetis? Sed bona uerba. Nõ inuidet nec paterna pietas, nec amicitiæ cãdor. Verũ qd aliud ſibi uult iſta comploratio? An lachrymis dignũ cenſetis, quod e ſeruitute in libertatem, de erumnis ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutũ, de morte ad uitam, de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad ſummũ bonum, de caducis ad æterna, de terrenis ad cæleſtia, deniq; quod ab hominũ colluuie ad angelorum contuberniũ ſum traductus? Iam appello ueſtros iſtos animos. Quæſo per ueſtrã in me pietatẽ, Si uobis eſſet in manu, me ad iſtã reuocare uitã, num eſſetis reuocaturi? At quo tandem flagitio tantũ odiũ cõmerui? Si reuocare nolitis, quorſum attinẽt iſtæ querelæ, nõ ſolum inutiles, ut dixi, uerũetiam impiæ? Porro niſi me immortalitas iamdudum omnis doloris expertem reddidiſſet, ego uiciſſim ueſtras iſtas lachry-

mas,

mas,alijs lachrymis deflerem,& tam craſſam animi ue/ ſtri caliginem cõmiſerarer.At noſtram ipſorum uicem ploramus,inquitis. Verum iſtuc ſane haud amãtium eſt,ſed ad ſeſe reſpicientiũ,& uel alieno incõmodo ſuis rebus cõſulere uolentium. Sed age,quid tandem iſtuc iacturæ eſt,quod mea mors uobis attulit,an quod con ſpectu meo frui non licet? Atqui nihilo ſecius, interim memoria noſtri frui licet,tanto quidem felicius, quãto tutius. Nam exiſtimate me malis omnibus præreptũ, quæcunq; in uita homini poſſunt accidere, & quorum magnam partem ueſtra uiuacitas experta eſt. Non eſt qui uobis obſequiũ exhibeat, ſed eſt qui apud deum Opt. Max. p ueſtra ſalute patronũ agat, ut ſedulum, ita & efficacem. Deniq; quantulum hoc momenti eſt, quod noſtram dirimet cõſuetudinem? Vos modo pro ueſtra uiríli date operã,ut pie pacta uitæ fabula, mors dignos reperiat,qui huc traducamini. Hæc,inquã,ſi no bis loqueretur filius,nõne merito noſtri luctus nos pu deſceret? His ferme rationibus,animi mei uulnus leni/ re ſoleo,quæ tibi cõmunia facere uolui,nõ quod his re mediſs magnopere egeres,ſed arbitratus ſum congrue re,ut qui cum mihi luctus eſſet cõmunis,cum eodem & conſolationem cõmunicarem. Cæterum ut quæ fuſius diſſerta ſunt,in epilogum contrahã, hoc pacto efferue ſcentem animi tui dolorem coercebis. Mortuus eſt fi/ lius, Genueras mortalẽ. Tãto bono priuatus ſum, Red

didiſti

didisti ei q gratis dederat. Grauis orbitas, Leuius ferendum, quod aliqua sarciri potest. Patrē destituit, Quid prodest flere, quod mutari non potest? Aut cur anxie deplores, quod tibi cum tot hominū milibus cōmune est? Sed interitum filij non possum non flere, Quiduis potius q̄ perit, qui bene moritur. At accubuit imatura morte, Nulla mors non matura recte morienti. Ante diem uiuere desijt, Nullus cuiq̄ certus mortis dies. In ipso æui flore extinctus est, Tum optimū est mori, cū uiuere est suauissimū. Obijt adolescens, Hoc pluribus uitæ malis subductus est. Optimū amisi filium, Gaude quod talem habueris. Innocēs e uita decessit, Nulla mors magis optanda, minusq̄ deplorāda. Sed interim filio frui nō licet, At animo licet, & mox ipso totus toto frueris. Siquid nouisti rectius istis, cādidus imperti. Si non, his utere mecum. Ac bene uale, quod quidem uult etiam ipse filius.

FINIS DECLAMATIONIS DE MORTE, AVTORE DES. ERASMO ROTERODAMO.

SATVRNALIA

LVCIANI, DES. ERASMO ROTERO DAMO INTERPRETE.

Perſonæ SACERDOS & SATVRNVS.

SACERDOS.

DIC MIHI Saturne, quando tu quidem hoc tempore regnare uideris, tibiq; & ſacrificatum, & litatum eſt à nobis, quid potiſſimum abs te p immolatis hoſtijs poſtulare debeam, quod poſtulatum feram? SATVR. Iſtud quidem teipſum perpẽdere oportuit, quid tibi foret optãdum, niſi qui princeps ſit, eundem & uatem eſſe uis, ut norit, quid maxime collubitum ſit animo tuo petere. Cæterum ego, quantum facultas feret, non abnuã uotis tuis. SACER. Quin iſtud iam olim mihi perpenſum eſt, deſydero enim uulgaria iſta, ac paſſim obuia, uidelicet opes, multam auri uim, utq; uiris imperem, utq; multa poſſideam mãcipia, uestes ſplendidas ac delicatas, tum argentum & ebur, breuiter, ſiquid eſt præterea rerum precioſarũ. Hæc igitur mihi da optime Saturne, ut & ipſe nõnihil emolumen

ti ex tuo ſentiam imperio, neue ſolus per omnẽ uitam earum rerũ ſim expers. SATVR. Illud uide. Iam poſtulas, quod non eſt meæ poteſtatis, neq; enim mearũ partiũ eſt iſta diſtribuere. Quare ne grauiter feras, ſi quæ petis, nõ aſſequeris. Quin magis iſta a Ioue poſtulato, quũ ad eum imperij uices redierint, id quod breui futurum eſt. Nam ipſe præſcriptis conditionibus, rerum ad miniſtrationem ab illo ſuſcipio. Eſt aũt uniuerſum imperium meũ, ſeptem duntaxat dierum, quorũ ſi ius exceſſerit, illico priuatus reddor, ac uelut unuſquilibet de plebeia multitudine. Nec tamẽ in his ipſis ſeptẽ diebꝰ ſeriũ quippiã, aut publicũ tractare mihi ꝓmiſſum eſt. Verum potare, inebriari, uociferari, ludere, certare teſſeris, creare reges, famulos in cõuiuium adhibere, canere nudum, laſciuo corporis motu ſaltitare, nõnunq; & in gelidam aquam dare præcipitem, facie fuligine oblita. Hæc uti faciam, permiſſum eſt. Cæterũ magna illa, puta diuitias & aurum, Iupiter ipſe dilargitur, quibus illi uiſum fuerit. SACER. Imo ne ille quidem Saturne admodum facile, ac lubẽs id facit, adeo ut me iam uox defecerit, magno clamore hæc ab illo flagitãtem. At is nihil prorſus audit, uerum ægidem obuibrans, ac fulmen intentans, toruũq; obtuens, pauefacit inſtantes. Quod ſiquando etiam annuerit alicui, diuitẽq; reddiderit, mirum q; id nullo delectu facit, ut aliquoties præteritis ꝓbis, ac ſapientibus uiris, ſceleratis ac ſtultis hominibus opes

opes offundat, uerberonib⁹ atq; effœminatis, cuiusmodi sunt isti plerique. Quanq̃ equidem cupio cognoscere, quænã sint ista tuæ potestati pmissa. SATVR. Haud quaq̃ parua, neq; omnino contẽnenda, siquis uniuersi imperij uim expendat, nisi forte tibi paruũ esse uidetur, ut in tesserarum ludo uincas, cum q; cæteris alea in unionem uoluatur, tibi senionem semper in summo latere ostẽdat. Nam hinc sibi plerique uictum parant, uel ad saturitatem usq;, quibus propitia ac secunda aspirarit tessera. Rursum alij nudi enatarũt, naue elisa, fracta ad tam minutum scopulum, puta aleam. Adde his, potando cũ maxime hilarescere, ac modulatius alio uideri canere in conuiuio. Præterea reliquis ministris in aquã præcipitatis (nam ea pœna est parum dextre ministranti) te & uictorem pronunciari, atq; ei quem uiceris, præmia præripere. Vides nimirũ cũ ingens sit bonũ. Quẽ admodum & illud, quũ talo uictor solus omnibus rex præficeris, ut non solum ipse nõ feras ulla ridicula imperata, uerumetiam ipse possis alijs imperare, huic ut turpe quiddã de seipso uociferetur, illi ut saltet nudus, utq; sublata in humeros tibicina, ter domũ obambulet. An non hæc quoq; munificentiæ meæ non exiguæ sunt argumenta? Quod si causeberis regnum hoc nec uerum esse, nec stabile, inscite feceris, quũ uideas meipsum, qui ista dilargior, exigui temporis imperium tenere. Ex his igitur quæ meæ facultatis est præstare, Nẽpe de taxil-

lis,de regnãdo,de canendo,déq; reliquis,quæ modo re cẽſui,audacter quæ uoles petito,nihil ueritus,ne te ægi de aut fulmine territem. SACER. Atqui iſtis nihil mihi eſt opus Titanũ optime. Tu tamẽ illud mihi reſpõdeas uelim,quod maxime cupiebã cognoſcere. Quod ſi mihi dixeris,ſatis magnã gratiam pro ſacro perſolueris,quin & in reliquũ tempus quæ debueris,condono. SATVR. Roga modo,equidẽ reſpondebo,ſi forte qd rogaris ſciero. SACER. Illud in primis. Num uera ſunt iſta,quæ de te audimus? Quemadmodũ deuoraris liberos tibi ex Rhea natos, utq; dam illa, ſubducto Ioue,ſaxum infantis loco ſuppoſitum,tibi deuorandum tradiderit. Deinde puer adultus,te regno expulerit,bello ſuperatum,mox arreptum in tartarum præcipitarit, uinculis iniectis,tum tibi,tum omnibus copijs auxiliaribus,quæ tecũ in acie ſteterant. SATVR. Quid dixti? Niſi feſtum celebraremus,eſſetq; licitum inebriari,atq; in dominos impune conuitia iacere, intelligeres profecto mihi permiſſum eſſe iraſci,qui quidẽ iſtiuſmodi roges,nihil reueritus adeo canũ ac ſenem deũ. SACER. At ego hæc Saturne, non ex meipſo dico, Quin & Heſiodus,& Homerus,nolo emẽ dicere,reliqui propè mot tales omnes eadem de te credũt. SATVR. An tu putas uel paſtorem illum,uel hũc ampulloſum, uere quippiã de me ſciſſe? Rem ad hunc conſydera modum. Eſt ne quiſq; homo,nõ dicam deus,adeo durus, ut poſſit ipſe

uolens

uolēs ſuos deuorare liberos? niſi ſiquis eſſet Thyeſtes, qui ab impio circūuentus fratre comederet. Sed frugi eſſe qui poſſit, qui fiat, ut ignoret ſeſe ſaxum edere uice pueri? Ni forte dentibus ſit huiuſmodi, ut dolere non queant. Imo neq; bello conflximus, neq; Iuppiter per uim imperium occupauit, ſed ego illi uolens & ultro rerum adminiſtrationem tradidi, ceſſiq;. Porrò neq; uinctū eſſe me, neq; in tartaro eſſe, uel ipſe uides opinor, niſi prorſus oculis captus es, quemadmodū Homerus. SACER. Sed quid tibi accidit Saturne, ut imperiū deponeres? SATVR. Ego tibi dicā. In ſumma, ſenex iam & podagroſus quū eſſem ob ætatem (unde etiā factū eſt, ut plerique mihi compedes eſſe finxerint) impar erā uiribus ad tam multa huius ætatis facinora punienda, nam erat aſſidue mihi ſurſum ac deorſum curſitādum obarmato fulmine, quo ſacrilegos, piuros, ac raptores exurerem. Eratq; negocium plenū laboris, quodq; iuuenem deſyderaret. Itaq; mihi cōſulens, Ioui locum dedi. Quāq; & alioqui recte facturus mihi uidebar, ſi patitus filijs (nam erant) imperiū, ipſe plerāq; uitam conuiuijs per ocium traducerem, nihil neceſſe habēs, neq; uota facientibus operam dare, nec ab ijs qui contraria petūt, moleſtia affici, neq; tonare, neq; fulminare, neq; grandinem aliquoties immittere. Sed ſenilem hanc, ac iucundiſſimā dego uitam, meracius bibens nectar, atq; interim cum Iapeto, reliquiſq; æqualibus dijs confabulans,

lans. At regnat quidem ille mille districtus negocijs, nisi quod hos pauculos quos dixi dies, mihi uisum est excipere, in quibus recipio principatū, ut mortalib⁹ in memoriam reducam, cuiusmodi fuerit me regnante uita, quū citra sementem, citráq; arationē cuncta illis prouenirent. Haud tum quidē aristæ, sed panis paratus, carnes apparatæ, ac uinū fluminū instar fluebat, tum fontes mellis, lactisq;, propterea quod mortales oēs probi essent, & aurei. Hæc, inquā, mihi causa fuit, cur exigui temporis imperium geram, atq; ob id undiq; plausus, cantiones, lusus, æqualitas omnibus seruis, æque ac liberis, neq; enim me regnāte quisq; erat seruus. SACER. At ego Saturne cōiecturam istam ad seruos, & eos qui boias terūt, referebam, quasi ob eam causam tibi fabula tribueret erga hos humanitatem, quod memor teipsum aliquādo seruitutē seruisse, ac gestasse compedes, eos magnifaceres, qui simili essent fortuna. SATVR. Nū tu desines istiusmodi nugari nugas? SACER. Bene mones, itaq; desino. Quin illud etiā mihi respondes, talis ludere, in usu fuit tui quoq; sæculi mortalibus? SATVR. Erat sane. At non depositis talentis, ac decem nummū milibus, quemadmodū uos facitis, uerum ut plurimo nucibus, ne uidelicet discrutiaretur qui uictus esset, neue semper ploraret sese unum omniū nō habere quod ederet. SACER. Et recte quidē illi. Nam quo tandem præmio certassent ipsi talis, quū ipsi toti essent aurei?

Suspicor scribendū πεδοτρίβας p παιδοτρίβας. Eāq; lectionem nos secuti sumus.

aurei? Itaq; te loquẽte, tale quidem mihi uenit in mentem, ſiquis unũ aliquem ex aureis illis uiris, in hanc noſtram ætatem adductũ uulgo offenderet, quid illi tandem eueniret? Nẽpe miſerũ (ſat ſcio) diſcerperẽt, haud aliter incurſantes, q̃ in Pẽtheum Mænades, aut in Orpheũ fœminæ Thraciæ, aut in Acteonẽ canes, interq; ſeſe decertarent, quãtam quiſq; maximã poſſet portionem auferre. ut qui ne in feſto celebrãdo, à lucri ſtudio temperent, quin ipſo etiam feſto, ad lucri abutuntur incremẽtum. Itaq; alij quidem tibi primitias immolant, amicos in cõuiuio deprædantes. Alij uero tibi cõuitiantur, cũ nihil ad rem pertineat, tum ipſas cõminuũt teſſeras, perinde quaſi illis ſit imputãdum, quod illi ſuapte ſponte faciunt. Sed dic mihi & illud, quid tandem cauſæ fuit, ut deus uſq; adeo imbecillis, ac ſenex, tẽpus inamœniſſimum delegeris, cum iam nix omnia occupat, plurimus ſæuit Boreas, cumq; nihil nõ gelu cõcretum eſt, arent arbores nudæ deciſſis frondibus, ſqualẽt, horrentq; uacua floribus prata, cũ incurui, cõtractiq; mortales, perinde quaſi extremo confecti ſenio, ad focũ ſe me deſedent, interea tu feſtũ diem agis? neq; enim accõmodum ſeni tempus, neq; ſatis idoneũ genio indulgentibus. SATVR. Sed heus tu permulta quidẽ à me ſciſcitaris, cum potare iam oporteat. Itaq; nõ exiguam temporis portionẽ tuis rogationibus mihi de feſto peridiſti, dum iſta mecum philoſopharis, nõ admodum

ad rem pertinentia, quare nunc iſtis tandē omiſſis, conuiuiū agitemus, plaudamus, ac liberā agamus uitam. Deinde priſco more depoſitis nucibus, ludamus teſſeris, ac reges ſuffragijs creemus, ipſiſq; ultro pareamus. Siquidē ad eum modum effecerimus, ut uerum uideatur prouerbiū, qd' dicunt, ſenes repueraſcere. SACER. Imo cui iſta quæ dicis, non probantur Saturne, precor ut ei nec tum bibere liceat, cū ſitit. Itaq; bibamus, quandoquidem ut primo colloquio ſatis à te reſponſum eſt. Proinde uideor mihi recte facturus, ſi noſtram hancce fabulationem, & quæ ipſe interrogarim, & quæ tu propitius reſponderis, literis prodita, tradam amicis legenda, ſiqui ſunt digni, qui tua dicta accipiant.

CRONOSOLON, id eſt, SATVRNALIVM LEGVM LATOR, ERASMO INTERPRETE.

HAEC AIT Cronoſolon Sacrificus, & idem uates Saturni, earumq; legū cōditor, quæ quidē ad feſtum pertinēt. Quid paupes facere oporteat, id alio miſſo libro illis ipſis ꝓſcripſi. Neq; dubito quin eas leges ſeruent, alioqui obnoxij futuri pœnis, quæ grauiſſimæ decretæ ſunt in eos, q minus parueriint. Vos autem diuites, uidete ne hæc mādata prætergrediamini, neq; negligatis. Nam ſiquis ſecus fecerit, is ſciat ſe non me neglecturum legis latorem, ſed ipſum potius

potius Saturnum, qui me condendis festi sui legibus delegit. Haud ille quidem in somnis uisus, sed nuper cum uigilante palàm congressus. Erat autem neq; compedibus uinctus, neq; situ obsitus, qualem eum pictores fingunt, exemplar à delyris poetis mutuati, uerum falcem quidem tenebat peracutam. Cætera uero & hilaris erat, & ualidus, regióq; apparatu. Atq; hac quidē specie mihi uisus est. Cæterū quæ locutus est, planè diuina sunt, & in his hæc digna, quæ uobis prius exponā. Nam ubi me uidit animo mœstū inambulātem, mox intellexit, quippe deus, quænā esset molestiæ causa, uidelicet grauiter me ferre paupertatē, ut qui nō pro temporis ratione unicam uestem haberē, cum iam esset gelu, multuſq; flaret Boreas, glacies ac nix, aduersus quæ ego minime cōmunitus eram. Multo magis aūt, quod cum festum instaret iam proxime, reliquos uiderē apparantes, quæ ad uictimas, quæq; ad conuiuia requirebantur, mihi uero ipsi res nō admodum ad festum instructas esse. Iam à tergo accedens, aurēq; prehensa, ac uellicata, Nam hac specie sese mihi consueuit ostendere, Quid istud sibi uult (inquit) Cronosolon? uidere mihi sollicitus. An non æquū inquam here? Cum impios ac sceleſtos homines opibus supfluere, & solos delitijs frui uideam, ipse uero, mecū q; complures alij docti, cū inopia, summáq; rerū penuria uitam degimus? Ne tu quidē here, curas his rebus finē imponere, & ad æquali

tatem reuocare. Tum ille, Cætera quidem, inquit, haud facile fuerit innouare, quæ uobis à Clothone, reliquisq; Parcis accidunt. Porrò paupertatis malum uobis corrigam, quatenus ad festum attinet. Sit aũt hæc corrigendi ratio. Abi Cronosolon, ac mihi leges aliquot conscribito, ostendens quid obseruãdum sit in festo, uti ne diuites inter sese festum celebrent, sed uobis sua bona impertiant. At non noui, inquam, leges cõscribere. Quin ego, inquit, docebo te. Moxq; ingressus, ordine me docuit. Deinde cũ cuncta perdidicissem, Et illud, inquit, illis dicito, nisi seruarint hæc, tum ego ꝓfecto sine causa falcẽ hãc acutã circũfero. Alioqui ridiculus sim, si cũ patrem Cælũ execuerim, non item castraro diuites istos, quicunq; leges meas uiolauerint, ut iam euirati, Cybeli matri sese adiungant cũ tibijs ac cymbalis. Hæc ille minabatur. Quare recte facietis, si leges nõ prætergredia mini. Lex prima. Ne quis quid intra festi tempus agito, neq; publicum, neq; priuatũ, nisi quæ ad lusum, ad uoluptatem, animiq; oblectationẽ pertinebunt. Opsoniorũ & bellariorũ artifices soli in opere sunto. Aequalitas oĩbus esto, seruis, liberis, pauperibus, diuitibus. Irasci, indignari, minariue ne cui liceat. Rationem exigere ab ijs, qui res curant Saturnalitias, ne id quidem fas esto. Ne quis argentum, uestemue expendito, neue inscribito solennitatis tempore, ne quis exerceatur, neue literis operam dato, aut recitato, nisi si quæ sint urbana.

urbana,lepidaq́,quæ dicacitatem reſipiant, ac iocum.

Lex ſecunda.Multo ante feſtum diuites,ſingulorum amicorũ nomina in tabella ſcribũto. Porrò pecuniam paratam habẽto,ad decimã partem annuorũ fructuũ. Præterea quicquid illis ſupereſt ueſtiũ, & quicquid eſt cultus pinguioris,cq̃ ut ipſis cõueniat. Ad hæc argẽteo/rum uim nõ modicam. Atq́ hæc quidem in promptu ſunto. Cæterum ante ſolennitatẽ Scobinam circũagunto,atq́ ex ædibus eĳciũto ſordes,auaritiã & quæſtum, & ſi quæ id genus alia ſunt pleriſq́ diuitũ domeſtica. Deinde ubi domũ perpurgarint,tum rem diuinam faciunto ,Ioui diuitiarũ largitori, ac Mercurio munifico, atq́ Apollini magna donanti.Deinde circa ueſperam tabulam illam,amicorũ nomina tenentem relegunto. Diſtributis aũt pro cuiuſq́ dignitate muneribus, ante ſolis occaſum amicis mittunto. Porrò qui deferant,ne plures tribus,quatuorue ſunto,atq́ hi certiſſima ex famulis fide,iamq́ natu grandes. Aſcribatur autẽ in literis,& quid mittat,& quantũ, ut ne utriq́ ſuſpectos habere poſſint eos,qui perferunt. Atq́ ipſi miniſtri unico quiſq́ calice epoto,domum recurrunto , neq́ præterea quicq̃ ab eis poſtulanto. Doctis omnia dupla mittuntor. Nam hos æquũ eſt geminã accipere portionem. De muneribus cq̃modeſtiſſime ſimul, & cq̃pauciſſima uerba fiunto,neq́ graue quicq̃ in literis quiſq̃ aſcribito,nec odioſe laudato quæ mittuntur. Diuiti diues ne

quid mittito. Neq; locuples Saturnalibus æquali sorte quẽpiam cõuiuio accipito. Ne quid eorum quæ in hoc deprompta fuerint, ut mittant, seruanto. Neue cui muneris pœnitentia subito. Quod siquis anno superiore peregre fuit, eáq; causa munerum expers fuit, & illa accipito. Quinetiã tenuibus amicis æs alienum diuites condonãto, atq; etiam conductarũ ædium precium, siqui forte & hoc debent, neq; sunt soluẽdo. In summa uero, multo ante illud illis esto curæ, ut cognoscãt, qua re maxime sit opus. Rursum qui accipiũt, ne de missis donis ut exiguis queruntor, & quicquid mittetur, qualecunq; fuerit, id magnũ ducũto. Vini cadus, aut lepus, aut pinguis auis, inter munera Saturnalitia ne habẽtor. Neue Saturnalia dona in risum uertunto. Remittito uicissim diuiti pauper. Si doctus est, libellum aliquem ueterem, aut siquid ipse conscripsit, quod fausti sit ominis, & cõuiuijs accõmodum, qualecunq; potuerit. Atq; id diues læto admodum, hilariq; uultu accipito. Acceptũ protinus legito. Quod si recusarit, reieceritue, sciat sese ijs, quæ de falce minatus sum, obnoxium esse, etiam si miserit, quicquid alioqui mittendũ erat, porrò reliqui, coronas alij, alij turis frustula mittunto. Quod si pauper, aut uestem, aut argentum, aut aurum, supra facultatem diuiti miserit, id quidem, quod missum fuerit, publicũ esto, conflatumq; in Saturni thesaurũ infertor. Ipse uero pauper postridie plagas a diuite, manibꝰ ferulæ sup

positis

positis accipito, non pauciores quinquaginta supra du centas. Leges cõuiuiales. Lauandũ est, ubi linea sex erit pedum. Ante lauandũ, nucibus ac talis lusitãdum. Vbicunq; casus cuiq; locum dederit, ibi accumbito. Di gnitas, aut genus, aut diuitiæ, parũ momenti habento, ut prius alicui ministretur. Eodẽ de uino omnes bibun to. Neq; prosit diuiti, si causetur uel stomachi, uel capi tis dolorẽ, ut ideo bibat de meliore. Carnium omnibus æqua portio. Ministri ne cui qd fauore danto, neq; con tantor, neq; prætermittunto, donec ipsis uisum fuerit, quæ tollenda erũt. Neq; huic quidem magna, illi uero perexigua apponũto. Neue huic coxa suis, illi maxilla apponitor, sed in omnibus æqualitas esto. Pocillator, acutis oculis unumquẽq; obseruato, minus tamẽ herũ. Acutius etiam exaudito. Calices omnis generis sunto. Ad potandũ inuitare, siquis uoluerit, ius esto. Omnes omnibus præbibunto, si libeat, ubi præbiberit diues. Neq; quisq; bibere cõpellitor, si nõ possit. In conuiuiũ ne quis uel saltatorẽ, uel citharœdũ inducito. Eum qui nup discere cœperit, inducnedi ius esto, siquis uoluerit. Dicterioriũ is modus esto, ut ne quis usq; lædat. Pro nucibus ludunto talis. Siquis deposita pecunia talis lu serit, in posterũ usq; diem ieiunato. Et maneto quisq;, & abito cum uoluerit. Porrò cum diues famulos suos conuiuio accipiet, tum amici quoq; unà cum ipso mini stranto. Leges hasce singuli diuites, æreæ colũnæ inscri

ptas

ptas,in aulæ meditullio habẽto,ac legũto. Atq; id quidem ſciendum eſt,quoad ea columna manebit,neq; fames,neq; peſtilentia,neq; incendium,neq; quicq; aliqui moleſtum,in illorum domũ ſubibit. Quod ſiquando(id quod dij prohibeant)tollatur,abominãda ſunt, quæ illis tum euentura.

EPISTOLAE SATVRNALES.

Ego Saturno Salutem.

QVIDEM ET antea tibi ſcripſi,ſignificans quonam in ſtatu eſſem, & quẽ admodum ob inopiam mihi periculũ eſſet,ne ſolus omniũ, expers relinquerer ſolennitatis,quã indixiſti. Addidi & illud (nã nemini) *iniquiſſimũ* eſſe,ſi noſtrum alij opibus ac delitijs ſuperfluerẽt, nihil ex ſuis facultatibus impertiẽtes pauperioribus, alij rurſum fame contabeſcerent,atq; id quidẽ inſtantibus Saturnalibus. Verum quoniam tum ad meas literas nihil reſpondiſti,operæpreciũ exiſtimaui, te denuo ijſdẽ de rebus cõmonefacere. Tuũ erat optime Saturne,ſublata hac rerũ inæqualitate, bonisq; in medio depoſitis, poſtea celebrandum feſtum edicere. Nam uti nunc res habent,formica camelus,quemadmodũ aiunt prouerbio. Quin magis tragœdiæ hiſtrionem animo cõcipe, qui altero pede prælatis cothurnis ſublimis inſiſtat,cuiuſmodi

iuſmodi ſunt Tragica calceamenta, altero uero ſit incal ceatus. Is ſi ad hunc modū inſtructus ingrediat, uides neceſſario futurū, ut nunc excælſus ſit, nūc humilis, prout hunc, aut illum pedem uiciſſim promouerit. Nec minor eſt in uita noſtra inæqualitas, dum illi cothurnis fulti, adornāte fortuna, Tragœdias in nos agunt. Contra magna pars pedibus, atq; humi ingrediimur, quum & ipſi, ſcias uelim, nihilo deterius illis fabulā agere poſſimus, atq; ingredi, ſiquis nos quoq; ad eundem iſtum modum adornarit. Atqui ex poetis audio, nihil harū rerum inter homines fuiſſe olim, quum tu ſolus adhuc imperium teneres. Verum tellus illis citra ſerendi, arandiq; laborem bona progignebat, cœnā unicuiq; paratam, uel ad ſatietatē uſq;. Porrò flumina partim uinū, partim lac, erant autē & quæ mel manabant. Quodq; eſt omniū maximū, aiunt illos ipſos homines aureos fuiſſe, Cæterum paupertatē omnino procul ab illis abfuiſſe. Nos contra nō ſatis idonei ſumus, qui uel plumbum uideri poſſimus, aut ſiquid etiam plumbo uilius, ut quorum pleriſq; uictus labore quæritur, ac paſſim paupertas, egeſtas, ac deſperatio, & illud, Hei mihi, & unde inueniam, & o fortunam, atq; id genus alia permulta, apud nos nempe pauperes abundant, quanq; his de rebus leuius diſcruciaremur, niſi diuites cōſpiceremus tanta fruētes felicitate. Qui quidem quū tantū auri, tantū argenti cōditum habeant, tantum ueſtium

possideant, tot mãcipia, tot currus, familias, agros, atq; harum rerum omniũ magnã uim teneant, tamẽ adeo nobis nihil unq; de his impertiunt, ut plebeios homines ne aspectu quidem dignentur. Hæc, inquam, sunt Saturne, quæ nos enecant maxime, planéq; rem intolerandam arbitramur, hunc in purpura accumbentẽ, tantis opum delitijs affluere, ructãtem interim, & applaudentibus amicis, perpetuo festũ diem agere, me uero, meiq; similes, somniorũ cõiecturas interpretari. Sicun de forte quatuor oboli cõtingant, quo uidelicet pane, polentáue expleti dormire queamus, nasturtiũ, aut lupinũ, alliũue opsonij uice arrodentes. Aut hæc igit' Saturne ad æquabilitatem uitæ mutes, corrigasq; necesse est, aut qd' est postremũ, illis ipsis interdicas diuitibus, ne soli bonis fruantur, uerum è modijs auri tam multis uel heminã in omneis nos dispergant. Porrò ex uestibus, siquas iam à tineis exesas, citra suum incõmodum dare possint, malintq; hæc prorsus uetustate, situq; peritura, nobis dare qui induamur, q̃ sinere ut in cubilibus ac scrinijs multa carie computrescant. Præterea ut cœnẽt singuli, nunc quaternis, nunc quinis pauperibus ad conuiuiũ adhibitis. Haud isto quidem pacto, quo his temporibus cõuiuia peraguntur, uerũ popularius, ut æqua sit omniũ portio, neq; ut hic obsonijs ingurgitet sese, famulo interim adstãte, atq; operiẽte, donec herus uorando præfocetur. Cæterum ubi ad nos uenerit,

quum

quũ uix etiã apparauerimus admouere manũ, ptinus ad alios tranſferatur, patina tantum oſtenſa, uel ſiquid de placenta reliquũ eſt. Neq; illatum aprum ita partia/tur, ut domino totũ dimidiũ apponat, unà cum capite, reliquis autem oſſa tecta apponat. Vtq; præmoneant pincernæ, ne contentur donec unuſquiſq; noſtrum ſe-pties poſcat bibere, ſed ſemel iuſſus protinus infundãt, & ingentẽ calicem impletum tradant æque atq; ipſi do mino, utq; unum & idem uinum cõuiuũs ſit omnibus. Alioqui ubinam iſta lex ſcripta fuit, aut receptus mos, ut hic uino odorato, generoſóq; temulẽtus ſit, mihi cõ tra muſto diſrumpatur aluus? Hæc ſi correxeris, noua risq; Saturne, tum demũ effecetis, ut uita uere uita ſit, feſtum uere feſtum. Sin minus, illi quidem epulentur, nos autẽ interim ſedentes precabimur, ut ſimul atq; lo ti uenerint, puer ſubuerſam amphorã rumpat, utq; co quus ius adurat, ac per obliuionẽ muriam piſciũ in len tem infundat, utq; canis in domũ irruens opſoniorũ, artificibus alibi intẽtis, exta deuoret uniuerſa, præterea placentæ dimidium, utq; ſus ac ceruus, neq; nõ ſuculæ inter aſſandum idem faciant, quod Homerus de Solis bobus cõmemorat, imo uti non ſerpant ſolum, uerum etiam unà cum ipſis uerubus in mõtem abripiant ſeſe, fugiantq;, utq; ipſæ etiam aues pingues, iam ademptis plumis, & ad coquẽdum apparatæ, uolatu aufugiãt, ne ſoli illis fruantur. Quodq; futurum eſt illis grauiſſimũ,

ut formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurũ è thesauris effossum, noctu in publicum efferant, utq; uestis curatorum indiligentia, ita ab optimis muribus perforetur, ut cribrũ uideri possit, nihilq; differat a casse uenatorio, utq; formosi illorũ, comaticq; puelli (quos Hyacinthos, aut Achilles, aut Narcissos appellare solent) dum ipsis poculum porrigunt, subito defluente coma calui fiant, & acutam ædant barbam, cuiusmodi in Comœdijs induci solẽt Sphenopogones, quibus a cuneata barba nomen inuentum est, utq; uertex illis asperis ac pungẽtibus pilis sit hirta, reliqui capitis parte nuda. Hæc atq; his etiam plura, illis imprecabimur, nisi desinant usq; adeo suis priuatim studere cõmodis, uelintq; in cõmune diuites esse, nobis quoq; quantum æquum est, impertientes.

SATVRNVS MIHI CHARISSIMO SALVTEM.

QVID TV, obsecro, nugas istas ad me, ac de reb⁹ huiusmodi scribis, iubesq; ut de integro bonorũ faciam partitionem? quod quidẽ alterius munus fuerit, penes quem nũc est imperiũ. Etenim demirot te, si solus omniũ ignoras, quẽadmodũ iampridem regnare destiterim, ac priuatus esse cœperim, liberis partitus imperiũ, quã cũ Iupiter præcipue rerũ istiusmodi curam agit. Porrò mea potestas

poteſtas nō niſi ad taxillos uſq;, ſaltationes, cantiones, & ebrietatem ualet, idq; ſeptem non amplius diebus. Itaq; grauioribus in cauſis, de quib⁹ ſcribis, uidelicet de tollenda rerum inæqualitate, utq; ex æquo omnes, aut opibus abundēt, aut egeāt. Iupiter uobis operā dabit. Quod ſiquid in ijs quæ ad feſtū pertinēt, uel fraude detractum eſt alicui, uel additum, id erit mearū partium iudicare. Iamq; ſcribo diuitibus de cœnis, déq; auri hemina, neq; nō de ueſtib⁹, ut uobis quoq; ad celebrādū feſtū nōnihil mittāt. Quandoquidē æqua ſunt iſta, de ceteq; illos facere quemadmodum prædicatis, niſi forte habent iſti, quod probabiliter ad hæc reſpondeant. In ſumma tamen illud ſcitote pauperes, uos longe falli, neq; recte iudicare de diuitibus. Siquidem illos felices arbitramini, ſolosq; ſuauem uitam uiuere, propterea quod illis liceat opipare cœnare, uino ſuaui inebriari, formoſis frui mulieribus, ueſtibus uti delicatis, uerum iſtam felicitatem cuiuſmodi ſit, ignoratis. Siquidē hæ res nō mediocribus curis eos diſtorquent, ſed ſingulis inuigilare cogūtur, nequid rerum domeſticarū diſpenſator fraudet, aut clanculum ſuffuretur, ne uinum aceſcat, ne frumētum uermibus corrūpatur, ne latro tollat pocula, ne populus credat calumniatoribus, ſi illum dixerint affectare regnū. Atqui hæc quidem quota pars eſt eorū, quæ iſtos diſcruciant? Quod ſi noſſetis metus & curas, qbus obnoxij ſunt, plane fugiēdas uobis eſſe

diuitias existimaretis. Alioq; creditis uel meipsum usq; adeo insanũ, ut si præclara res esset opulẽtia, aut regnũ deposituras hæc, alijsq; ea cessur⁹ fuerim, paterer q; ut nunc priuatus alieno parerem imperio? Quinpotius quũ non essem ignarus huiusmodi malorum, quæ plurima diuitibus ac regibus adsint necesse est, imperiũ deposui, idq; sapienter. Nã quod tu nunc apud me deos obtestans deplorabas, illos apris ac placentis expleri. uos contra, nasturtiũ, lupinumue, aut cepe per festi tempus, obsonij loco arrodere, cuiusmodi sit cõsydera. Etenim in præsens quidẽ utrunq; dulce est illis, minimeq; molestum. At postea res inuertitur. Quandoquidem uobis deinde non accidit, ut postridie surgatis, capitis dolore grauati ob temulẽtum, quẽadmodum illi, neq; ob immodicã ingurgitationẽ graue olentem, & acrem spiritũ ructatis. At illi hoc quoq; fructus ferunt, ut quoniam magnam noctis partem uario coitu pro libidinis arbitrio trãsigũt, facile sibi, uel tabẽ uel tussim, uel morbum intercutem, ex intemperato uoluptatum usu colligant. Alioqui quotumquẽq; potes ostendere, qui non planè palleat, ac faciẽ cadaueroſam præ se ferat? Quotumquẽq; autem, qui quũ ad senectutem peruenerit, suis ipsius pedibus ingrediat, ac non potius à quatuor baiulis gestetur? foris quidẽ totus aureus, intus putris, ac pãnosus, cuiusmodi sunt Tragica indumẽta, ex pannis admodum uilibus consarcinata. Vos autem quum

molestum

moleſtum eſt, quod de piſcibus guſtare nō liceat, quod
inedia laboratis, non illud item cogitatis, eoſdem & po
dagræ, & tuſſis expertes eſſe, aut ſiquid aliud aliam ob
cauſam illis incommodi contingit. Quāꝯ nec illis ipſis
æque dulce eſt, quotidie, ſupraq; ſatietatem iſtis ueſci.
Quinpotius uideas eos nōnunꝯ ita holus ac lupinum
appetere, ut tu nō æque leporem appetas, aut aprum.
Vt de reliquis interim ſileam, quæ illos diſcruciant, pu
ta ſi filius ſit luxurioſus, ſi uxor uel amans, uel amata à
famulo, coacta magis ꝯ ex animo cum illo dormiat.
In ſumma multa alia ſunt, quæ uos ignorantes, tan-
tum aurum illorum ac purpuram uidetis. Tum ſiquan
do uideritis eos albo prouehi curru, inhiatis & adora-
tis. Quod ſi illos contemneretis, negligeretiſq;, neq; ad
argenteum currum oculos haberetis intentos, neq; in-
ter colloquendum, ſmaragdum annulo induſum reſpe
ctaretis, neq; ueſtes obiter contrectantes, molliciem
admiraremini, ſed ſineretis eos ipſos ſibi diuites eſſe,
haud dubie futurum ſit, ut ipſi uos ultro adirent, ad cœ
nam rogarent, nimirum ut uobis oſtendere poſſint
lectos, menſas, ac pocula. Quarum rerum nulla ſit
utilitas, ſi ſine teſte poſſideantur. Certe reperietis ple-
raq; hæc illos ueſtra cauſa parare, nō quo utantur ipſi,
ſed uti uos admiremini. Hæc ad conſolandos uos ſcri-
bo, utranq; uitam cognitam habens. Conuenitq; ita
feſtum agere, ut cogitetis omnibus breui decedendum
è uita

'e uita,& illis,depositis opibus,& uobis, relicta pauper tate. Quanq; & illis scribã,sicuti sum pollicitus,certũq; scio eos non neglecturos literas meas.

SATVRNVS DIVITIBVS SALVTEM.

PAVPERES nuper ad me datis literis incusarunt uos,qui nihil ipsis ex facultatibus quas possidetis, impertimini. atq; omnino postularũt,ut omnia bona facerem omnibus cõmunia, ut ad singulos illorum sua pars rediret. Aequũ enim esse,ut rerum æqualitas cõstituatur,neq; decere,ut huic superfit,ille nullo modo sit particeps uoluptatum.Ego uero respõdi,hisce de rebus rectius Iouẽ cõsyderaturũ. Cæterũ de præsenti negocio,déq; iniurijs,quib⁹ sese p festos dies affici putant,uidebam mei officij esse sententiã ferre,sumq; pollicitus me uobis scripturum. Sunt autem quæ postulant hæc,ut mihi quidẽ uidetur,æqua. Nam quo pacto,inquiũt,tanto frigore horrẽtes, tantæq; ob noxij esuritioni,postea diem etiam festũ celebrare possimus? Quare si uellẽ & illos festi participes esse,postularũt ut cogerẽ uos,ut & de uestibus illis impertiamini, siquæ supersunt pinguiores,q; quæ uobis conueniant, utq; de auro nonnullas guttulas in illos distilletis. Qd si ista feceritis,inquiũt,non erit amplius disceptatio inter uos de bonis apud Iouem. Sin minus,minitantur

sese

sese ad nouam rerum partitionẽ prouocaturos, ut primũ Iupiter pro tribunali sedere cœperit. Atq; hæc quidem facere uobis nequaq; graue fuerit, impertiri nonnihil de tantis opibus, quas possidetis, & recte possidetis. Quin de cœnis quoq;, ut uobiscum cœnarẽt, & hoc literis addendum putarunt, quẽadmodum uos in præsentia foribus occlusis, soli delitijs frueremini. Quod si quando uobis uisum fuerit, & illorũ quẽpiam post longum tempus conuiuio adhibere, plus esse molestiæ in cœna, q; uoluptatis, multáq; illic in pauperum cõtumeliam fieri, uelut illud, Cum non eodem de uino bibant, dij boni, q; illiberale, planè dignũ, in quo & illi debeant accusari, qui non surgant potius, abeantq;, toto conuiuio uobis solis relicto. Quanq; negant sese etiam ad satietatẽ ex illo qualicunq; uino bibere, Propterea quod uestri pincernæ, aures habeant cæra obturatas, quẽadmodũ olim Vlyssis socij. Porrò reliqua usq; adeo sunt turpia, ut pigeat cõmemorare, quæ de carnium partitione criminãtur, déq; ministris, qui cũ uobis assistant, donec plusq; ad plenum expleamini, ipsos prætercurrũt, aliáq; huius generis pmulta sordida, minimé q; digna uiris ingenuis. Proinde æqualitas, res est omniũ iucundissima, maximéq; cõuiuijs cõgruens. Atq; hac de causa, uobis æquus ille partitor in conuiuijs præficitur, ut æquam omnes habeant portionem. Videte igitur nè posthac uos iterũ accusare possint. Quin potius hono-

rabunt uos,& amabunt,ſi paucula iſta à uobis acœperint,quorum impendiũ à uobis nec ſentietur quidem, penes illos muneris in tempore dati memoria ſemper manſura eſt. Præterea nec rempublicam adminiſtrare poſſitis,ni pauperes unà uobiſcum in ea uerſentur,milleq; modis felicitatẽ ueſtram adiuuent. Neq; enim habituri eſtis, qui diuitias ueſtras ſuſpiciant, ſi ſoli atq; apud uoſipſos in tenebris eas poſſideatis. Videat igit uulgus,miretur q; ueſtrum argentum,menſas,& quemadmodum præbibentes ad potandum inuitetis. Deinilli inter bibendum poculum undiq; contemplentur,ac pondus expendant,manu librantes, Tum argumenti abſolutam cælaturam, Tum auri uim,uiciſſim artem cõdecorantis. Nam in iſtum modũ,non ſolum illi uos probos uiros & humanos prædicabunt, uerumetiã invidiam illorum effugietis. Quis eñ inuideat impertienti,dantiq; quod æquum eſt? Quis non potius optet,ut q; diutiſſime uiuens,bonis ſuis fruatur? Verum ut nũc res uobis habẽt,& felicitas ueſtra teſte caret,& diuitiæ inuidioſæ, & inſuauis uita. Neq; enim perinde iuuat, opinor,ſiquis ſolus expleatur,quẽadmodum aiunt leones facere,& ex luporum genere,quos ſolitarios uocãt, q; ſi cum lepidis hominibus,ac per oñia gratificari paratis,cõuiuatis. Qui primũ non ſinent cõuiuiũ ſurdum aut mutum eſſe, uerum conſuetudine ſua fabulas conuiuijs aptas,dicteriáq; minime moleſta,uariasq; uolu

ptates

ptates adferent. Quibus rebus tẽpus iucũdiſſime trãſi/
gitur. Idq; gratum eſt Baccho, gratum Veneri, gratum
etiam Gratijs. Deinde poſtero die, dum comitatem ue
ſtram referũt, beneuolentiã uobis cõciliant. Hæc etiam
magno fuerant emẽda. Nam illud à uobis ſciſcitabor,
ſi pauperes abeant taciti, ſic enim fingamus, nõne uos
ea res ureret, cũ non haberetis, quibus oſtentaretis pur
pureas ueſtes, comitum multitudinem, annulorũ ma-
gnitudinem? Neq; iam libet referre neceſſario futurũ,
ut pauperum inſidiæ, atq; odia in uos oriãtur, ſi ſoli de
litijs frui uelitis. Nam quæ minantur uobis imprecatu-
ros ſeſe, prorſus abominanda ſunt. Ac dij prohibeant,
ne unq̃ ad eiuſmodi imprecationes uenire cogantur.
Quãdoquidem ſi id fiat, neq; inteſtina poſthac guſta-
bitis, neq; placẽtam, niſi ſiquid canis reliquum fecerit.
Præterea lenticula ſaperdæ liquamen uobis habebit.
Porrò ſus aut ceruus interim dum aſſantur, è ueru in
montes aufugere parabunt. Tum aues quoq; pingues
abſq; alis fugam molientes, ad pauperes auolabũt. De
niq; quod eſt omniũ grauiſſimum, pocillatores formo
ſiſſimi repente uobis calui fient, idq; etiam fracta am-
phora. Super his rebus conſulite, quæ & feſto ſint di-
gna, & uobis q̃ maxime tuta, atq; illis pauptatis onus
ſubleuate, exiguo uectigali illos amicos habituri, neu-
tiq; malos.

DIVITES SATVRNO S.

NVM PVTAS Saturne, de rebus iſtis ad te ſolũ ſcripſiſſe pauperes? Quin potius Iouis ipſius aures iam obſurduerũt illorum querelis, dum hæc eadem uociferantur, ac nouam rerũ partitionem flagitant, ac ſimul & fatũ incuſant, quod nõ æqualiter diſtribuerit, & nos, quod nihil ipſis uelimus impertiri. Verum nouit ille, quippe cũ ſit Iupiter, penes quos ſit culpa, eóq; illos plerũq; obaudit. Nihilominus tamen purgabimus nos tibi, quãdo quidẽ hoc certe tempore princeps noſter es. Nos eñ omnia iſta quæ ſcribis, ob oculos habentes, q̃ ſit honeſtum de magna rerum copia opitulari ijs, qui indigẽt, quantóq; ſit iucundius, ſimul cum pauperibus uerſari, & cõuiuium agitare, ad eum modum aſſidue facimus, adeóq; in ratione uitæ nos æquamus, ut nihil poſſit in cuſare is, quẽ ad cõuictum admittimus. Verum illi primum aiunt ſibi paucis opus eſſe. Deinde ubi ſemel illis fores aperuerimus, nunq; deſinũt alia ſuper alia poſtulare. Quod niſi protinus omnia, ſimulq; cum dicto acceperint, mox paratũ odium, in promptu conuitia, etiã ſiquid de nobis ſit mentiendum. Porrò qui audiunt, fidem illis habent, rati uidelicet illos probe ſcire quæ dicunt, propterea quod nobiſcum cõſuetudinem habuerint. Ita fit, ut in alterutrũ incidamus, ut aut ſi nihil demus,

mus,illos prorſus habeamus hoſtes, aut profuſis oĩbus,ipſi protinus egeamus, iamq; in pauperũ gregem ueniamus. At cætera quidem utcunq; ferenda ſunt, uerum inter cœnas ipſas non ſatis habent ingurgitari cibis,atq; aluum explere,ſed ĩdem ubi plus ſatis adbiberint,tum aut puellæ formoſæ cyathum porrigentis manum uellunt,aut cõcubinam,uxoremue ſollicitant. Poſtremo conuomitõ conuiuio,poſtero die nobis obtrectant,narrantes quemadmodum ſitierint,eſurierintq;. Quod ſi hæc aduerſus illos mẽtiri uidemur, ueſter illis paraſitus Ixion in memoriam redeat, qui ad cõmunis menſæ honorem admiſſus,ac uobis dignitate æquiparatus,iam ebrius uir ille egregius, Iunonẽ adortus eſt. Hæc atq; huiuſmodi ſunt, propter quæ in poſterũ ſtatuimus,quo res noſtræ ſint in tuto, ne poſthac illis in domum aditum præbeamus. Quod ſi te autore,pacto recipiant,ſeſe moderate petituros,quẽadmodum nunc aiunt,neq; quicq; flagitioſe in cõpotationibus admiſſuros,age,conuiuant nobiſcum,ſimulq; cœnent bonis auibus. Ac de tunicis,ſicuti iubes,mittemus,& de auro, quantum facultas patietur, ac ſumptus augebimus. in ſumma,nihil omittemus officij noſtri, modo uiciſſim deſinant ipſi arte nobiſcum uiuere, ſintq; pro paraſitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit,quod in nobis deſyderes,ſi ipſi quoq; ſuo fungi uolent officio.

LVCIANI SATVRNALIVM FINIS.

LVCIANVS DE LVCTV, DES. ERASMO ROTERO DAMO INTERPRETE.

PERAEPRECIVM ſane fuerit ob ſeruare ea, quæ in luctu uulgo tum dicãtur, tum fiant, item quæ dicantur ab ijs, qui eos cõſolant ſcilicet, quãq; nõ ferenda putẽt, lugẽtes ea quæ ſibi acciderũt, & ſibijpſis, & ijs quos flent. Cum haud quaq; pernouerint, mala ne ſint iſta, ac dolenda, an contra iucundiora, melioraq; ijs quibus accidunt. Sed ex more & cõ ſuetudine dolorem accerſunt. Itaq; cum mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hunc modum. Quin prius uolo tibi narrare, quas habeant de morte ipſa opiniones. Sic enim palàm fiet, qua gratia ſuperuacanea iſta molian tur. Vulgi quidẽ hominũ multitudo, quos ſapiẽtes iſti uocãt idiotas, Homero, Heſiodo, reliquiſq; fabularũ autoribus, ſuper his fidẽ habentes, & illorũ poeſim pro lege ducentes, locum quendam ſubter terram profundum eſſe putant, quẽ tartarum uocant. Eum exiſtimãt magnum & ſpacioſum eſſe, caliginoſum atq; opacum, qui tamen iſtis, haud ſcio quo pacto illuſtrari uidetur, quo ſingula quæ illic ſunt, introſpiciant. Tum regnare in hoc ſpecu Iouis fratrem, cui nomen Plutoni, ut mihi retulit quidam harum rerum mire peritus, ob id eo uocabulo

cabulo honestatum, quod mortuorũ copia diues esset. Porrò Plutonem hũc inferorum rempublicam, & manium uitam constituisse in hanc formã. Nam sorte obtigisse huic, ut uita defunctis imperaret. Quos ubi demissos receperit, arreptos uinculis ineffugibilibus coercet, nulli prorsus permittens, ut ad superos redeat, præterq; admodum paucis ex uniuerso æuo, idq; grauissimis de causis. Interluitur autẽ regio illius, fluuijs & magnis & horrendis, uel solo nomine. Siquidem Cocyti, Phlegethontes, atq; huiusmodi uocabulis appellãtur. Quodq; est grauissimum, præiacet Acherõtica palus, quæ prima excipit obuios, quam nõ possis neq; transmittere, neq; transiri sine uectore. Nam & profundior est, q; ut pedibus transire possit, & spaciosior, q; ut tranari queat. In summa huiusmodi est, ut nec auium manes possint eam transuolare. In ipso uero descensu, portaq;, quæ quidem est adamantina, Aeacus est, regis pa truelis, cui mandata est custodia, iuxtaq; hunc canis triceps, sæuus admodum. Is aduenientes satis amice, pacatéq; intuetur. Cæterum si quis conetur aufugere, latrat, territosq; in specum redigit. Iam qui transmissa palude ingressi sunt, eos excipit pratum ingens, Asphodelo consitum, ac fluuius memoriæ hostis, eóq; Lethe nomẽ est inditum. Nam hæc uidelicet priscis illis mortalibus narrarunt, qui illinc redierant. Nempe Alcestis & Protesilaus, Thessalus uterq;, neq; non Theseus

Aegeo

Aegeo prognatus, & Homericus Vlyſſes, teſtes admodum graues, digniq; quibus habeatur fides, qui mihi non uidentur è fonte illo bibiſſe, alioqui non meminiſſent horum. Itaq; Pluto & proſerpina, ut aiebāt illi, rempublicam adminiſtrant, rerumq; omniū domina/tum obtinent. Sed inſeruiunt his, & in adminiſtrando principatu adiuuant, ingens turba, Furiæ, pœnæ, terrores, ac Mercurius, quanq; his ſane non adeſt perpetuo. Præfecti autē & Satrapæ & iudices ſedent duo, Minos & Rhadamāthus, uterq; Cretenſis, uterq; Iouis filius. Atq; hi quidem bonos ac iuſtos uiros, qui cum uirtute uitam peregiſſent, ubi iam multi collecti fuerint, uelut in coloniam quandā emittunt in campum Elyſium, uitam optimā inibi uicturos. Quod ſi malos aliquos ceperint, hos Furijs traditos, *in impiorum locum eijciūt*, pro ratione malefactorum puniēdos. Quo quidem in loco, quid tandē mali non patiuntur? torti, exuſti, à uulturibus arroſi, rota circumacti, ſaxa ſurſum uoluentes. Nam Tantalus ipſe ad paludem ſtat, in periculū adductus, ne ſiti moriatur infelix. Rurſum alij mediocris uitæ, ſunt autem hi complures, uagātur in prato ſine coporibus iam umbræ facti, & ad tactum ceu fumus euaneſcētes. Aluntur autē uidelicet noſtris libationibus in ferijsq;, quæ ſepulchris inferūtur. Adeo ut ſi cui nullus ſit in terra reliquus amicus aut cognatus, hic mortuus, ieiunus ac famelicus inter illos uerſatur. Hæc uſq; adeo ualide

ualide uulgi animos perſuaſerunt, ut ſimulatq; familiaris quiſpiam mortuus fuerit, primũ obolum illi in os imponunt, traiectionis mercedem, quam uectori datus ſit, nec illud prius expendunt, cuiuſmodi nomiſma legitimũ ſit, ambuletq; apud inferos, & apud illos ualeat, Atticus, an Macedonicus, an Aeginenſis obolus. At ne id quidem cogitant, multo ſatius eſſe, non poſſe naulum reddere. Sic enim fiat, ut nõ recipiente portitore, poſtliminio redeãt in uitam. Poſt hæc lotos eos, perinde quaſi tartarea palus non ſatis ſit idonea lauandis his, qui illic degunt, & unguentis optimis uncto corpore, iamq; uicta graueolentia, tum coronatos pulcherrimis floribus proponũt ſplendide ueſtitos, ne uidelicet algeant per uiam, néue nudi conſpiciantur à Cerbero. Accedunt ad hæc mulierũ eiulatus, omniũ certe lachrymæ, pectorũ planctus, comæ dilaniatio, genarũ cruentatio. Alijs autẽ & ueſtis diſcerpitur, & puluis capiti inſpergitur, adeo ut uiuẽtes miſerabiliores ſint mortuo. Nam illi humi uolutantur ſæpenumero, capita ſolo allidunt. Hic uero decorus ac formoſus, ac diligẽtiſſime coronatus, ſublimis ꝓpoſitus eſt, & excelſus, uelut ad põpam adornatus. Deinde mater, atq; adeo pater quoq; ex medijs cognatis progreſſus, ac mortuo circumfuſus, (Nam finge iuuenem aliquem, ac formoſum propoſitum eſſe, quo magis in hũc competat actio fabulæ) abſurdas ac ſtultas uoces emittit. Ad quas mortuus ipſe

responsurus sit, si contingat uocem recipere. Ait ẽ pater, flebili quadam uoce uerbum unumquodq; producens in longum: Fili iucũdissime, peristi mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hæc misero solo relicto. Non duxisti uxorem, nõ parasti liberos, non mi litasti, non coluisti agros, non ad senectam peruenisti. Non comessaberis posthac, non amabis fili, neq; cum æqualibus in compotatione inebriaberis. Porrò hæc atq; id genus alia dicet, quasi putet filium adhuc rebus his egere post obitum, ac desyderare quidem, uerũ potiri non posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt qui equos ac cõcubinas, rursum alij, qui pincernas etiã in funere mactarunt, qui uestem, reliquũq; mundum, pariter in rogum iniectum exusserunt, aut unà cum cadauere sepelierũt, perinde quasi illic sit usurus, & apud inferos fruiturus? At senex iste luctum agẽs, hæc oẽia atq; his etiã plura quæ dicit, neq; filij causa iactare uidetur, ut quem sciat non auditurum, etiam si Stentorẽ clamore uincat, neq; rursum sua ipsius gratia. Satis ẽ erat illi, cogitare, & cognoscere, uel sine uoce. Nihil ẽ opus est, ut quis apud sese clamet. Supereſt igit̃, ut ad hunc modum delyret, ob eos qui adsunt. Cum nesciat, neq; quid acciderit ipsi filio, neq; quò concesserit, Imo cum ne suam quidẽ ipsius uitam, cuiusmodi sit perpenderit. Neq; enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret, illũ ex hac demigrasse. Filius igitur huic ita respon-

derit,

derit,exorato Aeaco atq; Orco, quo liceat tantisper è
specu proferre caput,dum patrem insanientem compe
scat.Homo infelix quid damas? Quid mihi molestus
es? Desine uellicare comã,ac uultus etiam cutem lacera
re. Cur mihi conuitium facis,ac miserum appellas, & in
fortunatum,qui iam sim te multo tum melior,tum feli
cior? Aut quid acerbi mihi putas accidisse? An quia nõ
sim factus senex talis,qualis es tu,capite caluo,facie ru
gosa,incuruus genib⁹,segnis,in summa,totus ætate pu
tris,multis expletis Triacadibus & Olympiadibus,de-
niq; ad istum modum delyrans apud testes tam mul-
tos? O demens,quid tibi uidetur in uita boni,quo post
hac nõ simus potituri? Nimirũ usuras dicis,ac cœnas, πότους,cõ potatiões.
uestemq; & concubitus,eóq; metuis, ne rerum harũ in
opia peream. Non cogitas autẽ,longe bellius esse,non
sitire,q; bibere,non esurire,q; edere, non algere,q; ue-
stibus abundare. Age igitur, quandoquidem ignarus
uideris,docebo te lugere uerius. Iamq; denuo incepto
luctu,clama. Fili miser,non amplius sities,nõ amplius
esuries,nõ amplius algebis. Peristi mihi infelix,q mor-
bos effugeris,qui febrem iam nõ timeas,non hostem,
non tyrãnum,non amor discruciabit te, non auocabit
coitus,neq; huius rei causa bis aut ter quotidie perdes
impensam. Heu calamitatem. Neq; cõtemneris factus
senex,neq; molestus eris iuuenibus,siquãdo conspicia
ris. Hæc si dixeris pater,an non putas te multo ueriora,

magisq; ridicula dicturũ, cq; ista quæ modo? At uide ne illud te male habeat, dum noctẽ, quæ apud nos est, magnam q; cogitas caliginem, proinde metuis, ne tibi præfocer, cõclusus in monumento. Verum in his illud oportet ꝓpendere, oculis putrefactis, atq; adeo exustis (siquidẽ paulopost exurere me decreuistis) nihil opus erit, nec ad tenebras, nec ad lumẽ inspiciẽdũ. Atq; ista fortasse utcũq; ferenda. Verũ eiulatus iste uester, quid mihi cõfert? aut quid ista pectorũ ad tibiæ modos per cussio? aut quid mulierũ immodica lamentatio? Quid autẽ saxum, quod sepulchro imponitur, coronis ornatum? Aut quid ualet, quod merũ infunditis? Num putatis illud ad nos destillaturũ, & ad Orcũ usq; permeaturum? Nam de parentalibus ipsi quoq;, ni fallor, uidetis, quod ex apparatu potissimum ad nos redire debuerat, id fumo correptũ, sursum in cælũ abire, neq; quicq; iuuare nos, qui inferne agimus. Porrò quod superest, puluis est inutilis, nisi creditis nos cinere uesci. Non est usq; adeo sterile, neq; infrugiferum Plutonis regnum, neq; nos destituit Asphodelus, ut à uobis cibos huc deportemus. Itaq; iuro per Tisiphonem, iampridẽ mihi libebat uehemẽter exclamare super his, quæ & facietis, & dicebatis, sed uetabat linteum aclanæ, quibus mihi fauces obligastis.

Atq; ita profato, mors ultima lumina dausit.

Sed dicito per Iouem, Si cõuersus ad eos mortuus ille, loquatur

loquatur hæc cubito innitens, an non uidebitur rectiſſi
me dicturus? Attamen uecordes iſti uociferantur, & ac
cerſito quopiam lamentorum artifice, qui multas anti/
quas calamitates in unum congerat, certaminis adiuto
re, & amentiæ Chorago abutũtur ubicũq; cœperit ille,
ipſi ad melos eiulatu reſpondentes. Verum quantũ ad
lamentationes attinet, omnibus eadem eſt ineptiendi
conſuetudo. At deinceps ſepulturæ rationem in uarios
diuidũt modos. Nam Græcus exurit, Perſa defodit, In
dus adipe ſuillo oblinit, Scytha deuorat, muria condit
Aegyptius. Atq; hic quidẽ (rem à me uiſam narro) de/
ſiccatum cadauer, cõuiuam & compotorem adhibet. fit
autem frequenter, ut Aegyptium aliquem indigentem
pecuniæ, leuet egeſtate pignus frater aut pater in tẽpo-
re factus. Nam libationes, pyramides, colũnæ, tituli, ad
breue tempus duratura, an non ſuperuacanea, & ludi-
cris ſimillima? Sunt uero qui ludos quoq; conſtituant
ad ſepulchrum, ac funebres orationes habeãt, perinde
quaſi patrocinẽtur, ac teſtimonium perhibeant defun
cto apud inferos iudices. Poſt hæc omnia ſupereſt ex/
equialis cœna. Iamq; adſunt neceſſarij, ut defuncti pa/
rentes cõſolentur, ſuadentq; uti cibum capiant, quãcq;
illi per Iouem non illibentes ad id cõpelluntur, quippe
perpetuum iam triduum enecti fame. Et quouſq; quæ
ſo flebimus? Sine quieſcant Plutonis manes. Quod ſi
tibi deliberatum eſt omnino flere, uel ob hoc ipſum ci-

bus est capiẽdus, quo tanto luctui par esse possis. Tum denicꝙ, tũ ex omnibus cõtexunt' duo uersus Homerici.

Nam cœpit meminisse cibi Niobe auricapilla.

Tum illud.

Vita defunctos flere haud sinit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi, sed initio pudibundi, uerẽtesq; ne post charissimorum obitum uideãtur adhuc affecti bus humanis cõmoueri. Hæc atq; his longe magis ridicula reperiet, quisquis obseruarit ea quæ fiunt in luctu, propterea quod uulgo existimẽt mortem summũ esse malum.

LVCIANI DE LVCTV FINIS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ABDICATVS LVCIANI, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem insania laborantem, reliquis medicis desperantibus, dato pharmaco cum sanasset, denuo receptus est in familiam. Post hæc nouercam insania correptam sanare iussus, abdicatur.

Haud

AVD QVAQVAM noua ſunt hæc ludices, neq; mirã da, quæ i præſentia facit pa ter, neq; nũc primũ ad hũc iraſcit modũ, uerũ hæc lex illi facilis eſt, & aſſuetus ad hanc cauſam accedit. Verũ illud mihi nouo calamitatis genere accidit, quod cũ nul lum proprium ſit crimen, quod mihi poſſit imponi, ta men in periculum uocor, ne pœnas dem artis nomine, niſi huic iubenti per omnia parere poſſit. Qua quidem re quid fieri poſſit abſurdius, uti curem? ex præſcripto, nõ iam quatenus ars ualeat, ſed patris arbitratu. Quare optarim equidem, ut medicorũ ars, eiuſmodi quoq; remedium aliquod haberet, quod non modo laboran tes inſania, uerũetiam præter æquũ iraſcentes liberare poſſit, nimirum quo liceat & patris iracundiæ mederi. Nunc autem ipſa quidem inſania leuatus eſt, cæterum iracundia magis etiã exaſperatur. Quodq; eſt omniũ grauiſſimum, erga cæteros omneis ſanus eſt, in me unũ inſanit, à quo morbo fuit liberatus. Videtis igit cuiuſ modi mercedem curationis feram, cum rurſum ab illo abdicor, iterũ alienor a familia, ceu ob idipſum ad bre ue tẽpus receptus, ut maiore infamia ſæpius eiiceret do mo. At ego quidem in his quæ præſtare queam, ne ex

pecto

pecto quidem patris iussum,ut qui pridem non accer/ situs ad opitulandum accesserim. Verũ ubi res est eius modi,ut nulla omnino spes sit,tum nec aggredi uelim. Porrò in hac muliere multo etiã minus ausim, neq; id temere.Siquidẽ reputo quæ in me facturus sit pater,si res non successerit,cum iam abdicet nõdum aggressum curationem.Quare doleo Iudices,nouercæ uicem,gra/ uiter laborantis.Erat enim proba.Deinde patris nomi ne,quem huius morbus excruciat.Maxime tamẽ mea ipsius causa,qui uidear immorigerus patri,cũ non pos sim quæ iubeor præstare,partim ob morbi magnitudi nem,partim ob artis imbecillitatem. At sanè non arbi/ tror æquum esse ut abdicer,si quod efficere nõ queam, id ne recipiam quidem.Itaq; quibus de causis prius ab dicarit me,facile fuerit ex hoc negocio cõijcere. Quãq; ad illas,opinor,satis respondi, ipsa post acta uita. Ad hæc autem quæ nunc obijcit,pro uirili sum respõsurus, si prius de statu meo pauca uobis exposuero.Ego intra ctabilis ille,& immorigerus,patrem dedecorãs,& indi/ gna genere meo patrãs, id quidem temporis multa id genus uociferanti,ac sine fine occlamanti, paucis cõtra/ dicendum esse duxi. Verum domo cedens, existimaui mihi grauissimi iudicij instar fore, uerũq; calculum, ita actam deinde uitam,ut appareret me à paternis illis cri minibus q̃longissime abesse,sed potius honestissimis studijs dedisse operam,cũq; optimis uiris habuisse con

suetu-

ſuetudinem. Iam uero & eiuſmodi quiddam proſpicie bam, ac ſuſpicabar fore, ut aliquando pater, qui nō ad modum animo cōſtaret, mihi ſine cauſa ſuccenſeret, fal ſáq; in filiū crimina ſtrueret. Neq; deerant qui iſta mor bi initium interpretarentur, minasq; ac tela paulo poſt irruituri mali. Nempe odium abſq; cauſa, mores aſpe ros, conuitia parata, cenſurā ſeueram, clamorem, iracun diam, in ſumma omnia plena bilis. unde uſu uēturum credebā, ut mihi aliquando arte medicinæ foret opus. Proinde foras profectus, ac probatiſſimorum, quos in peregrinis regionibus nanciſci potui, medicorum uſus doctrina, plurimo labore, uehemētiq; animi ſtudio ar tem perdidici. Porrò domū reuērſus, offendo patrē ma niſeſta iam inſania laborātem, & ab huius loci medicis deſperantibus deſtitutum, qui non altius introſpiciūt, nec admodum exacte morbos dijudicant. At ego ſanè ſicuti par erat facere frugi filium, neq; ſuperioris abdi cationis iniuriam recordabar, neq; ut accerſerer operie bar. Neq; enim erat quicq̄, quod illi proprie imputare poſſem. Verum peccata illa omnia fuerāt aliena. Nem pe quēadmodum modo dicebam, ipſius morbi. Ergo cum inuocatus acceſſiſſem, non ſum equidem protinus medicatus, neq; enim hic nobis mos eſt, neq; id præci pit ars, uerum illud omniū primū iubemur obſeruare, ſanabilis ne ſit morbus, an inſanabilis, atq; artis termi nos prætergreſſus. Ac tum ſi eiuſmodi fuerit malum, ut

cõmode poſſimus aggredi, aggredimur, totóq; adnitimur ſtudio, ut ægrotum ſeruemus. Quod ſi uiderimus iam inualuiſſe, ſuperaſſéq;, nec manũ admolimur oñi no, idq; uetuſtã quandã legem eorũ, qui primi medici næ prodiderunt artẽ, ſecuti, Qui negant tentãdos eſſe morbos, qui iam inualuerunt. Itaq; cum patrem adhuc intra ſpem eſſe perſpicerem, neq; malum ſupra artis uires eſſe, diu obſeruatis ac penſitatis ſingulis, ita demũ aggrediebar, ac pharmacũ fidenti animo porrexi. Multi ſanè eorum qui tum aderant, ſuſpectã habebant adminiſtrationẽ pharmaci, calumniantes curationẽ meã, Iamq; parabant in ius uocare me. Aderat autẽ & nouerca pauida atq; diffidens, non id quidẽ odio mei, ſed quod metueret, utpote probe ſciens illũ grauiter laborare. Nam ſola nouerat oñia, quippe familiaris & aſſidue cõuiuens ægrotanti. Attamen ego nihil his rebus deterritus, ſciebam enim futurũ, ut mihi ſigna nõ mentirentur, neq; falleret ars, adhibui curã, obſeruato tempore idoneo. Quanq; erãt amici nõnulli, qui mihi conſiliũ darẽt, ne fiderẽ, ne forte ſi res male ſucceſſiſſet, maiorem aliquã calumniã mihi accerſerem, quaſi patrem ueneno ultus eſſem, memor iniuriarũ, quibus me affecerat. In ſumma, ille protinus conualuit, priſtinæ reddi tus ſanitati, cognouitq; omnia. Familiares admirabantur, denicq; laudabat & nouerca, ac palàm oñibus utriuſq; nomine gaudebat, tum mihi laudẽ aſſecuto, tum illi

illi ad ſanam mẽtem reuerſo. Atq; hic quidẽ, nam illud de eo teſtari poſſum, neq; contatus, neq; quopiam his de rebus in conſilium adhibito, ſimulatq; rem omnem è familiaribus cognouit, irritam fecit abdicationẽ, ac de nuo me filium fecit, ſeruatorẽ ac beneficum appellans, confitens ſeſe certum experimentum mei cepiſſe, déq; illis ante factis ſemet excuſans. Id factum cõpluribus attulit uoluptatem, nimirum quotquot aderant probi. Cæterum urebat eos, quibus abdicatio filij iucundior fuerat reuocatione. Proinde uidebam tum non eodem modo ea re gaudẽtes omnes, ſed erat cuius & colorem illico uerti ſenſi, & oculos turbari, & uultũ iracũdũ, quẽ admodum ex inuidia, odióq; ſolet accidere. Nos igitur ut eſt cõſentaneum, in complexibus & animi gaudijs uerſabamur, utpote utroq; alteri reddito. Cæterum no uerca paulopoſt ægrotare protinus cœpit, morbo iudi/ces graui, & impotenti. Nam ſtatim obſeruabam, ut na ſcebatur malum. Neq; enim ſimplex erat, aut leuis inſa niæ ſpecies, quinpotius uetus quidam morbus, qui iam pridẽ delituerat in animi domicilio, erupit, uictorq; in apertum prodijt. Sunt autem nobis cum alia multa ſi/gna, inſanabili laborantis inſania, tum illud cõmune in hac obſeruaui muliere. In cæteros placatior eſt, ac mi/tiũs, atq; illis præſentibus conquieſcit morbus. Quod ſi quẽm cõſpexerit medicum, imo ſi uel audierit tantũ de medico, in hunc ſupra modũ incendit. Quod & ipſum

argumento est, illã graui & insanabili teneri malo. Hæc cum perspicerem, equidem acerbe ferebã, miserebatq; mulieris, ut debui, præter meritum tanto laborantis infortunio. Pater uero ob imperitiam, neq; eñ nouit, uel originem mali, quo tenetur, uel causam, uel morbi magnitudinem, iussit uti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem, arbitratus idem esse insaniæ genus, eundẽ morbum, eandem ægrotationem, quæ similem curãdi rationẽ admitteret. Verum ubi id quod erat uerissimũ dico, fieri nullo pacto posse, ut mulier seruet, fateorq; me morbo imparem esse, indignatur, ac succenset, aitq; me studio detrectare, ac mulierẽ destituere, mihi crimini uertens artis imbecillitatem. Atq; huic quidem accidit, quod solet ijs qui dolent. Succensent eñ omnes ijs, qui libere uerũ loquũtur. Tamen ego sanè pro uiribus illi respondebo, tum meo ipsius nomine, tum artis. Ac primum quidem a lege sumam initium, per quam hic me parat abdicare, ut intelligat sibi non esse posthac eandem abdicãdi facultatem, quæ prius fuit. Neq; eñ legislator omnibus, o pater, istam potestatẽ permittit, neq; uti quoslibet filios, neq; quoties libuerit, abdicet, neq; quibuslibet de causis. uerum quẽadmodum patribus concessit, certis de causis irasci, ita prospexit & liberis, ne id immerẽtibus accidat. Eaq; gratia iussit, ne libera esset, ac citra iudicium uindicta, sed ad iudices uocat, æstimatores cõstituit, qui neq; per iracũdiam, neq; per

calumniã

calumniã,quod iuſtum ſit iudicent. Nouerat enim frequenter accidere multis,ut ob cauſas iniquas ad iram cõmouerentur,hic quidẽ alicui falſæ calumniæ credens, ille famulo fidem habens, aut uxori cuipiam inimicæ. Quare noluit rem iniudicatam agi, neq; indefenſa cauſa liberos ſtatim capi,uinciq;,uerum & aquã infundit, & ratio redditur,& nihil inexcuſſum relinquitur. Quandoquidem ſolum hoc autoritatis datur patri,ut ad iudices uocet,uerum iudicandi autoritas, an merito accuſet,id penes uos,qui iudicio præſideris. Ac nõdum ſpectate crimen,quod mihi imponit,cuiusq; gratia nũc indignatur,uerum illud prius expẽdite, num poſthac illius ſit abdicãdi,qui ſemel abdicauerit,iamq; ſit uſus facultate,quam lex cõcedit,atq; hanc paternam poteſtatem expleuerit,deinde rurſum in familiam receperit,ac ſuperiorem abdicationẽ irritam fecerit. Nam ego certe iniquiſſimũ iſtud eſſe dico,ut liberorum quoq; ſint infinitæ pœnæ,ut multæ condemnationes,ac metus perpetuus,utq; lex nũc irato inſeruiat,mox deinde faciat irritum, quod actum eſt, rurſum ut eodem modo ualeat, in ſumma,ut ius ſurſum ac deorſum torqueatur,utcũq; patribus pro tempore uiſum fuerit. Verum initio quidem æquũ erat uti concederet,cumq; indignante pariter indignaretẽ,ac puniendi ius faceret ei,qui genuiſſet. Porrò ubi ſemel poteſtatem abſumpſerit,ac lege ſit abuſus,iracũdiam expleuerit,poſt hæc rurſum in familiã

receperit,& in hanc opinionē diſceſſerit,ut frugi putet, in his perſeueret neceſſum eſt,neq; poſtea reſiliēdum, aut retractanda ſententia,neq; reſcindendū iudicium. Neq; em̄ ſcire poterat,opinor,is qui natus fuerat,frugi ne,an contra eſſet euaſurus. Atq; hanc ob cauſam permiſſum eſt,ut genere indignos abdicent,quos cum educabant,cuiuſmodi eſſent futuri neſciebant. Cæterū ubi non coactus, ſed ſuapte ſponte atq; autoritate ex ſeſe comprobatū recipit,qua deinde ratione poſſit mutare factum,aut quis legis uſus ſupereſt? Etem̄ ipſe legiſlator hunc ad modū tecum egerit. Hic ſi improbus erat, dignusq; quem abdicares, quid accidit uti reuocares? Cur denuo in familiā reduxiſti? Cur legem irritam feciſti? Nam liber eras,tibiq; in manu erat iſta nō facere. Neq; enim tibi cōcedendum eſt,ut legibus tuo arbitratu abutaris,utq; iudicia utcūq; mutatus ſit animus tuꝰ, eò trahantur. Neq; uti nunc irritentur leges,nunc rurſum ualeant,iudices interim teſtes ſedeāt,uel ut rectius dicam,miniſtri tuæ uoluntatis, modo puniētes, modo abſoluentes,quandocunq; tibi uiſum fuerit. Semel genuiſti,ſemel educaſti, pro his ſemel itē abdicare potes, atq; ita potes, ſi iſtud merito facere uidearis. uerum ut hoc fiat ſine fine,ut ꝓpetuo,ut frequēter,ut facile,id uero ſupra patris ius eſt. Quare per Iouē iudices,ne ꝑmittatis huic,ut qui ſua ſponte receperit, ſuperioris iudicij ſententiam irritarit,iram damnarit,rurſum ad eandem

prouocet

prouocet pœnam, & ad patriam recurrat poteſtatem. Cuius tẽpus iam exceſſit, euanuitq; priuilegiũ, nec huic uni quicq; ualens, quippe antehac conſumpta. Etenim illud conſyderate, quemadmodum in reliquis iudicijs, ubi iudices ſortibus ferunt ſentẽtiam, ſiquis perperam pronũciatũ exiſtimat, permittit lex alios adire iudices. Porrò ſiqui ipſi ſuapte ſponte iudices cõſtituerint, delectisq; arbitris cauſam commiſerint, poſthac non idem licet. Etenim ſiquis, quorum ſententijs initio ſtare non cogebatur, hos ſponte delegerit, iam æquũ eſt boni cõſulere quæ ſtatuerint. Itidem ſanè tu quoq;, quẽ antea liberum erat nõ recipere, niſi dignus maioribus uideretur, hũc ſi probum arbitratus eſſe, denuo recepiſti, iam deinde non erit abdicandi ius. Siquidẽ indignũ eſſe in quẽ iſta denuo fiant, ipſe teſtatus es, iam de integro frugi filium eſſe cõfeſſus. Itaq; non cõuenit pœnitere receptionis, ſed firma reconciliatio ſit oportet, nimirũ poſt toties pronũciatã ſentẽtiam, ac rem bis iudicatã, primũ cum abdicares, alterũ, cum ipſe mutaſti cõſilium, mẽq; in familiam reuocaſti, reſciſſis decretis ſuperioribus, cõfirmas illa quæ poſtea ſunt placita. Proinde perſeuera in his quæ proxime ſtatuiſti, tuũq; ipſius iudicium ſerua. Pater ſis oportet, quandoquidẽ id abs te decretum, id ꝓbaſti, id ratũ feciſti. Ego quidẽ ſi natura nõ eſſem filius, ſed adoptatũ abdicare uelles, ne tum quidẽ exiſtimarim tibi licere. Quod enim initio liberum erat nõ facere,

cere,id ſemel factum,iniquũ eſt reſcindere. Porrò eum qui primum natura ſit filius,poſtea iudicio,ſententiaq; accerſitus,quæſo num par eſt rurſum expellere,& eadẽ familiaritate priuare ſæpius? Age quid ſi forte ſeruus eſſem,ac tu quidem primũ improbum eſſe ratus,in uinc ula coniecíſſes,deinde ubi cognitum eſt me nihil peccáſſe,manumiſiſſes,num tibi liceret,utcunq; contigerit iraſci,rurſus in eãdem reuocare ſeruitutem? Minime liceret. Iſtiuſmodi igitur acta,leges firma uolunt eſſe, ac perpetuo ualere. Ergo cum pluribus etiam argumẽtis docere poſſim,non eſſe ius huic abdicare denuo,quem ſemel abdicatum,ſponte ſua receperit,tamen finem faciam. Hunc ſpectate cuiuſmodi filium parat abdicare. Atq; illud nondum dicam,me tum imperitum abdicatum fuiſſe,nunc abdicari medicum (nihil enim mihi in hac cauſa ſuffragetur ars)tum iuuenem,nũc ætate prouectum,ut ætas etiã ipſa fidẽ faciat, me nihil peccaſſe. Nam leue fortaſſis hoc quoq;, uerũ tum quidem, etiã ſi nullo commiſſo peccato,ut ego quidem dixerim, ſed nec benemeritus,alienabar a familia. Nunc porrò cum nuper ſalutem dederim,ac beneficus extiterim,exigor. Qua re qd fieri poteſt ingratius? ut mea ſeruatus ópera,tantóq; elapſus á diſcrimine,protinus ſanationẽ illã huiuſmodi factis penſet,nulla meritorum habita ratione,ſed uſqadeo facile mandarit obliuioni, atq; in ſolitudinẽ abigat eum,qui iure ſit obſecutus,cũ præter ius

eiiceretur,neq; ſolum nõ meminerit iniuriæ,uerũetiam & ſalutem attulerit,& ſanæ menti reſtituerit? Neq; eñ exiguo iudices, neq; uulgari in hunc collato beneficio, tamen huiuſmodi malis nunc uideor dignus. Porrò quanq; hic ignorat,quo in ſtatu tunc fuerit,uos tamen omnes noſtis,quid facientem hunc, ſimul & patiẽtem, & quibus affectum modis,ego curandum ſuſceperim, ac medicis reliquis deſperantibus,fugientibus familiaribus,nec propius accedere audentibus,talem reddidi, ut etiã accuſare poſſit,ut de legibus diſſerere. Quin magis ſi exemplum quæris pater,cum propemodum talis eſſes,qualis nũc eſt uxor,ad priſtinam ſanitatem reuocaui. Quare nõ eſt æquum,ut pro his officijs, huiuſmodi mihi gratia reponatur, utq; in me unũ tantũmodo ſanus ſis. Etẽ te nõ mediocribus à me beneficijs affectum eſſe,uel ex his ipſis liquet, quibus me criminaris. Nam quem ob hoc odio perſequeris,quod uxorem extremo laborantẽ periculo,grauiſſimeq; affectam nõ ſanem,qui fit,ut eundem nõ multo potius chariſſimum habeas,quũ ſimili morbo liberarim? non gratias agas, tam acerbis ereptus malis? At tu,quod quidẽ eſt ingratiſſimum,ſimulatq; ad te rediſti,protinus in ius trahis, ſalute donatus,punis, & ad uetus recurris odiũ,eandẽ recitas legem. Egregiam igitur mercedẽ perſoluis artí, dignãq; pro remedijs refers gratiã,qui quidem aduerſus medicum tantũ ſanus es. Vos aũt iudices, huic con

cedetis,ut de benemerito pœnas ſumat,ut ſalutis auto rem expellat,ut eũ qui ſanitati reſtituerit,oderit,ut per quẽ reuixit,ulciſcatur? Haud profecto concedetis,ſiqui dem quod æquum eſt,facietis. Etenim ſi maximum ali quod flagitium in præſentia cõmiſiſſem,tamẽ ſuperio/ris beneficij nomine non mediocriter mihi debebat: cu ius reſpectu, memoriáq; cõueniebat hunc præſentem iniuriã negligere,& ob illa priora facile ignoſcere: ma/xime ſi tam ingens ſit beneficiũ,ut omnia ſuperet,quæ poſtea poſſint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto,quem ſeruaui,qui mihi totius uitæ de bitor eſt:cui præſtiti ut ſit,ut ſapiat,ut intelligat: præſer tim cum cæteri omnes iam deſperarent, ſéq; morbo im pares eſſe faterentur. Nã & illud,opinor,ad meriti mei cumulũ accedit,quod cum id temporis filius nõ eſſem, cum nihil eſſet cauſæ,quæ me cogeret curationem ſuſci pere,uerũ cum liber eſſem,atq; alienus, à naturali cau/ſa ſolutus,tamen haud diſſimulaui,ſed ultroneus,inuo catus,iniuſſus adij,ſuccurri,adniſus ſum,ſanaui,reſtitui, meũ ipſius patrem ſeruaui, de abdicatiõe me purgaui, iram beneuolẽtia ſedaui,legẽ pietate ſuſtuli, magnóq; beneficio reditum in familiã emi,atq; in tempore adeo periculoſo fidem erga patrẽ demonſtraui, méq; ipſum artis auxilio inſinuaui,ac triſtibus in rebus legitimus fi lius apparui. Quàm multa enim me fuiſſe paſſum arbi tramini,quãtum & exhauſiſſe laborum? dum adſideo,

dum

dum obſeruio, dum opportunitates capto, nũc cedens patris uehementiæ, nunc artẽ admouens ad breue tem pus cõcedente morbo. Eſt autem hoc omniũ quæ ſunt in arte medicorum periculoſiſſimũ, huiuſmodi medica ri, ac propius accedere ad hos, qui ad eum ſunt affecti modum. Fit enim nõ raro, ut exæſtuante malo, rabiem in proximos exerceant. Me tamẽ nihil horum piguit, neq; grauatus ſum, uerũ aderam modis omnibus cum morbo luctans, poſtremo ſuperaui pharmaco. Ne uero quiſq; hoc audito, ꝓtinus apud ſe cogitet, Quis aut quantus labor miſcere pharmacũ. Etenim multa prius ſunt facienda, præſtruenda uia dando pharmaco, præparandũ corpus, quo facilius recipiat medicationem, déq; omni corporis habitu ſollicitus ſit medicus oportet, inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod cõducit, Somnos accerſendi rationes excogitans, ſolitudines arte reperiẽs. Quibus in rebus ægroti cæteri facile pareant. At qui laborant inſania, ob animi libertatẽ intractabiles ſunt, ac gubernatu difficiles, ipſiq; medico periculoſi, neq; qui facile cura expugnentur. Proinde ſæpenumero cum effecerimus, ut iam ſperemus proxime adeſſe morbi finem, leue aliquod erratum incidens, renouato malo, cuncta illa ſuperiora facile ſubuertit, curationẽ impedit, artem fallit. Eum igitur qui hæc omnia ſuſtinuerit, qui cũ morbo tam graui ſit luctatus, qui malum malorum omniũ expugnatu difficillimũ

cillimũ uicerit, huic ut iterũ abdicet permittetis, utq; leges in benemeritũ interpretetur ſuo arbitratu concedetis, atq; eum cum ipſa natura bellũ gerere ſinetis? Ego naturæ parẽs iudices, patrẽ mihi ipſi ſeruo, cuſtodióq; etiam ſi hic quidem iniuria me afficiat. Quod ſi filium benemeritũ, leges, ut ait, ſecutus, perdit, & à familia alienat, hic nimirum liberorũ oſor erit, ego pius in patrem. Ego naturam amplector, Iſte naturam cõtemnit, fasq; & ius uiolat. O patrem iniuſte proſequentem odio. O filium iniuſtius amantem. Nam mihi ipſi uitio uerto, patre compellente, quod odio habitus, cum præter cauſam amo, & magis amo q̃ oporteat. Atqui natura cõparatum eſt, ut patres liberos amẽt magis, q̃ liberi parentes. Verũ hic ſtudio tum leges cõtemnit, quæ filios nihil cõmeritos familiæ ſeruant, tum naturam, quæ parentes ad uehemẽs natorum deſyderium incitat. Non ſolum enim cum plures habeat in me beneuolẽtiæ cauſas, maiorem, uti debebat, beneuolentiam nõ adiungit atq; addit, aut quod eſt minus, me ſaltem imitatur, meumq; æmulatur amorem. Sed o calamitatem, quin inſuper odit amantem, charitate proſequentem expellit, benemerentem lædit, complectentem abdicat, legesq; liberis fauẽtes, ceu liberis infenſas, in me torquere conatur. O bellum, quod cõtra naturam legibus moues pater. Non ſunt iſta, non ſunt inquam, quẽadmodum tu uis, leges bene conditas, male interpretaris pater. Non

pugnat

pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolẽtiam pertinent. Hic inter ſeſe conſentiunt, & altera utricꝫ auxilio eſt ad delendas iniurias. Contumelia afficis bene meritum, Offendis naturam. Cur legibus quocꝫ ſimul cum natura facis iniuriam? Quæ cum honeſtæ, iuſtæ, liberorum amantes eſſe cupiant, nõ pateris eſſe, quippe quas aduerſus unum filium, tancꝫ aduerſus multos ſæpius tentes. Nec finis in ſupplicijs quietẽ inuenire, quæ uelint in beneuolentia liberorum erga parẽtes conquieſcere, Quancꝫ alioqui ne poſitas quidẽ aduerſus eos, q nihil peccarint. At ſanè leges ingratitudinis actionẽ cõcedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiã. At qui nõ ſolũ nõ refert gratiã, uerũetiã punire conatur ob ea ipſa, qbus adiutus eſt beneficio, cõſyderate nũ quicꝫ facere poſſit iniquius? Itaqꝫ nõ poſſe hunc iã abdicare denuo, q paternã poteſtatẽ ſemel expleuerit, ac lege ſit uſus, præterea nõ eſſe æquũ, eũ qui tanta præſtiterit beneficia, expellere, familiáqꝫ exigere, ſatis opinor demonſtratum. Nunc autẽ ad ipſam abdicationis cauſam ueniamus, & crimen cuiuſmodi ſit expendamus. At rurſum ad mentem eius qui legem cõdidit, recurramus neceſſe eſt. Etenim ut iſtud tibi donemus ad breue tempus licere, quotieſcunqꝫ uelis abdicare, utcꝫ præterea poteſtatem iſtam tibi largiamur, etiam aduerſus benemeritum, haud tamẽ ſimpliciter, opinor, neqꝫ quibuſlibet de cauſis abdicabis. Neqꝫ hoc dicit legis condi

tor. Quicquid utcunq; criminatus fuerit pater abdicato, ut satis sit tantũ uoluisse queri. Nam si id esset, quid opus erat iudicio? Verũ uos istud expẽdere iubet iudices, nũ grauibus ac iustis de causis irascat pater, nec ne. Hoc igitur in præsentia consyderate. Exordiar autẽ ab ijs, quæ protinus huius insaniam sunt consecuta. Iam primum omniũ quod fecit sanæ menti redditus, illud erat, Rescidit abdicationẽ. Ego seruator, beneficus, breuiter omnia erã. In his nisi fallor, nihil adhuc esse poterat, quod cum crimine uideretur esse cõiunctũ. Deinde quid est omniũ quod accusat? Quod obsequiũ, quam curam filio dignam prætermisit? Quando foris cubuit? quas intempestiuas potationes, quas comessatiões obijcis? Qui luxus? Quis leno pulsatus est? Quis accusauit? Nemo pfecto. Atqui hæc sunt, ob quæ præcipue lex permittit abdicare. Cæterũ cœpit ægrotare nouerca. Quid istud mihi uertis crimini? morbiq; pœnam à me reposcis? Non reposco, inquit. Sed quid? Quod eã curare iussus recusas, ob hoc dignus fueris q abdiceris, quippe immorigerus patri. Ast ego quidẽ cuiusmodi sint ista quæ iubet, in quibus quia nõ possim obsequi, uideor immorigerus, paulisper differemus. Sed illud prius in totum dico. Necq; lex huic concedit, ut quiduis imperet, necq; mihi necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt huiusmodi, ut si nõ parueris, nõ sis obnoxius pœnæ, quædam id genus, ut

nisi

nisi obtemperaris, ira, supplicióq; sis dignus, ueluti si ægrotes ipse, & ego nõ curem. Siquid rerum domesti/carum curandum sit, & ego negligam. Siquid rem rusticam curandam mandes, atq; ego recusem. Hæc omnia atq; id genus alia, probabiles adferunt causas paternæ querelæ. Porrò cætera nostri sunt arbitrij, nempe quæ ad artes, & artium usum pertinent: Maxime si nulla in re fiat iniuria patri. Iam si cui pictori præcipiat pater: Hæc pinge fili, illa nequaq̃: Rursum musico, hãc pulsa harmoniã, illam ne pulsa: Tum fabro ærario, Ista cude, illa ne cude: num quisq̃ hunc patietur abdicare filiũ propterea, quod nõ ex ipsius arbitrio artem exerceat? Nemo opinor. Atqui medendi ars, quanto est honoratior, uitæq; conducibilior, tanto conuenit esse liberiores qui hac utũtur. ac iustum est, ut ars aliquo gaudeat priuilegio in exercendi facultate, ut neq; cogatur usq̃, neq; ferat imperium, res sacra, deorum doctrina, uirorum eruditorum cura. Neq; in seruitutẽ trahatur legis. Neq; timori, pœnisq; tribunalium, neq; calculis, ac patris minis, & indocti hominis iræ sit obnoxia. Proinde si tibi palàm ac simpliciter ad hunc modum respondissem: Nolo curare cum possim, sed artem soli mihi didici, ac patri, cæteris oms̃ibus imperitus esse uolo. Quis est tyrannus usq̃adeo ferox, ut cogat etiam nolentem uti arte? Siquidẽ istiusmodi officia blanditijs, precibusq;, ni fallor, non legibus, ira, iudicijs, cõuenit elicere: persua

dere

dere medico oportet, non iubere, ut uelit, nō ut metuat, neq; ad ſanādum adigendus eſt, ſed ultro ac lubens accedat oportet, immunis à cōpulſione patris. Immunis eſt ars ipſa, quandoquidem ciuitates quoq; publicitus honores, præminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuūt. Hæc igitur in genere poteram artis nomine reſpondere, etiam ſi tu me illam docuiſſes, Si multū ſtudij, multū pecuniarū inſumpſiſſes, ut diſcerem, & unam hanc curationē, etiam ſi eiuſmodi eſſet, ut præſtare poſſem, recuſaſſem. Nunc illud cogita, q̄ rem modis omnibus ingratam & iniquam facias, qui nō ſinas me, à me ipſo mihi partis libere uti. Hanc ego artem tum cū non eſſem filius tuus, perdidici, neq; tuis ſubiectus legibus. Atq; hanc tamen tibi didici. Huius fructū primus ſenſiſti, cum nihil adiumenti cōtuleris ad eius cognitionē. Quem præceptorem mercede cōduxiſti? Quem pharmacorum apparatū comparaſti? Nullum omnino, uerum inops, ac rerum neceſſariarū indigens, à præceptoribus mei miſertis ſum edoctus. Nam abs te patre huiuſmodi mihi dabatur ad diſcendū uiaticum, moleſtia, ſolitudo, egeſtas, familiarium odium, cognatorū auerſatio. Pro iſtis itaq; factis poſtulas uti arte mea, uiſq; earum rerū eſſe dominus, quas mihi paraui tum cum mihi non eſſes dominus. Boni conſule, ſiquid antehac ultro, nullo ꝓuocatus officio, bene de te ſum meritus, cum nullo nomine ullam abs te gratiam poſſem repoſcere.

ſcere. Cæterum non cõuenit ſanè, ut meum beneficium mihi in reliquum tempus pariat neceſſitatem: ut quod uolens beneficio iuui, uertatur in occaſionem, ut poſtea nolenti præcipias: Iamq; in cõſuetudinem trahatur, ut qui ſemel ſanauerit aliquẽ, ſemper deinde curet omnes quoſcũq; uoluerit is, qui ſanatus eſt. Etenim ad iſtum modum fieret, ut quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus, noſq; metipſos illis tradiderimus, mercedis loco ſeruitutem accepturi, & ad omĩa quæ iuſſerint obtẽperaturi. Qua re quid eſſe poteſt iniquius? Quoniam te grauiter adeo laborantem reſtitui, ob id exiſtimas tibi ius eſſe arte utendi mea? Atq; hæc quidẽ dicere poteram: ſi mihi hic imperaſſet ea, quæ meæ ſint facultatis, atq; ego non omnino modis omnibus, uel inuitus obtemperaſſem. At nũc tandem perpendite, cuiuſmodi ſint huius imperata. Quãdoquidem, inquit, me laborantem inſania, ſanaſti: inſanit autem & uxor, eodemq; tenet morbo: (ſic eĩ opinatur) & a cæteris medicis ad eundẽ modum deſtituta eſt: tuq; potes omĩa, id quod re demonſtraſti: ſanato hanc quoq;, ac morbo leuato. Id ſiquis ſimpliciter ad hunc audiat modum, uehementer æquum uideatur, præſertim illiterato, artisq; medicinæ imperito. Sinautẽ me auſcultatis artis nomine reſpondentem, intelligetis nimirum nec oia eſſe noſtræ facultatis, necq; conſimiles morborum naturas, nec eandem medendi rationẽ, nec eadem remedia in omni

bus efficacia. Actum palàm fiet, quãtum interſit, nolis quippiam, an non poſſis. Vos interim patienter auſcultate me, hiſce de rebus philoſophantẽ: exiſtimãtes nec inelegantem fore, nec extra cauſam, nec alienã à re, nec intempeſtiuam de his diſputationem. Iam primũ: Naturæ corporũ, ac temperaturæ, haudquaq; eædẽ ſunt: tametſi maxime in confeſſo eſt, ijſdem ex elemẽtis conſtare. Verũ alia de his, alia de illis magis aut minus participant: idq; loquor adhuc de corporibus uirorũ: quæ neq; ſimilia ſunt omnibus, neq; eadem temperatura, neq; eadẽ conſtitutione. Vnde neceſſario conſequitur: ut morbi quoq; tum magnitudine, tum ſpecie differentes, his accidant: utq; alia ſanatu ſint facilia, atq; ad curationem ſponte propenſa: alia rurſum prorſus deſperata: ut quæ & facillime corripiantur, & grauiſſime à morbis prehendãtur. Proinde ſiquis exiſtimet, quamlibet febrim, aut quãuis tabem, aut peripneumoniã, aut inſaniam, quolibet in corpore unã atq; eandẽ eſſe generis non uideatur ponẽdus inter ſobrios, neq; doctos, neq; inter eos, qui in rebus huiuſmodi exquirendis laborarũt. Quin idem malum in hoc corpore facile ſanabitur, in hoc minime. Quemadmodũ uidelicet triticũ, ſi idem in diuerſos ejcias agros: aliter proueniet in plano ſolo, profundo, irriguo, aprico, uentis ſalubribus expoſito, exculto, nimirum ubere, læto, copioſóq; fructu: Rurſum aliter in montuoſa, petricoſáq; terra, aliter in

opaca

opaca, aliter in ſubiecta mõtib⁹. In ſumma: ꝓ cuiuſcꝙ loci diuerſa natura, uarie ꝓueniet. Itidẽ & morbi, pro rõne corporũ, in quæ inciderint, aut maiores & uberiores, aut minores eueniũt. Verũ his omiſſis pater, nec omnino diſcuſſa re, uult quamuis inſaniam in quouis corpore conſimilem eſſe, ſimilemꝙ deſyderare curationem. Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimum differre à uirorum corporibus, uel ad morbi corruptionem, uel ad ſanandi ſpem, aut deſperationem, facile fuerit cognoſcere. Siquidem uirorum corpora bene compacta ſunt, neruoſa: laboribus, agitationibus, uita ſub dio acta, exercitata. Contra fœminarum, flaccida, male compacta, in umbra alita: Candida ob ſanguinis inopiam, caloriſꝙ penuriam. & humoris ſupernacanei abundantiã. Quare facilius corripiunt, quàm uirorum: utpote morbis expoſita, nec ferentia curationem: præcipue uero ad inſaniam prodiuiora. Nam cũ multum habeant iracundiæ ac leuitatis, facileꝙ cõmoueantur: porrò corporis exiguæ ſint uires: facile in hoc malum prolabuntur. Proinde non cõuenit, in utrisꝙ eandem à medicis ſanãdi rationem requirere: Cum intelligatis, hæc ab illis longiſſimo diſtare interuallo: iam ab ipſo protinus ortu diſcreta: tum tota uitæ ratione, tum actionibus omnibus, tũ ſtudijs atꝙ exercitijs uniuerſis. Quare cũ dicis, Inſania laborat: adde hoc quoꝙ, laborat mulier. Neꝙ confundas hic omnia ſub unã

& eandem insaniæ referens appellationem. Verum discretis ijs, quemadmodum & natura discreuit, quid in quoq; præstari possit cõsydera. Nam nos, quemadmodum initio dixisse memini, illud in primis spectamus: ægroti corporis naturam, ac temperaturã: & cuius qualitatis magis sit particeps, calidius an frigidius, uigens an ætate deficiens, magnũ an pusillũ, crassum an macilentum: reliquaq; id genus omnia. Quæ si quis penitus expenderit: is demum erit idoneus cui fides habeatur, uel desperanti, uel recipiẽti. Quandoquidem & insaniæ innumerabilia sunt genera, & causæ complures: nec uocabula quidem eadem. Neq; enim idem, desipere ac delyrare, rabire & insanire. Verum hæc omnia nomina significant magis aut minus obnoxium esse morbo. Porrò causæ aliæ sunt uiris, aliæ fœminis. Rursum inter ipsos uiros, aliæ iuuenibus, aliæ senibus: puta iuuenibus immodica fermè repletio: senibus autem importuna calumnia, ira impotens, quæ sæpenumero incidit aduersus domesticos. Hæc initio perturbant animum: deinde paulatim uergit in insaniam. Porrò mulierum corpora & multæ res infestant: & facile in morbum adducunt. Præcipue uero si quem oderint uehementius, aut si inuideant inimico, secundis rerum successibus utenti: aut si quid molestum sit: aut si cui succẽseant. Hæc paulatim subglisscentia, multóq; alita tempore, tandem in insaniã euadunt. Eiusmodi rerum aliquid uxori

quid uxori quoq; usu uenit pater: & haud scio, an nup aliquid illi ægritudinem aliquam attulerit. Nihil enim illa oderat, quanquã morbo sanè tenetur, neq; his malis ullius medici cura poterit eripi. Quod si quis alius se facturum receperit, aut si quis eã liberarit: tum me odèris licet, uelut iniurium. Tametsi ne illud quidem uerebor dicere pater. Etiam si non prorsus esset, ut est, desperandum: sed adhuc aliqua salutis spes leuis ostenderetur: nec sic quidem facile manũ admouerem: neq; statim auderem ministrare potionẽ: uidelicet ueritus fortunam, ac multorum hominum obtrectationẽ. Vides, ut omnes arbitrantur, priuignos inuisos esse nouercis omnibus, etiam si probæ fuerint: easq; hanc ceu cõmunem quandam mulierum insaniam insanire. Quare facile suspicatus fuisset aliquis: si malũ hoc secus euenisset: neq; profuissent remedia: perfidam ac dolosam fuisse curationem. Atq; uxoris quidẽ res pater ad hunc sese habent modum: idq; loquor, quod prorsus exploratum habeo: nunc̃q; melius est habitura, etiam si milies biberit pharmacũ: eóq; non operæprecium conari: nisi me in hoc solum urges ut frustrer: idq; uis ut fœdam mihi famã accersam. Patere, ut mihi eiusdem artis professores inuideant. Quod si me rursum abdicaris, ego quidem etiam si ab omnibus deserar, tamen tibi nihil imprecabor graue. Sed quid si (quod auertat deus) redeat morbus: (solent istiusmodi fermè mala

irritata recurrere) quid erit mihi faciundũ? Curabo, ut nosti, tum quoq; neq; unquam defuturus sum officio, quod liberis natura præscripsit: neq; generis, quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde si resipueris, num credere debeo futurum, ut me denuo recipias: illud uide. Iam ista quum facis, accersis morbum, pestemq; refricas: heri ac dudum è tantis elapsus malis, contendis, uociferaris: quodq; grauissimum est, irascaris: ad odium propẽ sus es: leges reuocas. Hei mihi pater, istiusmodi fuerãt superioris insaniæ tuæ procemia.

ABDICATI FINIS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

LVCIANI ICAROMENIPPVS, SIVE HYPERNEPHELVS, DES. ERASMO ROTEROD. INTERPRETE.

ER MILLE igitur erant stadia à terra usque ad lunam, ubi prima nobis fuit mansio. Porrò hinc sursum ad solẽ parasangæ fermè quingentæ. Rursum ab hoc usq; ad ipsum deniq; cælum, arcemq; Iouis in ædito sitã, tantũ ferè spacij fuerit, quãtum aquila probe, succincte, atq; expedite queat uno die peragr

die peragere. AMICVS. Dic mihi per gratias Menippe: quæ sunt ista quæ de astris loqueris, ac tacitus tecũ supputas? Etenim iamdudum te assectans, audio soles & lunas: præterea autem & magnifica ista, mansiones ac parasangas, peregrina quædam commemorantem. MENIP. Ne mireris Amice, si sublimia, aereáque tibi uideor loqui: nã summã apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMIC. Nimirum Phœnicum exemplo uiam stellis notaras. MENIP. Haud quaquam per Iouem: quin magis ipsis in stellis sum peregrinatus. AMIC. Papæ, longum profecto somnium mihi narras. Siquidem totas edormisti parasangas insciens. MENIP. Quid ais? somnium tibi referre uideor: qui modo ab ipso Ioue ipse reuersus adsum? AMIC. Quid audio? Itane Menippus nobis à Ioue delapsus adest è cælo? MENIP. Ita sanè. Ego tibi ab ipso illo summo Ioue hodie uenio, rebus interim dictu miris, & auditis, & conspectis. Quod si non credis: equidem hoc ipso nomine supra modum gaudeo: cum supra fidẽ esse uideo, meã felicitatem. AMIC. Et quo pacto diuine atq; Olympie Menippe, mortalis cum sim, ac terrestris, queam nõ credere uiro, qui nubes superarit: quiq; ut Homericis dicã uerbis, Iam sit cælitum è numero unus? Verũ illud mihi dicito, si molestum non est, quibus modis in altum subuectus es, aut unde nactus scalas tanta magnitudine? Nam quantũ ad faciem ac formam attinet, non es

admodũ

admodū ſimilis illi Phrygio: ut coniectare poſſimus, te quoq; ab aquila raptum fuiſſe: quo pocillatoris alicubi munere fungereris. MENIP. Nō me dam eſt te iamdudum irridere. Neq; uero id omnino mirū: ſi narrationis nouitas tibi fabulæ uidetur adſimilis. Cæterū ad cōſcenſum nihil mihi erat opus, neq; ſcalis, neq; uti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quod alæ mihi eſſent propriæ. AMIC. Iam uero iſtud quod narras, uel ipſum Dædali factum ſuperat. Siquidē præter alia, nobis inſcientibus, miluius quiſpiam aut graculus ex homine factus es. MENIP. Recte amice: neq; procul à ſcopo coniecisti. Etenim illud Dædali de alis inuentū ipſe quoque ſum machinatus. AMIC. At interim omniū audaciſſime, nō ueritus es, ne tu quoque alicubi in mare delapſus, Menippeū aliquod pelagus tibi cognomine redderes: quemadmodū ille Icarium? MENIP. Nequaquā: Siquidem Icarus cum alas haberet cera adglutinatas: eaque quàmplurimū ad ſolem eſſet liquefacta: de fluxis alis, non mirum ſi decidit. At nobis citra ullam cerā erant pennæ. AMIC. Iſtud qui fieri potuit? Iam enim haud ſcio quo pacto paulatim me adducis, ut uera uideantur quæ narras. MENIP. Ad hunc fermè modum. Aquilam egregie magnam, tum autem & uulturem ualidum arripui. His cum alas unà cum ipſis brachijs præſecuiſſem. Quin potius ſi uacat totius cōmenti rationē ordine tibi percenſebo. AMIC.

Mihi quidem

Mihi quidem uel maxime uacat. Adeo ſublimis à ſermone tuo pendeo: iamq; ad narrationis finem inhio. Ne uero me negligas, per Iouem amicitiæ præſidem: auribus in aere ſuſpenſum, ob tuã narrationẽ. MENIP. Auſculta igitur. Neq; enim ciuile fuerit, ſi ſpectem animum ore hiante relictum: eumq;, quẽadmodum tu ais ab auribus ſuſpenſum. Ego igitur cum expendens ea quæ ſunt in uita mortalium: protinus omẽs res humanas repperiſſem ridiculas, humiles, inſtabiles: nempe opes, imperia, magiſtratus: contẽptis his, atq; horũ ſtudio, adiectóq; animo ad ea, quæ uere ſunt bona: conatus ſum ab his tenebris emicare, & ad uniuerſi naturã ſuſpicere. Atq; hic mihi multã attulit hæſitationem, primũ hic ipſe qui à ſapientibus appellatur mũdus. Neq; enim inuenire poteram, neq; quo pacto factus fuiſſet, neq; quo opifice: neq; quod eſſet illius uel initium, uel finis. Deinde cum particulatim contẽplarer, multo etiã magis ambigere ſum coactus. Quippe qui uidere ſtellas temere per cælum diſiectas. Tum ſolem ipm, quid tandem eſſet, ſcire geſtiebam Super omnia uero, quæ Lunæ accidebãt, mihi uidebant abſurda ac planè mira: putabamq; cauſam aliquã arcanam & inexplicabilem eſſe, cur illa ſubinde ſpeciem formamq; uariaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpẽs, tum pluuia, nix, grando, è ſublimi demiſſa. Videbant hæc quo que omia coniectu difficilia: quæq; nullis notis depre-

hendi possent. Itaq; cum ad eum modum essem affectus: optimũ factu ratus sum, ut horum unumquodq; à philosophis istis perdiscerem. Siquidem existimabã illos ueritatem omnem docere posse. Quare cum ex illis præstantissimos delegissem, quantũ mihi coniectare licebat, è uultus austeritate, eq; coloris pallore, ac barbæ profunditate. Mirum em̃ ut mihi ex ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & cælestium rerũ peritos uiros præ se ferebant. His ubi memet docendum tradidissem magna pecunia: quam partim euestigio præsentem numeraui: partim tum me persoluturum sum pollicitus, ubi ad philosophiæ summam peruentum esset: nõ grauabar erectus ad nugas doceri, & uniuersi dispositionem discere. At illi tantũ aberant, ut me pristina liberarent insciti: ut in maiores etiam dubitationes coniecerint: principia nescio quæ, ac fines: tum in secabilia, inania, syluas, idæas, atq; id genus alia, mihi quotidie offundentes. Verum illud interim mihi uidebatur omniũ esse grauissimũ: quod cum nihil inter illos conueniret: uerum pugnantia, diuersaq; inter se omnia loquerentur: tamen postulabant, ut sibi fidem haberem: ac ad suam quisq; rationem me conabatur adducere. AMIC. Rem absurdam narras. Si uiri cum essent sapientes, inter sese de rebus factiose dissidebant: neq; de ijsdem eadem probabant. MENIP. Atqui uide res Amice: si audieris illorum arrogãtiam, & in differẽdo prodi-

do prodigiosam confidentiã. Qui quidem cum humi ingrederentur:nihilóq; præstantiores essent nobis,qui super terram ambulamus:ne cernẽtes quidem acutius quàm quiuis alius astans:nonnulli cæcutientes etiã se/nio atq; inertia:tamen & cæli terminos perspicere sese profitebant:solem quoq; ipsum dimetiẽtes: & ea quæ supra lunam sunt,aggredientes: Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis:ita & magnitudinem illarũ, & figu/ram explicabant. Ac sæpenumero cũ forte ne illud qui/dẽ certo scirent,quot stadijs à Megara abessent Athe/næ:tamẽ spacium,quod interest inter solem & lunam, quot esset cubitorum,audebant pronunciare: Tum ae/ris altitudinẽ,maris profunditatem,terræ ambitum di metientes. Ad hæc,circulos depingebãt,ac triangulorũ figuras super quadrangulos inducentes:neq; nõ sphæ/ras quasdã picturatas,cælum scilicet ipsum metientes. Iam uero illud an non insulsum, & insignis arrogãtiæ: quod cum de rebus usq;adeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt,quasi coniecturis ducantur: ue/rum supra modum contendunt: neq; ullum uincendi locum alijs relinquunt. Tantũ non iureiurando cõfir-mãtes Solem massam esse cãdefactam:incoli Lunam, stellas aquam potare: idq; sole ueluti situla quadã per funem demissa,uaporem è mari attrahente, atq; illis omnibus ordine potum distribuente. Nam quanta sit in dictis pugnãtia,id haud difficile fuerit cognoscere.

Iam mihi ſpecta per Iouem: num illorum decreta inter ſe conſentiant, ac non magis longiſſimis diſſita interuallis. Quandoquidem primū de ipſo mūdo uaria eſt ſententia: cum alijs & ingenitus, & nunquā interiturus eſſe uideat. Rurſum alij, & opificem illius, & fabricā di modum eloqui ſint auſi. Quos equidem cū primis admirabar: propterea quod cum deum quendā rerum omniū opificem præpoſuiſſent: non illud etiam adderent, uel unde is eſſet profectus, aut ubi loci conſiſteret cum omnia fabricaretur. Nam ante uniuerſi exortum, non poſſis uel tempus, uel locū imaginari. AMIC. Prorſus audaces quoſdam Menippe homines, ac prodigiorum autores mihi narras. MENIP. Quid autē, ſi iam audias uir optime, quæ diſſerāt, & de Ideis, & de incorporeis: tum quæ de finito & infinito nugantur? Nam & his de rebus acriter inter ſe digladiant. Dum alij fine circūſcribunt uniuerſum: alij contra, finem illud neſcire exiſtimant. Quin inſuper quidem ex iſtis complures eſſe mundos demonſtrabant: damnantes eos, qui de hoc uelut uno quopiam illorū diſputarent. Rurſum alius, neſcio quis uir, haudquaq; amicus paci, bellum rerum omniū parentem eſſe cenſebat. Nam de dijs, quid iam attinet loqui? Cum his deus eſſet numerus: illi rurſus, per canes, & anſeres ac platanos deierarēt. Deinde alij, reliquis omnibus dijs expulſis, uni ſoli rerū omniū imperiū tribuebant: ita ut mecum etiam animo diſcruciarer, cū

ciarer,cum tantam audirē deorum inopiam. E diuerſo alij liberaliores,multos deos faciebant: ac diſſectis illis, hunc aliquē primum deum appellabant: his ſecundas aut tertias diuinitatis partes tribuebāt. Ad hæc,alij incorporeū quiddā & informe putabant eſſe numē. Alij corpus eſſe imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione,ut putarent dijs eſſe curæ res mortalium:uerum erant nōnulli, qui eos omni cura liberātes, haud aliter atq; nos cōſueuimus ætate defectos, à miniſterijs dimittere:nihilo aliuſmodi eos inducunt, q̄ cuiuſmodi in comœdijs induci ſolent ſatellitia. Iam alij ſuperantes hæc omnia,ne eſſe quidē ullos omnino deos credebant: ſed mundū nullo domino, nulloq; duce temere ferri ſinebant. Atqui cum hæc audiebam,uerebar non habere fidem uiris altifremis, ac probe barbatis. Neq; tamen inueniebā, ad cuius dicta me uerterē: ut aliquā illorum ſententiā nanciſcerer irreprehenſam, ac nequaq̄ ab alio ſubuerſam. Itaq; planè tandem Homericum illud mihi uſu ueniebat. Nam ſæpenumero animus incitabat, ut huic alicui illorum crederem: ſed me mens diuerſa uetabat. In quibus omnibus cū perplexus hæſitarem:deſperabā futurū, ut ſuper his uerū aliquid in terris audirem:cæterum unica tantū uia, uniuerſa dubitatione liberari poſſe, ſi ipſe alis aliqua ratione additis,in cælum aſcenderem. Eius rei conficiendæ ſpem mihi præbuit primū ipſa cupiditas: deinde fabu-

larum ſcriptor Æſopus: qui aquilis ac ſcarabeis, interdum & chamelis cælum adiri potuiſſe demõſtrat: uerũ ut mihi ipſi alæ prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri poſſe uidebatur. Cæterũ ſi uulturis, aut aquilæ alas induiſſem: nam has ſolas ſufficere ad humani corporis modum: futurũ forſitan, ut mihi ſuccederet experientia. Itaq; correptis auibus, alteri dextrã alam, porrò uulturi ſiniſtrã amputaui: idq; admodum ſcite. Deinde quũ obligaſſem, humeriſq; loris ualidis accõmodaſſem: tum ſummis pennis anſas quaſdam manibus inſerendis addidiſſem: mei ipſius periculum faciebam: primũ ſubſiliens, ac manibus interim ſubſeruiẽs, & anſerum exemplo paulũ adhuc à terra uolatu me ſuſtollens, inter uolandum ſummis interim pedibus ingrediens. Poſtea quum res ex animi ſententia ſuccederet, iã audacius etiam experimentum aggrediebar: conſcenſaq; arce demiſi meipm per præceps, atq; inde in ipm ferebar theatrũ. Mox ubi nullo periculo deuolaſſem, ſublimia iã & ardua cogitare cœpi: ac tollens me à Parnetho ſiue Hymetto, ad Geraneã uſq; uolabam: Rurſum inde ad Acrocorinthum ſubuolaui: deinde ſupra Pholoen & Erymanthũ ad Taygetum uſq;. Ergo quũ tandẽ audax facinus ſatis eſſem meditatus: iamq; perfectus & altiuolus euaſiſſem: nõ amplius de pullis imitandis cogitabam: uerũ conſcenſo Olympo, cibo quàm leuiſſimo paſtus, inde recta in cælum tendere cœpi: inti-

tio quidem

tio quidem oborta oculorum uertigine ob profunditatem: & postea ferebam, & hoc quoq; facile. Verũ ubi am ipsi lunæ uicinus essem, plurimumq; nubiũ essem emensus: sentiebam me defatigatum, maxime in ala sinistra, nempe uulturina. Huc igitur diuerti, ac super eã insidens requiescebã: in terrã interim è sublimi respiciens: neq; secus quàm Homericus ille Iuppiter, nũc bellacium Thracum regionem despiciẽs, nũc Mysorum, mox (si libuisset) Græciam, Persidẽ, Indiamq;: ex quibus omnibus uaria quadam uoluptate perfundebar. AMIC. Ergo ista quoque narrabis Menippe: ne ulla prorsus peregrinationis parte fraudemur: quin potius siquid obiter in itinere conspexisti, fac ut hoc quoq; sciamus. Nam ego sanè haud mediocria dicturum te expecto: de terræ forma, déq; omnib⁹ quæ in terra sunt: cuiusmodi tibi uisa sunt ex alto contemplãti. MENIP. At tu quidem recte cõiectas Amice. Quamobrẽ quatenus licet, conscensa luna inter narrandum peregrinãti comes esto, simulq; mecum contemplare totam terræ speciem, habitumq;. Atq; initio quidem admodũ pusillam quandã terram mihi uidere uidebar: multo, inquam, luna minorem: ita ut ego repente intentis oculis diu dubitarem, ubinam essent tanti illi montes, ac tantũ mare: quod ni Rhodiorum colossum conspexissem, tum Phariã turrim: haud dubie prorsus ubinam esset terra, me prorsus latuisset: uerũ ista quod sint sublimia,

limia, præq; cæteris eminentia, præterea oceanus paulatim ad ſolem reſplendeſcens, indicabant terram eſſe id quod uidebam. Mox ubi fixius intenderem oculos, iam mihi omnis mortalium uita cœpit eſſe conſpicua: nõ ſolum ſingulæ nationes atq; urbes: ſed plane uidebam nauigantes, bellantes, agricolantes, litigantes, mulieres, feras: & ut ſummatim dicam,

Quicquid tellus educat alma.

AMIC. Iſta quæ nunc dicis, haud quaquam ſunt ueriſimilia, ac ſecum pugnantia. Etenim quum paulo ante Menippe terrã requireres, propter ingens in medio interuallum in arctum contractam: adeo ut niſi coloſſus tibi feciſſet indicium, forſitan aliud quiddam uidere te credidiſſes: qui repente factus lynceus, cuncta quæ ſunt in terra, dignoſcis: homines, feras, ac ppemodum etiã culicũ nidos. MENIP. Recte tu quidem admones: nã quod maxime dictũ oportuit, id neſcio quomodo præterij. Siquidem quum ipſam quidẽ terrã conſpectam agnoſcerem: cæterum reliqua non poſſem perſpicere propter altitudinem: nimirũ iam non pertingente oculorum acie, grauiter ea res me diſcruciabat, ac uehemẽter perplexum habebat. Ego quum ad hunc modum eſſem ſolicitus, ac propemodũ etiã lachrymarer: adeſt à tergo ſapiens ille Empedodes, ea ſpecie ut carbonarium quempiam eſſe diceres, cinere oppletus, atq; exuſtus. Hunc ego quum uidiſſem (dicendũ eſt enim) non nihil per-

nihil perturbabar, ratus dæmonẽ aliquẽ lunarẽ uidere me. At ille, Bono, inquit, es animo Menippe.

Nullũ ego ſum numẽ: qd me immortalibus æquas? Sum Empedodes ille phyſicus: etenim ubi me præcipitem in crateras iniecíſſem, fumus ab Aetna raptũ huc ſubuexit. Itaq; nunc lunam incolo: aeriuagus plerũq; ac rore uictito. Adſum autem hæſitantiam iſtam tibi adempturus: nã illud (ni fallor) male te habet, torquet que: quod non liceat tibi perſpicue terram cernere. Bene abs te factum eſt, inquam, optime Empedocles: ubi primũ deuolaro rurſus in Græciam, tui memor ſacrificabo tibi in fumario: atq; in Nouilunijs, ter ad lunã inhians uota faciam. Imo per Endymionem, inquit ille, haud huc acceſſi præmij gratia: ſed affectio quædam mouit animũ meũ, quum te uiderem affectum moleſtia: uerum ſcis quid facies, quo perſpicax fias? Nõ per Iouem, inquã, niſi tu mihi forſitan caliginem amoueas ab oculis: nam in præſentia uideor non mediocriter lippire. Atqui me, inquit ille, nihil erit opus. Etẽ ut acute uideas, id ipſe tecum è terra allatum habes penes te. Quid igitur eſt iſtud? inquã: neq; enim noui. An ignoras, inquit, te dextram aquilæ alam indutum eſſe? Scio inquã maxime, ſed quid alæ cum oculo? Quoniam, inquit, aquila inter animantia cætera acutiſſimi uiſus eſt: unde ſola ſolem aduerſum obtuetur: atq; ita demũ eſt rex & ingenua aquila, ſi non cõniuentibus oculis aduer

t ſus radi-

ſus radios aſpiciat. Ita quidem aiunt, inquam. Quam iam me pœnitet: qui non meis exemptis oculis aquilinos inſeruerim, cum huc aſcenderem. Nam nunc ſanè dimidiatus aduenio, neq; omni ex parte ſatis regaliter adornatus: quin magis adſimilis uideor nothis iſtis & abdicatis. Attamen in te eſt, inquit, ut protinus alterũ oculum regalem habeas. Etenim ſi aſſurges, uelisq; cohibita uulturis ala, alteram ſolam mouere: iuxta ꝓportionem alæ, dextro oculo cernes acute: quo minus altero cæcutias, nulla ratione ſuccurri põt: propterea quod ad partem pertineat deteriorẽ. Mihi, inquam, ſatis eſt, ſi uel dextra ex parte aquilino more cernã. Nihilo ẽm fuerit deterius: cum mihi nõ raro uidiſſe uidear fabros altero oculo melius etiam ad regulam exæquantes ligna. Hæc locutus ſimul ea faciebã, quæ præceperat Empedocles: ille interim paulatim ſubducens ſeſe, ſenſim in fumũ euanuit. At ſimulatq; mouiſſem alam, ingens lumen mihi circũfulſit: adeo ut cuncta fierent in conſpicuo, quæ hactenus latuerant. Deflexis igitur in terram oculis, clare uidebã, & urbes, & homines: & quæ fiebãt: neq; ſolum ea quæ ſub dio, uerumetiã quæ domi facibant, ratí ſeſe à nemine uideri. Ptolomæum uidi cũ ſorore rem habentẽ: Lyſimacho ſtruentẽ inſidias filium: Antiochum Seleuci filium, nouercæ Stratonicæ dancum innuentẽ: Theſſalum Alexandrum ab uxore tolli è medio: Antigonũ filij uxorem adulterio ſtuprãtem:

Attalo

Attalo uenenum porrigentem filium. Rursum ex altera parte Arsacen interficientẽ mulierculam: & Arbacẽ eunuchum gladium educentẽ in Arsacen. Porrò Spartinus Medus è conuiuio foras ꝓtrahebatur à satellitibus, calice aureo in frontẽ impacto. Atq; his fermè cõsimilia tum in Libya, tum apud Scythas ac Thraces, in regijs geri licebat cernere. Nempe adulterantes, occidẽtes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidantes: nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidem negocia huiusmodi mihi spectaculũ exhibebant. Cæterum quæ factitabant plebei, longe magis erant ridicula. Siquidem & inter hos uidebam Hermodorũ Epicureum ob mille nummũ peierantẽ: Agathodẽ Stoicum de mercede discipulũ in ius uocantem: Cliniã rhetorẽ ex Aesculapij fano phialam aureã suffurantem: Herophilum Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios cõmemorẽ: qui parietes perfoderent: qui lites agitabant: qui fœnerabant: qui reposcerent? Nam uarium quoddam & undiq; mixtum erat spectaculũ. AMIC. Atqui recte facies Menippe, si ista quoq; retuleris. Cõsentaneũ est enim te ex his non uulgarem cepisse uoluptatem. MENIP. Ne fieri quidẽ potest Amice, ut cuncta ordine recenseam: quum spectare modo ista fuerit difficillimũ: uerum rerum fastigia eiusmodi fermè uidebantur, qualia refert Homerus in clypeo: ubi erãt cõuiuia, nuptiæq;. Altera ex parte iudicia, & concionesi

Rursum alia ex parte sacrificabat quispiam. In ꝓximo uero conspiciebatur aliquis luctum agens. Porrò quũ ad Geticam respicerem, uidebam belligerantes Getas. Rursum ubi ad Scythas deflecterem, cernere erat errãtes in plaustris. Mox ubi paululum in diuersam partẽ deflexissem oculum, spectabam agricolantes Ægyptios. Phœnix scortabatur: Cilix latrocinabatur: Lacon loris cædebatur: Athenienſis causas agebat. Hæc omnia quum eodem tempore gererentur: cogita nũc cuiusmodi uisa fuerit rerum confusio. Non aliter, quàm si quis ꝓducat multos saltatores, uel potius multas choreas: deinde præcipiat, ut omisso concentu propriam quisq; cantionẽ canat: Deinde si certatim canat unusquisq;, & peculiarem suum cantũ absoluere studeat, uociśq; magnitudine uicinum superare contendat: cogita tecum per Iouẽ, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. AMICVS. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. MENIPPVS. Atqui Amice, hoc genus sunt oẽs qui in terris choreas agunt: omniśq; mortalium uita ex huiusmodi constat discrepantia: quippe qui nõ modo sonent absona: uerum & ornatu sint dissimili, diuersiq; moueant: neq; quicq̃ idem cogitent: donec choragus omnes è scæna exigat, negãs diutius choreas ducere oportere. Id ubi factum est, iam omnes sunt inter se similes: taciti, nec amplius confusam illam, & incõpositam canentes cantionem. Verum in uario ipso ac multiformi

tiformi Theatro,uidelicet ridicula erant quæ gerebant omnia:præcipue uero mihi risum mouebant ij,qui de agrorum finibus contendebãt: quiq; sibi placerẽt hoc nomine,quod Sicyoniũ agrum colerent:aut quod Marathonis eam partem haberẽt, quæ est iuxta Oenoen aut quod in Acarnania iugerum mille possiderent. Cũ uniuersa Græcia,quemadmodum id temporis mihi è sublimi despicienti uidebatur,quatuor digitorum spacium habere uideretur. Attica,nisi fallor,proportione, minima pars erat. Itaq; perspexi quid esset reliquum quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos q̃plurimũ agri possidebat,uix unam ex Epicureis atomis colere mihi uidebatur. Cæterum ubi ad Peloponẽsum flexissem oculos:deinde terram Cynosuræ subiectam aspexissem:ueniebat in mentem,pro quãtũ la regione,quæ nihilo esset latior lente Aegyptia,tam ingens Argiuorum ac Lacedæmoniorũ multitudo cecidisset uno die. Porrò si quẽ conspexissem auro superbientem:quod annulos haberet octo, phialas quatuor:magnopere ridebam & hunc. Nam Pangæum uniuersum, unà cum ipsis metallis,uix erat magnitudine micæ. AMICVS. O te felicem Menippe:qui tam nouũ spectaris spectaculum. Sed age dic mihi per Iouem,ciuitates atq; homines ipsi,quanti uidebant,ex alto contemplanti? MENIPPVS. Equidem arbitror te sæpenumero formicarum concionẽ uidisse: Aliquas in orbem

obambulantes:nónullas exeuntes:rurſum has in ciui-
tatem redeuntes. Atq; hæc quidem ſimum exportat:
hæc alicũde raptam fabæ tunicã,aut dimidiatũ frumẽ-
ti granũ currens apportat.Conſentaneũ eſt autem pro
ratione uitæ formicarum, eſſe apud illas & ædium fa-
bros,& cõcionatores,& magiſtratus,& muſicos,& phi-
loſophos.Sed urbes ſanè cum ipſis uiris,formicarũ ni-
dis maxime uidebant adſimiles. Quod ſi tibi uidetur
humilius exemplũ,uiros cum formicarũ republica cõ-
ferre: uetuſtas Theſſalorum fabulas ſpecta. Reperies
enim Myrmidonas,gentem bellicoſiſſimam,è formicis
uiros natos eſſe. Iam poſteaq; ſatis ſpectaſſem omĩa,
ſatiſq; riſiſſem,excuſſi meipſum,ſubuolaui,

Ad reliquos diuos Iouis altitonantis in ædes.

Nondũ ſtadiũ aſcenderã,cum Luna,fœminea ſonans
uoce,Menippe inquit,ita tibi contingant quæ optas.In
ſerui mihi in re quapiam apud Iouem.Dic inquã:neq;
enim erit moleſtum:niſi ſi quid oneris ſit portandum.
Nũcium, inquit, quendam haud grauem,ac petitionẽ
meo nomine Ioui perferes.Enecor Menippe,& multa,
& intoleranda ab iſtis philoſophis audiens. Quibus
præterea nihil eſt negocij,niſi ut curioſi res meas exqui
rant:quæ ſim, quanta ſim: & quam ob cauſam diſſe-
cer,dimidiataq; fiam: curq; utrinq; gibboſa uidear.
Tum hi me dicunt inhabitari:illi ſpeculi ritu,ſupra ma-
re ſuſpenſam eſſe.Alij rurſus,quod quiſq; ſecum excor

gitarint,

gitarint,hoc mihi tribuunt.Postremo,ipsum quoq; lumen aiunt mihi & furtiuum esse,& adulterinū:quodq; superne à sole proficiscatur: neq; finem faciunt: etiam cum hoc qui mihi frater est,cōmittere me,& factionem inter nos serere conantes. Neq; satis erat illis, quæ de ipso dixerunt sole,saxum esse illum,& massam candentem.Et tamen q̄ multarū rerum illis sum conscia:quas noctu patrant,turpissimas & execrādas: cum interdiu tetrici sint,& aspectu uirili, habituq; graues, & imperitorum oculos in se coniectos habentes. Atq; ego cum ista uideam,sileo tamē.Neq; enim decorum arbitror, retegere atq; in lucem efferre nocturnas illas diatribas: & quam quisq; in operto uiuat uitā.Quinetiam si quē conspicerem adulterantē,aut furantē,aut aliud facinus q̄maxime nocturnum audentē: continuo contracta nube tegebam:ne uulgo ostenderē,uiros senes,ea gerē tes,quæ neq; barbæ prolixæ, neq; uirtutis professioni essent decora.At istis,p nihilo est oratione me discerpere, modisq; oibus cōtumelia afficere. Adeo ut,testis est mihi nox ipsa, sæpius in animo habuerim ,q̄ possem hinc longissime demigrare quopiam: ubi liceret curiosam istorū linguam effugere.Hæc igitur memineris,ut Ioui renūcies:simulq; illud addas,ne fieri quidem posse,ut hoc in loco durem: nisi physicos illos comminuat:dialecticis os occludat: Stoam demoliatur: Academiam exurat: quæ in Peripato habentur: diatribis finem impo-

nem imponat. Siquidem ad hunc deniq; modũ fiet, ut mihi paretur quies, desinantq; me quotidie cõmetiri. Fient, inquam, quæ mãdas: simulq; recta ad ipsum cælum tendebam.

Nulli ubi cõparent hominũmue boumue labores.

Etenim paulopost ipsa etiã Luna mihi perpusilla uidebatur è sublimi. Tandem & terram obtexerat. Porrò relicto ad dextram sole, per ipsas uolans stellas, tertio die ad cælum perueni. Ac primũ quidem mihi uisum est, protinus ita ut eram, introire: ratus facile fieri posse ut fallerem: quippe dimidia mei parte aquila. Porrò aquilam sciebam iam olim esse Ioui familiarem. Post apud me perpendebam illos q̃p primum deprehensuros esse me: qui alteram alam uulturinam indutus essem. Quapropter optimum factu ratus, nõ temere uenire in periculum, adiens pulsaui fores. At Mercurius audito pulsu, ac nomen percontatus meũ, festinato abijt, Ioui renunciaturus. Nec multo post, intro sum accersitus, magnopere pauitans ac tremẽs. Offendóq; deos omneis pariter considentes: nec hos absq; solicitudine. Nonnihil enim animos illorũ turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantũ antea, nunc̃q; expectabant futurum, ut mortales omnes mox aduenirent, ad eundem modum alati. Porrò Iuppiter, admodum terribili uultu, toruóq; & Titanico me obtuens, inquit: Quisnã es, & unde uenis? ubi nam urbs tibi: quiue parentes?

Hocubi

Hoc ubi audiſſem, ꝑpemodū metu ſum exanimatus. Attamen conſtiti ſtupidus, præcꝫ uocis magnitudine attonitus. Aliquāto poſt ad me reuerſus, omnia diluci-de expoſui, ab ipſo exorſus capite: Quemadmodū cō-cupiſſem ſublimia illa cognoſcere: Quemadmodū ac-ceſſiſſem ad philoſophos: quemadmodū pugnātia lo-quentes audiſſem: Quemadmodum deſperaſſem, di-ſtractus illorum dictis: Deinde meū inuentum, tum alas, reliquaꝙ omnia, uſqꝫ ad ipſum cælum. Poſt oīa addidi, quæ Luna mandarat. Itaqꝫ ridens Iuppiter ex-porrectis aliquantū ſupercilijs: Quid dicas, inquit, de Zeto & Ephialto: cum auſus ſit & Menippus in cælum aſcendere? At in præſentia quidem, te ad hoſpitij con-ſuetudinem inuitamus. Cras, inquit, ſuper his quorum gratia huc aduenīſti, dato reſpōſo dimittemus: ſimulꝙ cum dicto ſurgens, ibat ad eam cæli partē, unde maxi-me omnia poterant exaudiri. Iam enim tempus erat, ut uotis audiendis conſideret. Atqꝫ interim inter eun-dum, percōtabatur me ſuper his negocijs, quæ eſſent in terra: ac primum quidē illa: Quanti nunc uenit triticum in Græcia: Et num ſuperior hyems grauiter uos tetigit: Et num holera egent hymbre copioſiore. Sub hæc ro-gabat: nūquis adhuc ſupeſſet è Phidiæ genere: Et quā ob cauſam Athenienſes tot annos Iouialia intermiſiſ-ſent: & num in animo haberent Olympium ſuum ab-ſoluere: Et num eſſent comprehenſi, qui templū Dodo

u næum ſa

næum ſacrilegio ſpoliaſſent. Ad ea cum reſpondiſſem: Dic mihi(inquit)Menippe:de me uero quã habẽt homines opinionẽ? Quam,inquam,o here, niſi maxime piam?nimirum omnium deorum regem eſſe te.Ludis tu quidem,inquit.Cæterum ego contentionẽ illorum probe noui:etiam ſi nihil fateare. Siquidem fuit olim tempus,cũ illis & uates eſſe uiderer,& medicus.In ſumma,unus eram omnia. Tum Iouis plenæ erant,& uiæ oẽs, ſimul & mortalium conciones. Piſa ac Dodona ſplendidæ erant,ac conſpiciendæ omnibus. Porrò præ fumo ſacrorum,nec attollere oculos mihi licebat. Verũ poſteaq; Apollo apud Delphos conſtituit oraculum: Aeſculapius medicinæ officinam Pergami: ſimul atq; Bendidiũ natum eſt in Thracia: Anubis templum in Ægypto:Dianæ apud Epheſios: ad iſta quidem cõcurrunt omnes: ſolẽnes conuentus celebrãt: Hecatombas offerunt:mihi uero tanq; ætate defecto,abũde magnũ honorẽ habuiſſe ſe putant:ſi ſolido quinquẽnio ſacrificarint in Olympia. Proinde uideas aras meas frigidiores, quàm ſint uel Platonis leges, uel Chryſippi ſyllogiſmi.Huiuſmodi quæpiam confabulati,in eum perue nimus locum,ubi conſeſſurus erat ad exaudienda uota.Erant autẽ ordine ſitæ feneſtræ, cuiuſmodi ſunt ora puteorũ,habentes opercula:iuxta unamquãq; ſella poſita erat aurea. Itaq; Iuppiter cum ad primam aſſediſſet,detracto operculo, præbuit ſeſe petentibus. Optabant autem

bant autem ex omni undiq; terra, diuersa, uariáq;. Nã ipse quoq; admotis pariter auribus, simul audiebã uota. Erant autem huiusmodi. O Iuppiter, cõtingat mihi regnum. O Iuppiter, cõtingat cepas & allia mihi prouenire. O Iuppiter, utinam pater mihi breui moriatur. Rursum alius aliquis dicit: Vtinam existã hæres uxoris. Vtinam nemo rescisat me struxisse insidias fratri. Contingat mihi uincere litem, coronari Olympia. Porrò ex his qui nauigabant, hic optabat ut spiraret Boreas, ille ut Notus: Agricola optabat pluuiam, contra fullo solem. At Iuppiter audiens, & singula uota diligẽter expendens, non omnibus pollicebatur.

Verum hoc cõcessit Saturnius, abnuit illud. Nam iusta uota per os fenestræ sursum admittebat, admissa ad dextram statuens. Rursus iniqua remittebat irrita, flatu deorsum redigens: ne possint ad cælum accedere. Super uno quodam uoto uidebam illũ etiã ambigentem. Etenim cum essent duo, qui diuersa petentes æquales uictimas pollicitãtes: nõ inueniebat utri potius annueret. Itaq; iam Academicon illud illi accidebat, ut nihil statuere posset. Verũ exemplo Pyrrhonis suspensus hærebat etiam, ac cõsyderabat. Porrò cũ iam satis uota proponẽtibus dedisset operam: ad proximam digressus sellam, & ad secundã fenestram: pro rio capite fœdera feriẽtibus, ac iurantibus dabat operã. Vbi his quoq; tesponsum esset, ac Hermodorũ Epicu-

reum fulmine cõminuisset: ad proximam deinde sellã sese transtulit, de diuinationibus omnibus & auguriis auditurus. Hinc ad sacrificiorũ fenestram transijt: per quod fumus ascendens, denunciabat Ioui nomen uniuscuiusq, qui rem diuinã faceret. Rursum omissis his, uentis & horis mandabat, quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito: apud Libyes fulgurato: apud Græcos ningito. At tu Borea spira in Lydia. Tu Note quiesce. Zephyrus Adriani undas concitet. Tũ in Cappadociã grandinis mille modij dispergant. Tandem omnibus fermè ordinatis, discedebamus in eũ locũ ubi cõpotant dij. Iam enim cœnæ tempus erat. Méq; Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Panem, & Corybãtes, & Attim, ac Sabarium: inquilinos istos & ancipites deos. Interea panem exhibebat Ceres: Bacchus uinum: Hercules carnes: Myrtum Venus: Neptunus Menides: simul interim & ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, ut est hominum amans, siquando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum unum, nõnunq; etiam duos mihi infundebat. Dij uero, quemadmodũ alicubi dixit Homerus, & ipe opinor, ut ego illic cõspicatus, neq; frumentum edunt, neq; potant nigrantia uina: uerum ambrosiam apponũt, & nectare inebriant: præcipue uero gaudent uesci sacrificiorum fumo, unà cum ipso nidore: subuolante ad hæc sanguine uictimarum: quẽ sacrificantes

ficãtes aris infundũt. Cæterũ inter cœnandũ, & Apollo cithara canebat, & Silenus Cordacẽ saltabat, & Musæ surgentes in medium, tum Hesiodi Theogonias nobis canebant: tum primã ex Pindaricis hymnis odam: deinde omniũ saturi requieuimus, quo quisq; sederamus loco, satis uuidi potu.

At reliqui noctem diuiq;, hominesq; per omnem
Dormibant: me nequaq; sopor altus habebat.

Verum mecũ animo uersabam cũ alia permulta, tum illa præcipue: qui fieret, ut Apollini tanto iam tempore non proueniret barba: aut quo pacto nasceretur nix in cælo, quum sol semper adesset, unaq; conuiuium agitaret. Ac tum quidem pusillum obdormiĳ: mane uero surgens Iuppiter, iussit indici concionẽ: mox quũ adessent omnes, sic farier infit: Vti uos conuocarem, in causa fuit hospes hic, qui heri aduenit: uerum quum alioqui iam olim mihi fuerit animus cõmunicare uobiscum de philosophis, maximeq; uero à luna, hisq; de quibus illa queritur cõmotus: statui haudquaq; diutius prorogare consultationẽ. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in uita fluitare cœpit, iners, contentiosum, gloriæ auidũ, iracundũ, gulæ studiosum, stultũ, fastuosum, contumelioſum: & ut uerbis Homericis dicam,

Telluris inutile pondus.

Isti igitur in sectas diuisi, ac uariis rationũ labyrinthis excogitatis, alĳ sese Stoicos appellãt: Academicos alĳ:

alij Epicureos: alij Peripateticos: aliis itē uocabulis, his multo magis ridiculis. Deinde ubi uenerandū illud uir tutis nomen induerint: tum adductis in altum supercilijs, promissaq; barba, fucato habitu obambulant, detestandos mores secum circūferentes: similimi nimirū istis Tragœdiarū histrionibus: quibus si personas, stolamq; illam auro sparsam detraxeris: quod supereſt, id ridiculum est: nempe homuncuius septem denarijs ad agonem conductus. Atqui huiusmodi quum sint, mortales quidem uniuersos aspernant: de diis uero absurda prædicant: contractisq; cœtibus adolescentulorum, quos nihil negocij sit fallere, nobilem illā uirtutē ostentant: & uerborum ambiguitates docēt: atq; apud discipulos temperantiā semper ac modestiam laudāt: opes ac uoluptatē execrantur: cæterum ubi soli & apud sese esse cœperint: quid attinet dicere, quantopere sese ingurgitēt: q̄ immodici sint ad Venerē: quemadmodū aūt etiā assium sordes oblingant: Iam illud est omniū grauissimū: quod cum ipsi nihil agant, neq; publicum, neq; priuatum: sed inutiles ac desperuacanei desideāt:

Nusq; in consilijs, nusq; numerent in armis.

Tamen reliquos accusant: ac uirulentis quibusdam dictis cōgerentes, neq; non maledicta quædam meditati, obiurgant: proximisq; conuitiantur. Adeo ut is inter hos primas tenere uideat, qui clamosissimus sit, & impudentissimus, & ad maledicendum audacissimus. At

sanè

sanè si quis istum sine fine ista facientem, uociferantē, & cæteros incusantem percontetur, ad hunc modum: Tu uero quid tandē facis? Aut quid per deos dicemus te ad uitam conferre? Nimirum respondebit, si modo recta uerāq; fateri uolet, hoc modo: Nauigare quidem, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquā aggredi, superuacaneum mihi uidetur. Cæterū damo, squaleo, frigida lauo: incalceatus per hyemē obambulo: ac ueluti Momus ille, quæ ab alijs geruntᵉ, calumnior. Ac si quis diuitum sumptuosius opsonarit, aut amicā habeat: id exquiro, atq; indignor. Quod si amicorū quispiam aut sodalium, morbo decumbat, curāq; & obsequio egeat: id ignoro. Hoc genus sunt nobis odij hæ pecudes. Iam uero qui ex his uocantur Epicurei, uehementer sunt etiam contumelioſi: neq; mediocriter nos mordent: affirmantes neq; dijs esse curæ res mortaliū, neq; omnino cōsyderari à nobis quid apud illos agat. Quasobres tempus est, ut de his cōsultemus: ꝓpterea quod si semel ualeant hæc persuadere ijs, qui sunt in uita, nō mediocriter furietis. Quis enim post uobis rem diuinam faciat, cum nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus Luna hos accusat, omnes audistis heri narrantem hospitem. Super his consultate, quæ pariter & hominibus sint q̄utilissima, & nobis q̄minime periculosa. Hæc locuto Ioue, frequens adfremebat concio: mox damatū est ab omnibus: effulmina, exure, cō-

minue: in

minue: in barathrum, in tartarum: uti gigantes. At Iuppiter rursum indicto silētio, fient ista, inquit, quemadmodum uultis. Omnes cōminuentur cum ipsa sua dialectica. Quanq; in præsentia sanè fas non est punire quenq;. Est em̄ Hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos mēses. Iamq; inducias promulgaui. Itaq; proximo anno, ineunte uere, mali male perdentur formidādo fulmine.

Sic ait, atq; supercilijs pater annuit atris.

Porrò de Menippo hæc mihi uidentur, inquit: ut adeptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimisit cœtum. Me uero Cyllenius dextra aure suspensum, heri circiter uesperam deposuit in Ceramico. Audisti omnia: omnia inquā Amice, quæ è cælo mecum adfero. Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philosophis in Pœcila inambulantibus.

ICAROMENIPPI FINIS,
DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

REVERENDO PA

TRI AC DOMINO, D. RICARDO EPISCO PO VVINTONIENSI, ERASMVS ROTE RODAMVS, S. P. D.

PRISCORVM usq; sæculis mos hic in hæc nostra tempora deductus est amplissime pater: ut calẽdis Ianuarijs principe ineuntis anni die, munuscula quæpiam mittitentur: quæ nescio quid lætioris omnis afferre creduntur: tum ijs ad quos abeunt: tum illis ad quos redeũt. Itaq; quum ego dispicerẽ ecquid tandẽ muneris à nobis iret ad tantũ patronũ, ad tam potentẽ amicũ: neq; quicq; in mea reperirem supellectile, præter meras chartulas: profecto charticeam strenã mittere sum coactus: cq; quid aliud potius mitti conueniebat ab homine studioso, ad Præsulem omnibus quidẽ fortunæ muneribus magnificentissime cumulatum: sed qui uirtutem, uirtutisq; comites, honestas literas, infinitis calculis anteponat: quicq; tanq; contemptim, penéq; dixerim inuitus fortunæ dona admittat: cõtra animi bonis quũ sit opulentissimus, tamen semper magis ac magis cupiat ditescere: Porrò nostrũ hoc munusculum: si nulla alia licet: saltem Terentiani Parmenonis exemplo, hoc nomine cõmendabimus: quod non ex Æthiopia, uerum è Samosata

mosata: usq; Commagenorum urbe sit profectum. Est autẽ dialogus Luciani: cui titulus Toxaris, siue de amicitia: quem nos paucis hisce diebus latinũ fecimus. Qui quidem (uti spero) nõ omnino futurus est ingratus tuæ excellentiæ: uel ob id, quod amicitiã prædicat: rem adeo sanctam, ut barbarissimis etiã nationibus olim fuerit ueneranda: Nunc Christianis usq; adeo in desuetudinem abijt: ut non dicam uestigia, sed ne nomẽ quidem ipsum extet: quũ nihil aliud sit Christianismus, quàm uera, perfecta q; amicitia: quàm cõmori Christo: quàm uiuere in Christo: quàm unum corpus, una anima esse cum Christo: hominum inter ipsos talis quædam communio, qualis est membrorum inter se corporis. Nec minus tamẽ iucundus, quàm frugifer futurus est: si quis modo decorum obseruet, quod in personis situm est. Nam Mnesippi Græci sermo, quàm totus Græcanicũ quiddam sapit: comis, facetus, festiuus: contra Toxaridis Scythæ oratio, quàm tota Scythicum quiddam spirat: simplex, incondita, aspera, sædula, seria, fortis. Quin etiam dictionis discrimẽ, quasi q; diuersum filum à Luciano de industria affectatum, pro nostra uirili referre curauimus. Hanc igitur qualẽcunq; diẽtuli tui strenulã amplissime Præsul, felicibus auspicijs accipe. Et Erasmũ sicuti iampridem facis, amare, ornare, iuuare perge.
Vale Londini, Calendis Ianuarijs. M. D. VI.

Toxaris.

TOXARIS SIVE

AMICITIA, DIALOGVS LVCIANI, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

Interlocutores, MNESIPPVS GRAECVS, TOXARIS SCYTHA.

MNESIPPVS.

VIDIS Toxaris? Sacrificatis Oresti ac Pyladi uos Scythæ: deosq; esse illos creditis? TOXARIS. Sacrificamus Mnesippe: sacrificamq; inquam: haud tamen deos esse arbitrati, sed uiros bonos. MNES. An uero mos apud uos, etiam bonis uiris posteaq; uita defuncti sint, pinde ut diis sacra facere? TOXA. Non istuc modo: uerum eosdem festis diebus ac celebribus cõuentibus honoramus. MNES. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neq; enim quo beneuolentiam illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis, quũ iã sint mortui. TOXA. Nihil officiat fortassis, si & eos qui mortui sunt, propitios haberemus: q̃q̃ nõ ob id tantũ hæc facimus: quin magis existimamus nos

rem uehementer conducibilem: & his qui in uita sunt esse facturos: si præstantiũ uirorum memoriã celebremus: honoremq; habeamus ijs, qui uita defuncti sunt. Siquidem hac ratione futurum arbitramur: ut multi apud nos illorum similes euadere cupiant. MNES. Ista quidem recte iudicatis: at Pyladem atq; Orestem quo nomine potissimũ suspexistis, ut dijs eos æquaueritis: idq; adeo, quum hospites uobis essent: uel, quod grauius, hostes? Quippe posteaq; naufragio eiecti ab ijs, qui tum Scythiam incolebant, essent cõprehensi, abducticq;: ut Dianæ immolarentur: adorti carcerarios: neq; non oppressis excubijs, & regem trucidarunt: & assumpta sacerdote, quin ipsa quoq; Diana sublata, nauigio sese proripuerũt, irrisa publica Scytharum lege. Quod si ob istiusmodi facta honorem habetis uiris: facile adduci fueritis, ut multos illorum similes reddatis. Iamq; ipsi ab hoc die usq; ad prisca illa respicite: num uobis expedierit multos in Scythiã Orestes ac Pylades appellere. Nam mihi quidem isto pacto mox futurũ uidetur, ut religionis ac deorum expertes reddamini: dijs qui reliqui sunt, ad eũdem modum è regione uestra in exiliũ ablegatis: postea, opinor, deorum omnium uice uiros, qui illos eiectum uenerant, diuinitate donabitis: & qui sacrilegi in uos fuerũt, ijs tanq; dijs sacrificabitis. Quod si nequaq; horum gratia Orestem ac Pylademcolitis, sed aliud quippiã Toxaris in uos beneficij contulerũt:

qua

qua gratia quũ olim nõ esse deos iudicaueritis: nũc è regione, sacra illis faciẽtes, deos esse decreuistis: Et qui tũ patũ aberant ut uictimæ fierent: ijs nũc uictimas offertis: Enimuero ridicula uideantur ista: & quum his quæ quondam statueratis pugnantia. TOXA. Et ista quidẽ Mnesippe præclara sunt uirorũ illorum facinora, quæ cõmemorasti: uidelicet duo cum essent, tam ingentẽ ausum audere: ut tam procul à sua patria profecti, mare transmitterent: Græcis ad id usq; temporis intactum: nisi solis ijs, qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: nihil expauefacti: neq; fabulas, quæ de illo feruntur: neq; appellationẽ ueriti, quod inhospitum uocare tur: uidelicet, opinor, quod feræ undiq; gẽtes accolerẽt. Deinde quũ iam capti essent, usq; adeo strenue sese gesserint: neq; sat habuerint, si tantũ incolumes euaderẽt: nisi & à rege acceptam contumeliã ulti, & Diana sublata abnauigassent. Quid? An nõ admirãda hæc: & quæ diuino quodã honore digna iudicent, quicquid est hominum, qui uirtutem suspiciunt? Quanq; non ista spectantes in Oreste ac Pylade, pro heroibus illos habemus. MNES. Atqui iam dices: quidnã præter ista suspiciendum patrarint, atq; diuinum? Nam quantũ ad nauigationem & peregrinationẽ attinet: non paucos profecto diuiniores istis ostẽdero negociatores: atq; inter hos præcipuos Phœnices: qui non in Pontum, neq; ad Mæotiden usq;, aut Bosphorũ tantum enauigãt: uerũ

quaqua uersus, Græcũ ac Barbarũ mare permetiũtur. Hi siquidem oẽm oram, & omne littus (ut ita dixerim) perscrutati in annos singulos, extremo demũ autũno in suam patriam reuertuntur: quos scilicet ad eandẽ rationem pro diijs habeto: idq; etiamsi complures illorũ caupones ac salsamẽtarios esse reperies. TOXA. Audi nunc, o uir admirãde, consyderáq; quanto nos, qui barbari uocamur, rectius uobis de bonis uiris sentiamus. Siquidem in Argo atq; Mycenis ne sepulchrũ quidem ullum insigne uidere est Orestis ac Pyladis: apud nos uero & templũ ostenditur, ambobus illis cõmuniter sacrum (ita ut par erat amicis) & hostiæ offeruntur: reliquusq; omnis honos. Porrò quod hospites erant, non Scythæ: id uero nihil obstat, quo minus boni uiri iudicentur: neq; enim perpẽdimus cuiates sint uiri honesti ac probi: neq; inuidemus, si cũ amici nõ fuerint, res egregias gesserunt. Quin magis admirantes ea quæ patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod autẽ potissimũ stupentes in illis uiris efferimus, illud est: quod nobis uisi sunt amici inter sese lõge optimi extitisse: atq; aliijs exemplo fuisse, quasiq; legem statuisse, quemadmodum oportet amicos omnẽ inter se cõmunicare fortunam, curariq; à Scythis: qui quidẽ essent præstantissimi. Itaq; quæcunq; alter cũ altero, uel alter pro altero tulit: ea maiores nostri descripta in columna ærea reposuerunt in templo Orestis: ac leges statuerunt

uerunt,ut ea colũna prima eſſet inſtitutio diſciplináq; liberis ſuis:ſi meminiſſent, quæ in illa eſſent adſcripta. Itaq; penè patris quiſq; ſui nomen citius obliuiſceret, q̃ res geſtas Oreſtis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcũq; in columna notãtur,priſcorum picturis adumbrata uiſuntur. Nempe Oreſtes unà cum amico nauigãs, deinde fracta inter abruptas cautes ipſorũ naue comprehenſus,& ad uictimã adornatus:iamq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerſo uero in altero pariete idem iam uinculis exutus depictus eſt,ac Thoantem occidens,multosq; ex Scythis alios. Poſtremo ſoluẽtes,abducta Iphigenia ac dea. Porrò Scythæ fruſtra ſcapham adoriuntur iam nantem:hærentes gubernaculis,ac conſcendere conantes. Deinde re fruſtra tentata:alij quidem ex eis ſaucij: alij uero eius rei metu compulſi:natatu ſemet in ſolum recipiũt:ubi uel maxime liceat perſpicere,quantã alter in alterum beneuolentiam præſtiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor utrũq; de hoſtibus in ſemet ruentibus ſecurũ:propellentem autem eos,qui in alterũ feruntur,ac præ illo iaculis occurrere conantem:pro nihilóq; ducẽtem,ſi intereat ipſe:modo ſeruet amicum:uel ſuo ipſius corpore præueniens,excipiensq; ictus in illum intentos. Iam uero tantam illorũ beneuolentiã, atq; in rebus triſtibus cõmunionem,fidem, humanitatem, ueritatem:denicq; conſtantiam alterius in alterũ amoris: hæc haudquaq; humana

humana putauimus esse: uerum animi cuiusdam præ-
stantioris, q̃ pro more uulgarium istorũ mortaliũ: qui
donec secundis uentis nauigatur, amicis indignantur:
nisi ex æquo participes fiant rerum lætarũ: quod si uel
paululum eis uenti reflare cœperint, aufugiũt: solos in
periculis deserentes. Enimuero ut & illud noueris: nihil
amicitia melius arbitrãtur Scythæ: neq; est in quo Scy
tha magis glorietur, q̃ in adiutãdis amicis, cõmunican
disq; rebus acerbis: quẽadmodũ neq; probrum apud
nos maius ullum, q̃ amicitiæ desertorẽ uideri. Has ob
res Orestem ac Pyladem ueneramur, quod præstantes
extiterint in Scytharum uirtutibus, atq; in amicitia præ
cellentes: id quod nos omniũ maxime admiramur. Ap
pellationem quoq; ex his illorum factis imposuimus,
ut Coraci uocentur: quod quidem nostra in lingua per
inde sonat, ac siquis dicat, dij amicitiæ præsides. MNES.
Hui Toxaris: profecto non arcu modo ualuerunt Scy-
thæ, bellicisq; in rebus cæteris antecelluerunt: uerum ui
dentur & ad orandũ, persuadendumq; omniũ aptissi-
mi: unde mihi quũ dudum secus uideretur, nũc eidem
merito fecisse uidemini: qui sic Orestem ac Pyladem in
deorum numerum retuleritis. Verum illud me fugerat
uir optime, quod pictor quoq; bonus esses. Admodũ
em̃ euidẽter ostendisti nobis, quæ sunt in Orestis tem
plo: picturas, pugnamq; uirorũ, alteriq; p altero susce-
pta uulnera. Tametsi nõ putaram amicitiam usq; adeo

cultam

cultam fuisse quondã apud Scythas: magis autẽ quod barbari essent, atq; agrestes: simultate q̃dẽ, ira, rabiéq; perpetuo cõmitti: amicitiã uero, ne in familiarissimos quidem exercere solitos: idq; coniiciens, quum ex aliis quæ de illis audimus: tum ex hoc, quod progenitores suos uita defunctos deuorãt. TOXA. An nos Græcis quũ aliis in rebus, tum in his quæ ad parentũ attinent cultum, sanctiores, magisq; pĩi simus, in præsentiarum haudquaq; contenderim. Quod autẽ nostrates amici longe fideliores sint amicis Græcis: quodq; amicitiæ ratio maior apud nos, q̃ apud uos: haud difficile fuerit docere. Ac p̃ deos Græcorũ, ne tibi molestũ sit audire: si quæ pspexi dixero, multũ iã tẽporis apud uos uersatus: uos em̃ mihi uidemini præclarius cæteris de amicitia uerba posse facere: uim uero factáq; illi⁹, adeo nõ solum ꝓ sermonũ dignitate non exercere: ut sat uobis sit prædicare eã: & quãtũ sit bonũ, ostẽdere. At ubi usu uenit: deficiẽtes à sermonibus, nescio q̃modo è medio negocio aufugitis. Cæterũ quũ Tragœdi in scænã ꝓgressi, istiusmodi amicitias uobis representãt: pleriq; laudatis atq; applauditis: ac pro se mutuo periclitãtibus illis illachrymatis: ipsi uero nihil dignũ laude ꝓ amicis præstare audetis. Quin siquãdo forte accidat, ut egeat amicus: ibi ꝓtinus nõ secus atq; insomnia, procul auolãtes euanescunt uobis multæ illæ tragœdiæ: uosq; similes relinquunt inanibus istis, ac mutis personis: quæ diducto ri-

ctu,atq; immane hiantes:ne minimũ quidẽ loquũtur. At nos ediuerſo,quo ſumus in dicendo de amicitia poſteriores, hoc in præſtanda ea præcedimus. Quare ſi uidetur,ita in præſentiarũ agamus:priſcos illos amicos ualere ſinamus:ſiquos uel nos,uel uos ex his,qui olim fuere,recenſere ualemus:quãdo iſta quidem parte uos nimirum ſuperaueritis, compluribus ac grauibus adductis teſtibus:nẽpe Poetis, q Achillis & Patrocli amicitiã,tum Theſei Perithoiq;, neq; nõ aliorũ neceſſitudinem,pulcherrimis uerſibus carminibuſq; cõtexuerũt. Quin paucos quoſdã in mediũ adferamus,ex his,q noſtra ipſorum memoria fuerint:atq; eorũ res geſtas exponamus:Ego quidem Scythicas,tu uero Græcanicas. Et in his uter ſuperarit: melioráq; produxerit amicorũ exempla:is & uictor eſto:ac ſuam ipſius uictoriam promulgato:tanq; qui pulcherrimũ honeſtiſſimumq; certamen decertarit:adeo ut ego quidẽ non paulo malim mihi in ſingulari uicto certamine dextram amputari, (nam ea eſt apud Scythas uicto pœna) q; in amicitia quopiã inferior iudicari:præſertim Græco,ipſe Scytha quũ ſim. MNES. Quanq; eſt haud mediocris negocij, cum uiro,ita ut tu es,bellatore,ſingulari certamine congredi:tum admodum inſtructo miſſilibus ac penetralibus narrationibus:haud tamẽ uſq;adeo ignauiter,tam cito uniuerſam deſerens Græciam,tibi ceſſero. Etenim uehementer abſurdum fuerit:quũ duo illi tantum uicerint

rint Scytharũ, quantũ fuisse declarãt tum fabulæ, tũ uetustæ uestræ picturæ, quas pauloante scite admodũ repræsentabas: Græcos omnis tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente uinci abs te. Nam istuc si fiat: non dextram, quemadmodũ apud uos solet, sed linguã exerari conueniat. Sed utrum spectare nos oportet: numerũne eorũ, quæ amice quis gesserit: an magis quo plures alteruter amicos referre poterit, hoc uictoria dignior uidebitur? TOXA. Nequaq̃: imo nõ multitudine uis horum spectetur: uerum siquæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, uideantur præstantiora, magisq; penetrãtia: tum nimirũ etiam si numero paria sint opportuniora, magisq; letalia mihi faciẽt uulnera: Ac penè memet ad ictus accõmodabo. MNES. Probe loqueris. Statuamus igit' quot erũt satis. TOXA. Mihi quidẽ satis fore uidetur, si uterq; quinq; narret exẽpla. MNES. Itidem mihi uidetur: ac prior dicito: uerum adiuratus, nimirum non nisi uera dicturum: alioqui fingere eiusmodi, nõ admodum fuerit difficile: palam autẽ refelli non queant. Porrò si iuraris, nefas sit non habere fidem. TOXA. Iurabimus, siquid etiam iureiurãdo opus esse censes. MNES. At quis tibi è dijs nostratibus, num satisfaciat Iuppiter Philius? TOXA. Et maxime. Ego quoq; tibi nostratẽ iurabo, meapte in linuga. MNES. Testis igitur esto Iuppiter Philius, quæcunq; dicturus sum apud te: ea nimirum uel quæ uiderim ipse, uel quæ ab alijs, quoad fieri

potuit, diligentissime perceperim, narraturum: nihil ex meipso cõminiscentẽ, alleuantemq;. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæq; amicitiã referam: quæ apud Ionas est celebratissima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem uixit: uir in amicitia quidem præcipuus, ita ut re declarauit: cæterũ reliquis in rebus uulgo Samiorũ nihilo præstãtior, neq; genere, neq; cæteris item opibus. Huic cum Dinia Ephesio, Lysionis filio, amicitia à puero interceſſerat. Porrò Dinias supra modum ditatus est: & quemadmodũ solent ij, qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum habebat, satis quidem idoneos illos, & ad compotandum, & ad uoluptariam consuetudinem: ab amicitia uero longe alienissimos. Atq; inter hos interim habebat Agathocles: cõuiuebatq; & compotabat illis: non admodũ approbans eam uiuendi rationem. Dinias autẽ nihilo hunc potiorem habebat, q̃ cæteros adulatores. Tandẽ etiam offendere cœpit, crebrius obiurgans: molestusq; uidebatur: quippe qui admoneret eum maiorum: præciperetq; ut seruaret, quæ multo labore parta, pater illi reliquisset: adeo ut ob hæc ne ad comessationes quidẽ illum deinceps adhiberet, sed solus cum illis comessaretur, celare cupiẽs Agathoclem. Demum ab assentatoribus illis misero persuasum est: quod adamaret à Charidæa Demonactis uxore, uiri illustris, atq; inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à

muliere

muliere ad illũ uentitabant:& ſerta ſemimarcida,& ma la quædam admorſa:deniq; quicquid ad hæc lenæ ma chinantur in adoleſcentes:quo paulatim illis amorẽ ar tibus quibuſdam inſerant:primumq; hac incendãt opi nione,quod ſeſe credant amari. Nam plurimũ illicit & hoc, præſertim eos, qui ſibi formoſi uidentur: donec imprudẽtes in caſſes inciderint. Erat autem Charidæa urbana quidem & elegãs muliercula,at ſupra modum meretricia:ſemperq; illius quicũq; forte adiſſet,etiam ſiquis admodum leuiter concupiuiſſet:quin ſi uel aſpe xiſſes duntaxat,protinus adnuebat:nec ullo pacto me/ tuendum erat,ne quando recuſaret Charidæa:admira bilis autem alioqui artifex:quauisq; meretrice doctior, allicere amatorem:& ambiguus quũ adhuc eſſet, totũ ſubigere:at quum iam teneretur,incitare:ac magis ma gisq; accendere:nunc ira,nunc blandimentis:ac mox fa ſtidio:deinde iniecta ſuſpicione,quaſi ad alium ſeſe de flexura eſſet: poſtremo omni ex parte egregie docta erat mulier,& abſoluta,artibusq; omnigenis in aman tes inſtructa. Hanc igitur tum Diniæ adulatores accer ſiuerant in adoleſcentulum:multaq; adſimulabãt, quo eum in amorem Charidææ impellerẽt. Illa porrò quæ compluris iã adoleſcentes iugularat, & innumerabiles amores fuerat mentita, domosq; opulentas euerterat: uarium quoddã,atq; inexpugnabile malum:ubi nacta manibus eſt ſimplicem,& huiuſmodi artium imperitũ

adoleſcẽtulũ: haudquaq̃ admittebat ex unguibus: ſed undiq; oppugnãs, tentansq; ubi iam omniũ eſſet compos: tum ipſa dum captat, capta perijt: dum infelici Diniæ innumerabiliũ malorum extitit cauſa. Nam primũ quidẽ ſtatim literulas illas ad illum dat: ac ſubinde miſſitat ancillulam, quæ renũciaret ut fleret, ut uigilaret: poſtremo ut miſera præ amore ſuffocatura eſſet ſeſe. Donec iam beatus ille perſuaſus, ſibi formoſus eſſe uideretur: atq; Epheſiorũ uxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tandem in cõgreſſum adductus eſt multis precibus exoratus. Et ex eo quidẽ tẽpore facilis iam erat cõiectura, fore ut caperet à muliere formoſa: ad uoluptatem congredi docta: & in loco flere: & inter loquendũ miſerabiliter ſuſpirare: & iam abeuntẽ amplecti: & adeunti obuiã occurrere: & formã colere ſic ut maxime placitura eſſet: interdũ uel uoce, uel cithara canere: quibus oñibus in Diniã uſa eſt. At ubi ſenſit excruciari, iamq; amore illaqueatum, ac ſubiugum eſſe factum: aliud ad hæc excogitat, quo miſerum ſubuertat: grauidam ſe ex eo ſimulat (nam hoc quoq; efficax ad magis ac magis inflammandũ ſtultum amantem) Neq; poſtea cõmeabat ad illum, affirmans à uiro obſeruari ſeſe: qui iam amorem perſenſiſſet. Hic uero rem iam non ultra ferre potis erat: neq; durare quibat: quum illam non aſpiceret: ſed lachrymabatur, adulatoreſq; ad ſeſe accerſebat: ac Charidææ nomẽ inclamabat: imagineq; illius amplexus

plexus(candido enim lapide fecerat)eiulabat.Demum in limine abijciens ſeſe iactabatur:planéq; res extremæ dementiæ ſpeciem obtinebat. Siquidem munera reddita ſunt mulieri:non pro malorum aut corollarũ precio:ſed ſolidæ domus, agri, famulæ, ueſtes florulentæ, auri quãtum optaret.Quid multa? Breui Lyſionis domus antea inter Iones nobiliſſima exhauſta eſt, atq; exinanita.Deinde ubi iam exuccus eſſet:eo relicto,aliũ quempiam adoleſcentulum Cretenſem,bene nummatum uenata eſt,illicq; ſubſtituit. Iam uidelicet illũ adamabat:atq; is quidẽ credebat. Itaq; Dinias neglectus non à Charidæa modo, uerũetiam ab aſſentatoribus (nam iſti quoq; ad Cretenſem amatorem iam deſciuerant)abit ad Agathodem:iampridem non inſcium, q̃ illi res miſere haberent. Ac pudeſcens quidem initio,tamen expoſuit omnia:amorem, egeſtatem, arrogãtiam mulieris,riualem Cretenſem:in ſumma,non uicturum ſeſe,niſi cum Charidæa conſuetudinem haberet. Ille uero intempeſtiuũ eſſe ratus id temporis exprobrare Diniæ,quapropter ex amicis unum ſeſe nõ admiſiſſet,ſed tum quidẽ aſſentatores ſuos ſibi antepoſuiſſet: diuendita,quam unã habebat in Samo,domo paterna, precium illi attulit talẽta tria. Quæ ſimulatq; recepiſſet Dinias:haud clam erat Charidææ: rurſus ſubito formoſus factus:rurſus ancilla & literulæ,& expoſtulatio,qd iam diu ſeſe nõ adijſſet,cõcurrerũt. Item adulatores ap

plauden-

plaudentes, ut uiderunt Diniæ adhuc esse quod daret: cum autem pollicitus esset sese uenturum ad illam: uenissetq; primo ferè somno: essetq; int⁹ Demonax Charidæ maritus: siue quod alioqui persenserat: siue de cō posito, proditionéq; uxoris (nam utrūq; fertur) exiliens uelut ex insidijs, & atriū iubet occludere, & Diniā comprehendi: ignem ac flagra minitans: neq; nō gladium tanq; in mœchum educens. Ille porrò reputans quibus in malis esset: uecte quopiā de proximo, ut iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tempus adigens: tum Charidæam: atq; hanc quidem nō ictu uno, uerumetiam & uecte sæpius, & postea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti stabant, rei noui tate attoniti. Deinde comprehendere conati: quum in hos quoq; ferro insiliret: ipsi quidē aufugerūt. Dinias autem clam sese subduxit, tanto patrato facinore. Et ad auroram usq; apud Agathodē diuersabatur: pariterq; & quæ facta essent reputabant: & quid in posterū esset euenturū, consyderabāt. Vt autē diluxit, milites aderāt: (iam enim res erat diuulgata) cōprehēsumq; Diniam, nec hunc iam inficiantem homicidiū, abducunt ad præfectum: qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eū ad Persarum regem remittit: nec ita multo post relegatus est Dinias in Giaron insulā ex Cydadibus unam, dānatus a Rege: ut in ea, quoad uiueret, exularet. Agathocles aūt cum reliquis in rebus nunq; abfuerat: tum

pariter

pariter ſoluit in Italiam: & amicorũ ſolus unà eſt in iudiciũ comitatus: necꝙ uſcꝙ defuit officio. Porrò ubi iam in exiliũ profectus eſt Dinias: ne tum quidẽ deſertus eſt ab amico. Quinpotius ipſe ſuapte ſpõte damnatus, uerſabatur in Giaro: ſimulcꝙ cum illo exulẽ agebat. At quum iam rerum neceſſariarum omniũ inopia laborarent: locãs ſeipſum purpurarijs, unà cum alijs urinabat: quodcꝙ hinc partum eſt referẽs, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutiſſime inſeruiuit: & ubi uita defunctus eſt, noluit uncꝙ in patriam reuerti: uerum inibi perſeuerauit in inſula: pudori ſibi fore ratus, ſi uel mortuũ amicum deſeruiſſet. Hoc tibi Græci factũ amici retulerim: quod quidem nõ ita pridem accidit: haud enim ſcio an anni quincꝙ præterierint, quod Agathodes in Giaro mortem obijt. TOXA. At utinam iniuratus iſta Mneſippe dixiſſes: uidelicet quo mihi fas eſſet, eis non habere fidem. Adeo Scythicum quendam amicum Agathodem iſtum deſcripſiſti, quin uereor ne quẽ & alium iſti ſimilem narres. MNES. Audi iam & alium Toxari, Euthydicũ Chalcidenſem. Retulit autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarẽſis: adiurans profecto ſe teſtem factam eſſe. Aiebat enim nauigauiſſe ſeſe ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occaſum: collecticios quoſdam homines uehentem: in his fuiſſe Euthidicũ, unácꝙ cum hoc Damonem Chalcidenſem, eiuſdem amicum. At natu quidem eos æqualeis fuiſſe: uerũ Euthydicũ,

ualentem, robuſtumq; : Damonem contra, ſuppallidum atq; ualetudinarium: quaſi qui nuper (ut apparebat) ex diuturno morbo reualuiſſet. Itaq; ad Siciliam uſq; feliciter aiebat Simylus nauigaſſe ipſos. Cæterum ubi tranſmiſſo freto, in ipſo iã Ionio mari nauigarent, tempeſtatem maximã eis incubuiſſe. Quid autem attinet multa referre: immaneis quaſdã procellas ac ſinuoſas, tum grãdines, & ſi quæ alia tẽpeſtatis mala? Vtuero iã haud procul abeſſent à Zacyntho, nuda nauigantes antemna: præterea & funes quoſdã trahentes, quo nimirum uim, impetumq; fluctus exciperẽt: circiter noctis medium, Damonẽ, qui in tanta iactatione nauſearet, uomuiſſe in mare propendentẽ. Deinde, ut cõijcio, naue uehementius in eam partem, in quã ille propendebat, inclinata: ſimulq; ꝓpellente fluctu: excidiſſe eũ prono capite in pelagus: neq; nudum tamẽ uidelicet, ut miſero uel natare cõmode liceret. Mox itaq; ſucclamaſſe quũ præfocaret, uixq; ſeſe ab undis ſuſtolleret. Porrò Euthydicum ſimulatq; audiſſet (nam forte fortuna nudus in ſtrato tum erat) abieciſſe ſemet in mare: arreptóq; Damone, qui iam deficiebat (diutius enim iſta uideri poterãt, luna ſcilicet relucente) unà iuxta illũ naſſe, ac ſubleuaſſe. Ac uoluiſſe quidem illis opitulari ſeſe miſeratos uirorũ calamitatem: uerum nequiſſe, quod uento prævalido raperẽtur. Illud tamen feciſſe, ſubera complura ad illos proieciſſe: tum ex contis aliquot: ut ab his

ſuſpenſi

ſuſpenſi natarent, ſi quẽ forte ex eis nanſciſcerentur: poſtremo ſcanſoria quoq; tabulata: quæ quidẽ erant neutiq; exigua. Cogita iã per deos: quod aliud grauius beneuolentiæ documentum quiſq; ædere queat, in hominem amicũ, qui noctu decidiſſet in mare, uſq; adeo ſæuiẽs, & cõmunicata morte? Iamq; adeo mihi ante oculos pone imminẽtes procellas: fragorem aquæ ſeſe adglomerantis: ſpumam undiq; efferueſcentem: noctem, ac deſperationẽ: Ad hæc illũ iam præfocari incipientẽ, uixq; undis extantem, manuſq; porrigentem amico: hunc autem incontanter inſilientem, ſimulq; nantem: prorſuſq; ſollicitum, ne ſe prior Damon interiret. Sic eñ profecto cognoſces, quod haud ingeneroſum hũc quoq; amicũ, uidelicet Euthydicũ, retulerim. TOXA. Vtrum perierunt uiri Mneſippe: an ſalus quæpiam ex inſpirato illis contigit? Adeo ego illis nõ mediocriter timui. MNES. Bono animo es Toxaris: ſeruati ſunt: quin hodiéq; Athenis agũt, ambo philoſophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demũ narrare poterat, quæ noctu uidere licuit: hunc delapſum, illum deſilientem: ſimulq; nantes, quatenus per noctem dabatur aſpicere. Porrò quæ poſt hæc acciderint, Euthydicus ipſe narrat. Primũ quidem, ſubera quædam forte nactos, ſuſpendiſſe de his ſeſe: atq; ita hærentes fluitaſſe, ſanè & incõmode. Deinde ubi tabulata cõſpexiſſent, iam ſub auroram annaſſe: cõſcenſiſq; illis cõmode, deinde nantes ap-

puliſſe Zacynthum. Poſt hos autem, qui neutiq; mali ſunt, ut ego quidem autumo, accipe iam tertium, nihilo iſtis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis utebatur: & ijs quidem opulentis, quũ ipſe pauperrimus eſſet. Hic uita decedens, teſtamẽtum reliquit: alijs quidem fortaſſe deridiculum: tibi uero, haud ſcio, an tale ſit apparitura: uiro probo: & apud quem amicitia in precio ſit: quicq; uel cum præcipuis in ea certare queas. Sic em̃ in eo ſcriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meã alendã, atq; in ſenecta fouendam: Charixeno uero filiam meã elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autem illi mater anus, ac filiola iam matura nuptijs. Siquid autem interim acciderit alterutri: huius quoq; partẽ (inquit) alter habeto. *Huiuſmodi lecto teſtamento*, ij qui tenuitatẽ quidẽ Eudamidæ nouerant: at amicitiam, quæ illi cum his uiris interceſſerat, ignorabant: rẽ pro ludo iocóq; ducebant. Nemo certe aderat, qui nõ cum riſu diſcederet: quod eiuſmodi hæreditatẽ Aretæus & Charixenus eſſent accepturi, felices uidelicet: atq; ita aiebant: Siquidem perſoluent Eudamidæ, ſuperſtites ipſi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes, quibus iſta erant legata: ut audierunt uenerunt illico, agnoſcentes ratáq; facientes ea, quæ erant teſtamento mãdata. Itaq; Charixenus quinq; duntaxat dies ſuperſtes, diem obijt. Aretæus autẽ optimus ſucceſſor fa-

ctus.

ctus,tum illius,tum ſuo ipſius ſuſcepto onere, & matrẽ alit Eudamidæ:& filiã non ita pridẽ elocauit:ex quinq; talentis quæ poſſidebat,duobus in propriæ filiæ dotẽ, duobus in amici filiam erogatis:Ac nuptias ambarum eodem die fieri uoluit.Quid tibi Toxaris,Aretæus iſte uidetur:numnã leue amicitiæ argumẽtum exhibuiſſe: adita huiuſmodi hæreditate, neq; deſerto amici ſui teſtamẽto?an hunc quoq; in perfectis idoneiſq; calculis ponimus,ut ſit unus è quinq;? TOXA. Et iſte quidem egregius: quanq; equidem Eudamidam multo magis ob fidutiã admiratus ſum,qua fuit erga amicos: declarauit enim,quod & ipſe eadẽ fuiſſet facturus erga illos: tametſi non eſſent ea ſcripta in teſtamẽto: uerum ante alios ueniſſet non ſcriptus talium hæres. MNES. Probe dicis.Sed quartũ iã tibi narrabo: Zenothemim Charmoleum, Maſſilia oriũdum. Commõſtrabatur autem mihi in Italia,patriæ nomine legatum agenti,uir decorus,procerus,ac diues,ut apparebat. Aſſidebat illi uxor in rheda iter facienti:quã alioqui deformis, tum dimidia nempe dextra corporis parte mãca, alteróq; capta oculo,teterrimũ quoddam & refugiẽdum terriculum. Deinde quũ demirarer,ſi decorus ille quum eſſet,ac ue nuſtus,ſuſtineret eiuſmodi mulierem ſibi adiunctã: is qui mihi eum cõmoſtrabat, cauſam exponit, quare in id matrimoniarum incidiſſet: nouerat enim comperte omnia:nam ipſe quoq; Maſſilienſis erat.Menecrati(in

quit)huius fœdæ patri,amicus erat Zenothemis: uiro diuiti ac honorato:ipse ijsdem rebus par. Deinde aliquanto post,facultatibus exutus est ex cõdemnatione Menecrates:quo tẽpore pariter infamis,& ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus à sexcentũ uiris,tanq; qui sententiam iniquã pronũciasset. Ad hunc autem modum,inquit,nos Massilienses mulctamus,si quis corrupte iudicet. Grauiter itaq; ferebat Menecrates:primũ,quod esset cõdemnatus:deinde,quod è diuite paup:postremo,qd'ex nobili repẽte factus esset infamis,ac reiectitius. At præter cætera eũ ipsa discruciabat filia iam nubilis:utpote annos nata decem & octo:quã ne cum omni quidem patris substantia,quã ante condemnationem possederat,dignatus fuisset quisq; ingenuus ac pauper facile accipere,quæ tã infelici fuerit forma:Quin & concidere dicebatur:idq; circa lunã crescentem. Hæc ubi apud Zenothemim deploraret:bono,inquit,animo es Menecrates. Neq; enim ipse egebis necessarijs:& filia tua dignũ aliquẽ suo genere spõsum inuenerit. Atq; hæc eloquutus,statim apprehẽsa illius dextra,deduxit domũ. Ibiq; opes, quæ illi multæ erant, partitus est cum illo:ac cœna parari iussa,conuiuio accepit amicos:& in his Menecratem,ueluti iam è necessarijs cuipiam persuasisset,ut puellam in matrimoniũ acciperet. Posteaq; autẽ conuiuiũ peregerant,libassentq; dijs:tum uero plenũ illi calicem porrigẽs:accipe, inquit, Menecra-

Menecrates, à genero ſymbolum affinitatis poculum: nam hodie ducturus ſum ego filiam tuã Cydimachã: dotem autem iam olim accepi, talẽta quinq; & uiginti. Illo uero reſpondente: abſit ne feceris, o Zenothemis: néue ipſe uſq; adeo inſaniam: ut te neglectum, qui & iu uenis es, & formoſus, cõſpiciam cum deformi puella, ac debilitata coniugatum. Hæc, inquam, illo loquente: hic ſponſam adiunctã tollens, abduxit in thalamũ: ac pau lo poſt prodijt, ea deuirginata: atq; ex eo tempore cum illa uiuit, ſupra modum diligens: & quẽadmodũ uides, circũferens eam. Et non ſolum non pudet matrimonij: uerũetiam perinde atq; glorians de eo, ſic oſtentat: pro pterea quod negligit corporis formã ac fœditatem, ad hæc opes & famã: tantũ amici rationem habet Mene cratis: neq; arbitratur eum ſexcentum uirum ſententia deteriorem eſſe factum, quantum ad neceſſitudinem. Quanq; pro his iam illi gratiã retulit fortuna, ad hunc modũ. Puellus em̃ ei formoſiſſimus, ex illa deformiſſi ma ſuſceptus eſt. Neq; diu eſt, quod tollens hunc pater intulit in curiã: frondibus oleaginis coronatũ, ac pullis amictũ: quo plus miſerationis auo cõciliaret. At infans arridebat iudicibus: manibus complodebat. Itaq; curia cõmota ſuper illo, remiſit mulctam Menecrati: atq; ille iam rei, famæq; reſtitutus eſt, eiuſmodi patrono uſus apud iudices. Hæc affirmabat Maſſilienſis Zenothe mim amici gratia feciſſe: haud mediocria, ſicuti uides:

neq;

neq; qualia paſſim Scythæ factitant: qui concubinas formoſiſſimas ſumma cura deligere dicuntur. Reſtat nobis quintus. Neq; uero mihi uideor alium quẽpiam debere dicere, Demetrio Sunienſi præterito. Nauigarat in Aegyptum Demetrius, unà cum Antiphilo Alopecẽſi: qui cũ illi iã inde à teneris annis fuerat amicitia: atq; ephebus ephebo conuixerat, pariterq; fuerat eruditus: ipſe quidem Cynicam diſciplinam ſequutus, ſub Rhodio illo ſophiſta: Antiphilus uero medendi ſcientiam exercuerat. At hoc temporis forte ꝓfectus fuerat in Aegyptum, ad ſpectaculum Pyramidum, Memnoniſq;. Nã audiuerat illas, quũ eſſent ſublimes, umbrã nõ iacere: Memnonẽ aũt uocẽ ædere, exoriẽte ſole. Harũ igit̃ rerũ cupiditate adductus Demetrius: uidelicet ut Pyramidas intueret̃, ac Memnonẽ audiret: ſextum iam menſem aduerſo Nilo nauigabat: relicto Antiphilo, quod is itinere atq; æſtu defeſſus eſſet. Huic autẽ interea calamitas incidit: quæ ſingularem quẽpiam amicum poſtularet. Nã puer eius ut nomine, ita & patria Syrus: inita ſocietate cum ſacrilegis aliquot, unà cũ illis in Anubis templũ irrupit: ſublatoq; deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, aureo & hoc, neq; non cynocephalis argẽteis, atq; id genus alijs: omnia apud Syrum depoſuerant. Deinde forte comprehenſi (capti enim fuerant, diuendentes neſcio quid) rem omnẽ protinus confeſſi ſunt: deſtricti in rota, deportatiq; uenerunt

runt in ædes Antiphili: ibi res furto sublatas deprome-
bant, sub lectica quadã in abdito conditas. Syrus itaq;
illico uinctus: unáq; hæres hui⁹ Antiphilus: atq; is qui-
dem interea dum præceptorem audit, auulsus. Nec opi
tulabat quispiã: quin magis hi q fuerãt hactenus ami-
ci, auersabant hominẽ, tanq; qui templũ Anubis sacri
legio cõpilasset: seseq; impiari credebant, si cum illo bi
bissent, aut edissent. Porrò duo qui reliqui erant pueri,
quicquid erat in domo, conuasantes, fuga discesserunt.
In uinculis igit erat miser Antiphilus multũ iam tem-
poris: habitus interim omniũ, quãtum in carcere erat,
sontium sceleratissimus. Porrò præfectus carceris Aegy
ptius homo superstitiosus, ratus sese gratũ facere deo,
atq; illius ulcisci uices, grauis Antiphilo imminebat.
Quod siquando defenderet, affirmans se nihil eiusmo
di patrasse: impudẽs habebatur: atq; hoc nomine mul-
to etiam magis erat inuisus. Subægrotabat itaq; iam,
maléq; habebat: nec mirum: quippe qui humi cubaret,
idq; etiam noctu: neq; crura sineretur protẽdere, ligno
inclusa: nã per diem cyphone stringebatur, altera ma-
nu uincta ferro: at noctu cogebatur totus in uinculis
esse. Ad hæc insup domicilij pædor ac præfocatio, mul-
tis ibidẽ uinctis, locumq; angustum premẽtibus: adeo
ut uix respirarent: tum ferri stridor, ac somnus exiguus.
Hæc omnia molesta erant, atq; intoleranda: nimirũ ho
mini eiusmodi rerum insueto, miniméq; ad tam durũ

uitæ genus exercitato. Quũ uero iam deficeret, ac ne dum quidem capere posset: reuersus est tandem & Demetrius, nihil dum sciens eorũ quæ acciderant. Vt autẽ cognouerat quo in loco res esset, statimq; curriculo ad carcerem uenisset: tum quidem admissus non est: propterea quod uespera iam esset: & carceris custos iamdudũ occlusis foribus dormiebat, ministris excubias agere iussis. At mane quũ esset, ingressus: multis uidelicet precibus admissus: accedens multo tempore quærebat Antiphilum: quippe malorũ multitudine sic immutatum, ut agnosci non quiret. Circumiens igitur, è uinctis unumquẽq; cõtemplabatur: eorum more, qui familiariũ cadauera iam marcida facta, requirũt in stragibus. Quod ni nomen fuisset eloquutus, Antiphilum Demonenis filium: ne longo quidẽ tempore potuisset agnosci quisnam esset, usq; adeo præ malis erat transfiguratus. Vt uero ad uocẽ agnitam respondisset, atq; adeunte illo comã diduxisset: eam à uultu abigens sordidam atq; impexam, ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt: oculis oborta caligine, in tã inopinato spectaculo. Verum aliquanto post, posteaq; & ipse sibi redditus: & Antiphilũ recipiens Demetrius, de singulis esse illum diligenter percontatus: bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse; reliquũ autem illi donat, detractis illi putribus atq; detritis, quibus erat opertus pãniculis. Atq; ex eo die mo

dis

dis omnibus illi aderat: curam eius agens, inseruiensq;. Locans enim sese ijs, qui uersabãtur in portu mercatoribus, à mane ad mediũ usq; diem, oneribus gestandis non parũ lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manũ dabat, quo illi mansuetum hunc, ac pacatum redderet: De reliquo autẽ, in amici curam affatim suppeditabat. Atq; interdiu quidem aderat Antiphilo, quo illum cõsolaretur: ubi uero nox occupasset: ꝓ carceris foribus facto ex herbis thorulo, substratisq; frondibus, acquiescebat. Et in hũc quidem modum aliquãdiu degebant: ut Demetrius nullo uetante ingrederetur: atq; ob id mitius ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiam: idq; ut putabat ueneno, & custodiæ exactissime obseruatæ: neq; deinde quisq̃ admissus in domiciliũ uinculis liber. Quas ob res dubius atq; anxi⁹: quũ alia uiã nõ pateret, qua liceret amico adesse: adito præfecti collega, seipsum defert, tanq̃ in irruptione tẽpli Anubis cõmunem operã addidisset. Id simulatq; confessus est: abductus est illico in carcerẽ, ac ductus ad Antiphilum. Nam hoc magnis precibus uix obtinuerat à carcerario: ut proxime Antiphilo, atq; eadem in trabe uinciretur. Hic igitur uel maxime declarauit, quãto in illum fuerit amore, quũ sua ipsius incõmoda negligeret, cum & ipse interim ægrotaret: illud autẽ curæ haberet, quo pacto fieri posset, ut ille & quàmplurimum dormiret, &

minimũ angeretur. Atq; ita cõmode tolerabant, cõmunicatis inter ipsos malis: donec aliquãto post, tale quiddam accidit, quod finem fermè eorũ imponeret calamitati. Siquidem è uinctis quispiã, haud scio unde nactus limam: adiunctis cõiuratis captiuorũ plerisq;, catenam insecuit, qua seriatim erãt astricti, cyphonibus in hanc insertis, soluitq; omnes. Qui quidem facile trucidatis, quippe paucis custodibus: cõglobati prosiliere. Atq; hi quidẽ illico quo quisq; poterat, dissipati: postea pleriq; sunt cõprehensi. Porrò Demetrius & Antiphilus inibi remanserunt: Syro quoq; retento, qui iam aufugere parabat. Vt aũt diluxisset: Aegypti præses, cognito quod acciderat, emisit quidem qui illos insequerent: accersitis autem ijs, qui erant cum Demetrio: soluit à uinculis collaudatos, quod soli nõ aufugissent. At illis haud quaq; sat erat, ut hoc titulo dimitterentur. Clamabat aũt Demetrius: sibiq; nõ mediocribus in rebus iniuriam fieri prætendebat, si pro maleficis habiti, uiderẽtur uel commiseratione, uel ob id laudis, quod non aufugissent, dimitti. In summa, compulere iudicẽ, ut causam exactius excuteret. At hic ubi repperit, nihil eos cõmeritos: collaudatos illos, Demetrium aũt seorsum quoq; admiratus, liberos esse iussit: consolans super pœna quam tulerant, præter ius in uincula coniecti. Quinetiam ambos munere prosecutus est: idq; de suo: Antiphilum drachmarum decem milibus, bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus

philus etiam nunc quidem in Aegypto est. Demetrius autẽ sua quoq; uiginti milia reliquẽs amico, concessit in Indiam: profectus ad Brachmanas, tantum hoc loquutus Antiphilo: merito sibi iam ignoscẽdũ uideri, quod tum ab eo discederet: Neq; em̃ sibi opus fore pecunia, quoad is perseueraret esse, qui erat: uidelicet qui possit paucis esse contentus: neq; illum amplius egere amico, quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici græci. Quod ni initio notasses nos, tãcq; qui uerbis nos iactaremus: idẽ profecto relaturus erã tibi cõplures orationes, atq; eas egregias: quas Demetrius habuerit in iudicio: quũ interim pro seipso nihil defenderet: pro Antiphilo uero lachrymas funderet, atq; etiam supplex esset: totam̃q; causam in sese reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberos fecit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primũ memoria suggessit, tibi narrauerim prædaros ac firmos amicos. Quod reliquũ est, iam decedens à narratione, tibi dicendi partes trado. Tu porrò uti Scythas his nõ inferiores referas, sed longe præstantiores, tibi ipsi curæ fuerit: siquid de dextra sollicitus es, ne ea tibi præcidatur. Verũ oportet strenuũ præstare uirũ. Etem̃ res quædã uehemẽter ridicula tibi cõtigerit, si cũ Orestẽ ac Pyladẽ admodum sophistice laudaris: pro Scythia dicens, orator ignauus appareas. TOXA. Recte tu quidem Mnesippe: qui quidẽ ad dicendum etiam exhortaris: perin

de quasi nihil sollicitus sis,ne tibi lingua execet, uicto in narrationibus.Sed iam exordiar:nihil quidē quēad modum tu,uerbis phalerans atq; exornans(neq; enim is Scytharū mos)præsertim quū res ipsæ longe magis loquātur,q; uerba. Nihil autē eiusmodi expectaueris à nobis,cuiusmodi tu cōmemorādo laudib⁹ extulisti: puta siquis sine dote duxerit deformē mulierem:aut si quis amici filiæ nubenti pecuniolam donauerit,duo talenta:ac per Iouem,siquis sponte eat in uincula,quum certo sciat se paulopost esse soluendū. Admodū enim leuia ista:neq; quicq; inest in his,uel magni negocij,uel uirile quod sit. Cæterū ego tibi referam multas cædes, belláq; & mortes,amicorū causa susceptas:ut intelligas uestra ista lusum esse,si cum Scythicis conferātur.Neq; tamē isthuc sine causa facitis. Sed merito parua ista miramini:propterea quod nō sunt uobis admodum graues occasiones declarādæ amicitiæ,quippe in alta pace uiuentibus.Quemadmodū nec in tranquillitate queas scire,bonus sit gubernator,nec ne. Tempestate em̄ tibi opus fuerit,ad hoc ut dignoscas.At apud nos bella perpetua:& aut inuadimus alios, aut cedimus inuadentibus:aut ubi forte concurrimus,pro pascuis prædáq; pugnamus.Hic potissimū opus est bonis amicis: eóq; q̄ firmissime constituimus amicitias, sola hæc arma inuicta atq; inexpugnabilia esse iudicantes.Prius aūt uolo tibi cōmemorare,quo ritu faciamus amicos:non ex poculis,

culis,quẽadmodũ uos:neq; ſiquis æqualis ſit,aut uici-
nus:uerum ubi ſtrenuũ quẽpiam uirũ conſpexerimus:
quiq; prædara facinora patrare poſſit: in hunc omnes
ſtudio incũbimus:& quod uos in ambiendis cõiugijs,
id nos in amicis non grauamur:diu quaſi procos agen
tes,nihilq; non facientes:ne uidelicet fruſtremur amici-
tia,neue reiecti eſſe uideamur. At ubi iã in amicitias cæ
teris repulſis,delectus eſt quiſpiã: protinus fœdus ini-
tur:ac iuſiurandũ, quod ſit maximũ:nimirum & uictu
ros eos pariter,& mortẽ oppetiturũ, ſi ſit opus, alterũ
pro altero. Atq; ita facimus. Etẽm ſimulatq; inciſis di-
gitis,ſanguinẽ in calicẽ deſtillauerimus:ſumminiſq; intin
ctis gladijs,ambo pariter admouentes biberimus:non
eſt quicq; quod deinde nos queat dirimere. Admittun
tur autẽ ad huiuſmodi fœdera,ad ſummũ tres. Nã qui
multis ſit amicus:is eo loco habetur apud nos, quo cõ-
munes iſtæ atq; adulteræ uxores:arbitramurq; iã non
perinde firmã illius amicitiam fore,poſteaq; eſt in plu
res partes diſſecta. Exordiar aũt ab his,quæ nup Dan
damis fecit. Dandamis emẽ hic in cõflictu cũ Sauroma-
tis:quũ eſſet captiuus abductus ei⁹ amicus Amizocas.
Quinpotius ante tibi iurabo noſtrũ iuſiurandũ; quan
doquidẽ iſthuc initio ſum pollicitus. Non emẽ per Ven
tum & Acynacẽ,quicq; mẽtiturus ſum apud te de Scy
thicis amicis. MNES. Equidẽ tuũ iuſiurandũ haud ma-
gnopere deſyderabã:proinde recte facis,q nullũ deor⁹
iures.

iures. TOXA. Quid tu narras? An nō tibi uidētur esse dīj, Vētus & Acynacis? Adeo ne te fugit, qd nihil sit magis mortalib⁹ uita ac morte? Per hæc utiq; iuram⁹, quoties p Ventū & Acynacē iuramus: uidelicet p Vētum, tanq; qui uitæ sit causa: per Acynacē uero, ut qui mortis sit autor. MNES. Atqui si ista idonea causa est: profecto multos alios quoq; deos estis habituri tales, qualis est Acynacis: puta iaculum, lanceam, uenenū, funē, atq; his consimilia. Quandoquidē uarius est iste deus interitus: atq; innumerabiles aperit uias, quibus ad illū sit aditus. TOXA. Vide q; contentiose nunc, quamq; litigiose isthuc facis: dum medio sermone interpellas me, excutisq; ac disturbas orationem meā. At ipse loquēte te, silentium agebam. MNES. Age, non sum isthuc post hac facturus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge cōfidenter quod restat dicere: perinde quasi nec adsim dum loqueris, adeo tibi silebo. TOXA. Quartus igitur agebatur dies Dandamidi & Amizocæ: ex quo amicitiam inierant, ac mutuū sanguinem pariter biberant. Venerant interea in regionē nostram Sauromatæ, cum equitum decem milibus: peditum autē ter tantum adueniſſe ferebatur. Ii nimirum quū in nos irruissent imparatos, neq; expectantes illorū insultū: omēs quidem cedere cogunt: compluris autē repugnantes occidunt: nōnullos & uiuos abducūt: nisi siquis effugerat tranans in ulteriorem fluminis ripam: ubi nobis dimidium

dium copiarũ,& pars curruũ erat. Sic em̃ id temporis caſtra fueramus metati,haud ſcio quo cõſilio Archipla norum,id eſt,ducum noſtrorum,ad utrãq; Tanaidis ri pam.Protinus itaq; & prædas abigebãt, & captiua abducebant,& tentoria diripiebant, & curribus potieban tur:atq; ijs pleriſq; cũ uiris captis, & ſub oculis noſtris concubinas,uxoresq; noſtras cõſtuprabant. Nos por rò rẽ indigne tulimus.At Amizoca quũ duceretur(erat enim captus)nominatim indamauit amicũ,miſere uin ctus:ſimulq; calicis & ſanguinis cõmonefecit. Quod ſi mulatq; exaudierat Dandamis:nihil etiã contatus,ſpe ctãtibus omnibus,tranauit ad hoſtes. Ibi Sauromatæ denſatis telis irruerũt in illum:iam confixuri, niſi ſuccla maſſet, Zirim.Hoc uerbi ſiquis ſonuerit:poſtea nõ in terimunt,ſed recipiunt,tanq; dedentem ſeſe precio redi mendum. Moxq; ad illorũ ducẽ adductus,repoſcebat amicum:ille redemptionis precium poſtulabat. Neq; enim prius dimiſſurum ſeſe,niſi maximũ pro illo rece piſſet.Tum Dandamis:quæ poſſidebã,inquit,ea om̃ia à uobis direpta ſunt:quod ſiquid eſt quod nudus præ ſtare queam,id ſum paratus polliceri uobis: & impera to quicquid uoles. Et ſi iſta uis:meipſum huius in locũ recipe,& abutere ad quodcũq; tibi lubitũ erit. Ad hæc Sauromata:Nihil,inqt,op⁹ retinere te:præſertim quũ temere dederis.Quin tu parte eorũ quæ poſſides tra dita,amicũ abducito. Rogat illico Dandamis, quidnã

uellet accipere. Ille oculos postulat. Atq; hic ꝓtinus exhibuit eruendos. Deinde ubi essent exacti: iamq; pretium persolutū esset Sauromatis: recepto Amizoca, reuersus est innitēs illi: unáq; tranātes, incolumes ad nos redierūt. Id factum animū reddebat Scythis omnibus: neq; iam uictos esse rebantur sese: quū uiderent, quod apud nos esset bonorum maximū, id nondum esse abductum ab hostibus: uerum superesse egregiā mentē, & in amicos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrē incutiebat: reputantibus cum cuiusmodi uiris, si se præparassent, essent pugnaturi: tametsi tū quidem ex improuiso superassent: proinde sub noctem relictis maxima ex parte pecoribus, incēsisq; curribus, fuga sese subduxerunt. Porrò Amizoca non tulit diutius, ut uideret ipse, amico cæco Dādamide: sed ipsus semet exoculauit. Atq; ita sedēt ambo: omniq; honore à populo Scytharum publicitus aluntur. Quid tale Mnesippe uos referre possetis? Etiam siquis tibi donet, ut possis uel decem alios ad istos quinq; adiungere: etiā citra iusiurādū, si ita uis, ut & multa liceat affingere? At egò tibi rem nudā exposui. Tu uero si quē talem narrasses: non sum nescius, quantas adornandæ rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus: quemadmodum supplicarit Dādamis: & quomodo sit excæcatus: & quæ dixerit: & quo pacto redierit: & quēadmodū exceperint eum Scythæ: adgratulantes, benéq; ominantes: atq; id

genus

genus alia: cuiusmodi uos ad demulcēdas aures soletis artificio quodā addere. Audi igitur & alium huic parem Belittam, huius Amizocæ consobrinum. Is ut detractum ex equo à leone, Basthem amicū conspexisset: nam forte simul erant in uenatu: iamq; leo circūplexus illum, iugulo admotus esset, atq; unguibus laniaret: de filiēs & ipse, inuolauit in tergū beluæ, reflexitq; in sese prouocās, auertensq; : atq; inter dentes digitos inferēs: conatus quoad licuit, Basthem è rictu leonis eximere, donec leo omisso illo iam semimortuo, ad Belittam sese conuertit, atq; ipsum quoq; circūplexus occidit. At ille moriens (nam tanto anteuertit) acynacem in leonis pectus defixit. Itaq; pariter exanimati sunt omnes: nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tumulis inter se uicinis: altero amicorum, altero è regione leonis.

Iam tertio loco tibi referam Mnesippe, Macentæ, Lonchatæ, & Arsacomæ amicitiam. Hic enim Arsacomas deperibat Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosporo: tum quum legatione fungeretur super tributo: quod Bosporini semper nobis pendere soliti, id temporis tertium iam mensem ultra diem legitimum distulerant. In conuiuio igitur quum Mazæam uidisset proceram atq; decorā uirginem, amore captus est, grauiterq; discruciabatur. Iam itaque quæ de tributis agebantur, erant transacta: responderatq; illi Rex, conuiuióque accipiebat, mox illum dimissurus. Est

autẽ mos in Bosporo: uti proci in conuiuio petant puellas: narrãtes quinam sint: quibusq; rebus fræti, decreuerint eas in matrimoniũ accipere. Atq; id tẽporis forte fortuna multi aderant in cõuiuio proci, reges, ac regũ filij: in his erat & Tigrapates, Lazorũ princeps: & Adyrmachus, Machlyinæ dux: aliíq; cũ his permulti. Oportet autem unumquẽq; procum, posteaq; exposuit quis sit, & qua fiducia ad ambiendas nuptias accesserit, conuiuari cum reliquis, tácituq; accumbere: Deinde peracto conuiuio, postulata phiala, uinũ in mensam effundere, atq; ita sponsam ambire: multũ interea collaudantem sese, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modum cũ multi iam libassent, postulassentq;, regna & opes cõmemorãtes: tandem Arsacomas, postulata phiala, nõ libauit (neq; enim mos apud nos uinũ effundere: quin magis contumelia ista esse iudicatur in deum) sed hausti̇m bibens: Da mihi Rex, inquit, filiam tuã Mazæam uxorem: qui multo sum potior istis, quãtum ad opes ac possessiones attinet. Leucanoræ uero admirãte (sciebat eñ rex pauperẽ Arsacomã, ac de plebe Scytharũ esse) percõtantéq; quantũ pecorum, aut quantũ habes plaustrorũ Arsacoma: nam ijs rebus uos diuites estis. Imo nec plaustra, inquit, possideo, nec armẽta: uerum sunt mihi duo amici, honesti, probíq;, quales alij Scytharũ nemini. At tum quidem ista dicẽs, risus est, cõtemptuiq; habitus, uisusq; temulẽtus.

tus. Mane uero reliquis prælatꝰ est Adyrmachus: iāq; sponsam abducturus erat in Mæotidem ad Maclyenses. Porrò Arsacomas domum reuersus, amicis indicat, quēadmodū reiectus esset a Rege: risuiq; habitus in cō uiuio, quū paup esse putaretur. Atqui dixerā, inquit, illi quantas habere opes: nempe uos, o Lonchata atq; Macenta, uestramq; beneuolētiā longe præstare, multóq; firmiorem esse Bosporanorum opibus. Verum hæc dicentem, me subsannauit, contempsitq;: & Adyrmacho scilicet Machlyensi tradidit asportandā spōsam: quod aureas phialas se diceret habere decē: præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hæc ouium boumq; multā copiam. Sic uidelicet antetulit fortibus uiris pecorū multitudinē, operosa pocula, & currus grauis. Proinde, o amici, dupliciter excrucior: nā & Mazæam amo: & iniuria mihi inter tantum hominū illata, non mediocriter mordet animū meum. Arbitror autem & uos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad unūquēq; è nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: si modo ita uiuimus, quemadmodū cœpimus quum cōiungeremur: nimirū ut unus homo simus, ijsdem dolentes, ijsdemq; gaudentes. Imo, inquit Lonchates, unusquilibet è nobis totus iniuria afficiebatur, tum quū in te ista fierent. Quomodo igitur (inquit Macentes) his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negocium suscipiamus. Atq; ego quidē recipio Arsacomæ me caput ap-

portaturum Leucanoris. Tu uero ſponſam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit. At tu Arſacoma, inter hæc (nã his peractis ueriſimile eſt exercitu ac bello fore opus) hic mane: quo cõtrahas & appares arma, equos: atq; aliarum rerum uim, quantam potes maximam. Facillime aũt plurimos adiunxeris: partim quod ipſe ſtrenuus, partim quod nobis non pauci ſunt familiares: Maxime uero ſi deſederis in tergore bouis. Hæc ubi placuiſſent: hic quidem quantum potuit, recta profectus eſt in Boſporum, puta Lõchates: alter, id eſt, Macẽtes ad Machlyenſes: eques uterq;. At Arſacomas domi manens: & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus uim hominũ armauit. Demũ & in tergore bouis deſedit. Conſuetudo autem de ſedendo in tergore bubalo huiuſmodi eſt apud nos. Vbi quis ab alio læſus eſt, cupitq; ulciſci, neq; par eſſe pugnæ uidetur: tum boue immolato, carnes fruſtulatim cõciſas, igni torret. Deinc ipſe porrecto humi corio, ſedet in eo: in tergum reductis manibus, more eorum, qui à cubitis uincti ſunt. Et hoc quidem apud nos maximũ eſt ſupplicandi genus. Appoſitis autem bouis carnibus, adeũtibus domeſticis: præterea ſiquis alius uelit, quiſq; partem ſibi ſumit: ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicet: hic quidẽ equites præbiturũ ſe quinq; ſuopte cibo, ſuóq; ſtipẽdio: ille decem: alius plures: alius armatos pedites quot poſſit: atq; qui pauperrimus, ſeipſum duntaxat.

duntaxat. Colligitur itaque in tergo bouis, ingens non nunq̃ multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus, & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatu difficilimus est: nõ aliter, quàm si iureiurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iurisiurandi est. Arsacomas igitur his in rebus procurandis satagebat: coieruntq; illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites promiscue, uicies mille. At Lonchates ubi ignotus peruenit in Bosporꝝ, Regem adit, tractanti quiddam de regni negocijs: aitq; uenire quidem sese publico Scytharũ nomine: sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De publicis, inquit, negocijs, hæc in præsentiarum denunciant Scythæ: ne uestri pastores in planiciem usque transgrediantur, sed intra Trachonem pascant. Cæterum latrones de quibus expostulatis, regionem uestram incursent: negant eos publico consilio emitti, sed priuatim sui quẽque lucri causa prædari. Quod siquis illorum deprehendatur: tui arbitrij esse, ut in eos animaduertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, grauem in uos insultum futurum ab Arsacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te: idque (opinor) quum filiam tuam postularit, non assequutus sit abs te: ob id indignatur, sedetque in tergore taurino septimum iam diem: contractusque illi est exercitus haud exiguus. Audiui (inquit Leucanor) & ipse, co

gi uim

gi uim copiarum in tergum bouis. Quod autem aduer sum nos cogerentur: quodq; Arsacomas huius rei dux esset, id uero me fugerat. Atq; in te, inquit Lonchates, hic apparatus cõstituitur. Mihi autem inimicus est Arsacomas: grauiterq; fert, quod sibi præferar à natu maioribus: & quod in omnibus illo uidear esse præstãtior. Quod si mihi spoponderis alteram filiam tuam Barcetim, alioqui nec indigno uestra affinitate: breui tibi reuersus caput eius apportauero. Spõdeo Rex inquit: tui delicet supra modum formidine correptus, propterea quod non ignoraret, quã ob causam iratus esset Arsacoma: nimirũ ob nuptias: tum & aliàs quoq; metuerit semper Scythas. At Lõchates: Iurato, inquit, te præstiturum pacta, neq; inficiaturũ. Id quũ fieret, iamq; resupinatus in cælum iurare uellet: Absit, inquit, ut hic, ne quis spectantiũ coniiciat, qua gratia iuremus. Quinpotius hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iusiurandum ædamus, ubi nullus exaudiat. Nam siquid horum inaudierit Arsacomas, uereor ne me ante bellum immolet, manu iã nunc nõ parua cinctus. Introeamus, inquit Rex. Vos aũt absistite cõpl̃ogissime. Neq; quisq; ad templũ adeat, quem ego non accersiuero. Posteaq; igitur ipsi quidem introgressi sunt: satellites aũt procul abstiterũt: uibrato gladio, simulq; altera manu obturato ore, ne uociferaret: ictũ in pectus adegit. Deinde caput desectũ, sub chlamyde tenẽs prodibat: quasi confabulans

bulans interim cum illo: breuiq; seſe dicens adfuturũ, tanq; ad negocij quippiã emitteretur ab illo. Atq; ita reuersus eò, ubi equũ uinctum reliquerat: cõscenso illo, redequitauit in Scythiã. Porrò nemo est cum insequutus: quippe diu ignorantibus Bosporinis, quod acciderat: tum ubi resciissent, factiose de regno decertantibus. Hæc itaq; gessit Lonchates: præstititq; promissum, allato Leucanoris capite. Porrò Macẽtes in uia factus certior super his, quæ in Bosporo acciderant: peruenit ad Machlyenses: primusq; illis nunciũ attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cum sis, ad regnũ uocat. Proinde fac ut ipse prior occupans, imperiũ arripias, in rebus perturbatis obortus: puella uero te sequatur à tergo in curribus. Facile enim isthoc pacto tibi conciliaueris multitudinẽ Bosporanorũ, ubi Leucanoris filiam conspexerint. Ego porrò non solum Alanus sum, uerũetiã sponsæ tuæ cognatus maternus: siquidẽ nostra è gente Masteram Leucanor asciuit uxorem. Et nũc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alania: denunciantibus ut q̃potes ocyssime, te recipias in Bosporum: neq; per negligentiã cõmittas, ut imperiũ ad Eubiotũ deueniat: qui tametsi frater noster est Leucanoris, tamẽ Scytharũ partibus semper fauit, cum Alanis simultates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes. Erat aũt eodem cultu, eademq; lingua cum Alanis. Commune enim horum utrũq; Alanis cũ Scy

this: niſi quod non magnopere comati ſunt Alani, quẽ admodum Scythæ. At Macẽtes in hoc quoq; illis erat aſſimilis, uidelicet detonſa coma: quatinus cõueniebat Alanũ minus eſſe comatum, cq̃ Scytham. Itaq; his rebus factum eſt, ut illi fides haberetur, putareturq; Maſteræ ac Mazææ cognatus eſſe. Et nunc, inquit, o Adyrmache, ad utrumuis paratus ſum: uel proficiſci tecũ in Boſporum, ſi uelis: uel manere, ſi ſit opus, ac ſpõſam adducere. Iſthuc equidem, inquit Adyrmachus, longe malim, quando quidẽ cognatus es, te puellã adducere. Nã ſi nobiſcum unà proficiſcaris in Boſporum: unũ duntaxat equitem numero addideris. Quod ſi mihi uxorem aduexeris, multorum inſtar fueris. Atq; ita factum eſt: & hic quidẽ iter ingreſſus eſt. Macentæ tradens ducendam Mazæam: quæ uirgo etiam dum erat. At ille per diem quidem illam curru uehebat: uerũ ubi nox incubuiſſet, impoſitam equo (nam id curarat, ut alius quidẽ eques ſeſe conſequeretur) tum inſiliens & ipſe, nequaq̃ deinceps ad Mæotim iter faciebat: ſed deflectẽs ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitreorũ montibus: quũ uirginem interim aliquoties interquieſcere iuſſam refocillaſſet, intra triduũ à Machlyenſibus in Scythiam uſq; permenſus eſt uiam: ſtatimq; equus eius ubi deſtitiſſet à curſu: pauliſper aſtans, exanimatus eſt. Porrò Macentes Arſacomæ Mazæã in manũ dans: Accipe, inquit, à me quoq; id, quod ſum pollicitus. At illo ad inſperatum

ſperatũ ſpectaculum ſtupefacto, gratiaſq; agente: De ſine, inquit, Macentes: ac noli me alium à te ipſo puta re: nã mihi profecto gratias agere ob hæc quæ feci, perinde eſt, ac ſi ſiniſtra mea gratias agat dextræ, qd' uulneratæ ſibi ſubminiſtrauit, atq; officioſe curã egit ægro tãtis. Ridicula nimirũ & nos fecerimus: ſi iamdudũ cõmiſſi, & quatenus licet in unũ conflati, magnũ adhuc eſſe credamus, ſiqua pars noſtri officioſe quid egerit, p toto corpore. Etenim pro ſeipſo fecit, quum pars ſit totius beneficio adiuti. Atq; ad hunc quidem modũ Arſacomæ gratias agenti, Macentes reſpondit. Cæterum Adyrmachus ubi ſenſit inſidias, nõ perrexit ire in Boſporum: iam enim Eubiotus rerũ potiebatur, accerſitus à Sauromatis, apud quos fuerat diuerſatus: uerum in patriam reuerſus, cõtractis ingentibus copijs, per montuoſa irrupit in Scythiam: paulóq; poſt irruit & Eubiotus: cum Græcos undecũq; poterat ſecum ducens, tum Alanos & Sauromatas accerſitos, utrinq; uicies millenos. Cõiunctis aũt copijs, Eubiotus atq; Adyrmachus nonaginta milia cõfecerũt. Atq; ex his tertia pars equites ſagittarij: nos aũt (nam & ipſe ad hanc expeditionẽ contuleram, addens ijs, qui in tergum taurinũ conuenerant, equites ad plenum inſtructos centum) contractis haud multo minus triginta milibus, unà cũ equitibus operiebamur inſultum, ductore Arſacoma. Vt aũt ad mouentes illos conſpeximus: contra duximus agmen,

præmiſſis in hoſtẽ equitibus. Atq; ubi iam diu acriter eſſet pugnatum: tandem ceſſere noſtri, interrupta phalange. Poſtremo in duo diſſectũ eſt uniuerſum agmen Scythicum: pars ſubduxit ſeſe, non omnino palam uicta: uerum ita fugiebat, ut locum dare uideretur: adeo ut Alani ad multum tempus inſequi nõ auderent: partem alteram, quæ eadem erat imbecillior, cingẽtes Alani ac Machlyenſes, undequaq; cædebant, confertim iaculis emiſſis, atq; ſagittis: ſic ut uehemẽter laboraretur à noſtris, qui tenebantur obſeſſi. Et iã plericq; arma proiecerant: quorũ in numero forte erat Lonchates & Macentes: iamq; ambo uulnus acceperant, dum ante alios ſeſe periculis obijciunt. Hic quidem aduſto femore, puta Lonchates: Porrò Macẽtes ſecuri ſauciato capite, tũ cõto in humerũ impacto. Quod ſimulatq; ſenſit Arſacomas, quum in altero agmine eſſet nobiſcum: turpe ratus, ſi deſertis amicis non adeſſet: ſubditis equo calcaribus, cũ clamore in hoſtes tendere cœpit: ſublato gladio adeo, ut Machlyenſes uim animi non ſuſtinuerint, ſed uiam illi fecerint, ut trãſiret. At ille receptis amicis, tum aduocatis & alijs, impetum fecit in Adyrmachũ: impactóq; in ceruicẽ gladio, ad zonam uſq; diſſecuit. Quo fuſo, diſſipata eſt omnis acies Machlyenſiũ, paulopoſt & Alanorum: Deniq; cum his Græci quoq;. Atque ita redintegrato prælio, nos ſuperiores extitimus, diúq; ſumus inſequuti trucidantes, donec nox finem impoſuit.

Poſtero

Postero die ab hostibus uenerunt legati, qui supplices pacem atq; amicitiam orarent. Bosporani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur: Machlyenses ob fides daturos se cõfirmabãt. Alani ita eam inuasionem compensaturos sese spondebant, ut Sindianos nostro nomine uellent aggredi, quibuscum multo iam tempore nobis fuerat simultas. His de reb⁹ auditis suffragijs, in primis autẽ Arsacomæ & Lonchatæ: pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderãtibus. Huiusmodi Mnesippe, audent Scythæ amicorũ causa facere. MNE. Tragica prorsus, o Toxari, fabulisq; similia. Et p pitius sit Acynaces & Ventus, p quos iurasti: siquis ista non credat, nõ admodum reprehendendus esse uideatur. TOXA. At uide, uir egregie, ne incredulitas ista ab inuidia uestra proficiscatur. Quanq; nõ me deterrebis non habendo fidem: quo minus & alia his cõsimilia referam, quæ nouerim à Scythis esse gesta. MNES. Tantum ne longum facias, uir optime: neq; usq; adeo admissis, uagisq; utare sermonibus: ut nũc sursum ac deorsum Scythiã, Machlyanam q; percurrẽs: deinde in Bosporũ discedens: postremo rediẽs prorsus abutare silentio meo. TOXA. Parendũ tibi & hãc præscribẽti legẽ, dicendum q; paucis: ne fatigeris unà nobiscum, audiendo circũcursitans. Quin magis ausculta, quæ in meipsum amicus Sisinnes nomine præstiterit. Quũ enim Athenas relicta patria ꝓficiscerer: idq; cupiditate Græ

canicarum literarũ, appuleram Amaſtrim Pontica. Ea eſt urbs haud procul à Carambe diſſita in promontorio, obuia iis, qui à Scythia nauigant. Comitabatur aũt Siſinnes, mihi à puero amicus. Nos igitur ubi res quaſdam importatas in portu ſpectaſſemus: in eumq; è naui ſubduxiſſem⁹, emimus, nihil ſuſpicãtes mali: interea fures quidam effracta ſera, ſuſtulerũt uniuerſa: adeo ut non reliquerint, quod uel in eum diem ſufficere poſſet. Ergo quũ domum eſſemus reuerſi: cognito quod acciderat, nõ uiſum eſt in ius uocare uel uicinos, qui plures erant, uel hoſpitem: ueriti ne pleriſq; ſycophantæ uideremur, ſi dixiſſemus nobis ab aliquo ſublatos eſſe Daricos quadringentos: tum ueſtium permultũ: ad hæc petia quædam: deniq; quicquid habueramus. Conſultabamus igit᷑ hiſce de rebus, qd eſſet faciundũ, omniũ rerum egenis: idq; in urbe peregrina. Ac mihi quidem ita uiſum eſt tum temporis ſtatim demerſo in ilia acynace, uitam fugere: priuſq; ignauũ quippiam, aut indignum eſſet ferendum, uel fame, uel ſiti enecto. Contra Siſinnes conſolabatur: obſecrans ne quid tale facerem. Aiebat enim excogitaſſe ſeſe, unde nobis uictus ſuppeteret. Et eo quidem die baiulandis è portu lignis, allata mercede uictum ſuppeditauit: mane aũt obambulans in foro, pompã quandã aſpexit iuuenum (quemadmodum aiebat) elegantium ac ſtrenuorũ. Hi nimirum uiri tũm lecti: uti mercede propoſita, ſingulare certamẽ inirent:

rent,in tertiũ diem erant decertaturi. Ergo quũ omnes huius negocij cõditiones audiſſet:accedens ad me: Caue poſthac,inquit, Toxari:ne teipſum pauperem dixeris.Siquidẽ tertio abhinc die diuitẽ te reddidero. Hæc ait:atq; interea ægre parato uictu:quũ iam ſpectaculũ eſſet inſtitutũ,ſpectabamus & ipſi:etem aſſumptũ me duxit in theatrũ,tanq; ad iucũdum aliquod,nouumq; ſpectaculũ Græcorũ. Ergo ubi cõſediſſemus,ſpectabamus. Ac primo quidẽ feræ partim iaculis confixæ, atq; à canibus agitatæ:partim in homines quoſdã uinctos emiſſæ,nocẽtes quoſpiã,ita ut cõſciebamus. Vt autem prodierunt,qui erant ad ſingulare certamẽ conducti:ac producto iuuene quodã prægrandi, dixiſſet præco: Si quiſq; uelit cum hoc ſingulari certamine congredi,prodeat in mediũ:præmiũ pugnæ accepturus drachmarũ decẽ milia. Ibi protinus aſſurrexit Siſinnes deſiliẽs:polliceturq; ſe dimicaturũ,ſimulq; poſcit arma. Tum acceptã mercedẽ,decẽ milia mihi deferens,in manũ dat. Si uicero,inquit, Toxaris:unà ꝓficiſcemur, ſuppeteq; cõmeatus:ſin cecidero,ſepulto me,redi rurſus in Scythiã. Ego quidẽ his auditis ſingultiebam.At ille ſumptis armis,reliquũ quidẽ corpus muniuit:at galeam nequaq; impoſuit,ſed nudo cõſiſtens capite pugnabat.Et initio quidẽ ipſe uulnus accepit,retorto gladio,ſucciſo poplite,ita ut multum ſanguinis deflueret.Ego interim iam metu præmortuus eram.At ille cõfidentius inuadentẽ aduer-

aduersarium obseruãs, ferit in pectore, transfigitq; ita ut ꝓtinus ad pedes illius procũberet. Ille fessus & ipse uulnere, mortuo incũbebat: parumq; aberat, quin ipse quoq; efflaret animã. At ego accurrens erexi, animũq; reddidi. Porrò ubi dimissus est, iam uictor declaratus: sublatum illum, domũ deportaui: multumq; temporis curatus à medicis, superuixit quidẽ, hodiéq; agit apud Scythas, ducta in matrimoniũ sorore mea: claudus tamen adhuc est ex uulnere. Hæc res Mnesippe nõ apud Machlyẽses, neq; in Alania gesta est: ut testibus careat, & ficta credi queat: uerum complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciã: si tibi quinto loco factum Abauchæ retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Boristenensiũ ciuitatẽ secũ adducens & uxorẽ, quã unice diligebat: liberos duos: alterũ quidẽ masculũ lactentẽ: altera uero erat puella septẽ annos nata. Erat aũt peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes: atq; is quidẽ è uulnere laborãs, qd in uia acceperat à latronibus, qui eos fuerant adorti: cũ quibus dũ pugnaret, ictus est in femore: ita ut ne stare quidẽ posset præ cruciatu. Itaq; noctu dormiẽtibus illis (nam forte in cœnaculo quodam diuersabãtur) ingens ortum est incendium: omniáq; circũdusit: iamq; flãma undiq; domum circũdedit. Ibi experrectus Abauchas: relictis liberis plorantibus: repulsa uxore, quæ inhærebat: iussaq; ut ipsa sese seruaret: amico in humeris sublato

lato descendit, perrumpensq; euasit: ita ut neq; aq; in/cendio læderetur. Vxor infantē baiulans consecuta est: monens puellulā, ut sese consequeretur. Ea uero semiusta, abiecto ex ulnis infante, uix exilijt è flamma. Deinde puella unà cum illa ueniens, penè & ipsa extincta est. Post hæc quū probro obiectaret quispiam Abauchæ, quod desertis liberis, atq; uxore, Gyndanem extulisset: Imo liberos, inquit, denuo parare haudquaq; difficile: tum incertū, an hi boni sint futuri: porrò amicum diu fuerit, priusq; inuenia talem, qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumētis est exploratus. Dixi Mnesippe: è pluribus his quinq; propositis, iam tempus est pronunciari, utri nostrum, aut linguam, aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus est iudex? MNES. Nemo. Neq; enim constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin quid agemus? Quando quidē in præsentiarū, nullo proposito scopo, sumus iaculati: de integro delecto arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus: deinde uter succubuerit, ei tum quidem amputetur, uel mihi lingua, uel tibi dextera. Aut si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari uisus es: ego nihilo secius puto, nullam esse mortalibus possessionem hac præstantiorē neq; pulchriorem: quin ipsi quoq; in unum copulati, illud approbamus: ut ex hoc die in totam usq; uitam simus amici, utriq; uictores, utriq; maximis potiti præmijs: uidelicet pro unica lin-

gua,unáq; dextra,binas uterq; habituri:atq; insup oculos q̃q; quaternos,pedesq; quaternos:in summa,duplicia oñia. Eiusmodi nãq; quiddam est:cum duo, tresq; copulantur amici,qualem Geryonem scriptores depingunt,senis manibus,ternisq; capitibus hominem. Si quidem(ut mea fert opinio) tres illi fuerunt,qui cõmuniter omnia gererent:ut dignũ est his,qui amicitia coniuncti sunt. TOXARIS. Probe dicis:atq; ita faciamus. MNES. Verum neq; sanguine opus est Toxaris, neq; Acynace, qui nobis amicitiam confirmet. Hæc enim cõfabulatio,& quod eadem amamus, id multo certius est calice illo quem bibitis:propterea quod huiusmodi non obligationem,sed animum postulare mihi uidentur. TOXARIS. Placẽt ista:iamq; amici atq; hospitessimus:tu mihi hic in Græcia:ego tibi, siquando in Scythiam perueneris. MNESIP. Nimirum ut sis sciens:ne quaq; me pigeat uel longius etiã proficisci,si tales amicos nãcisci liceat, qualem esse te Toxari ex tua oratiõe conijcio.

LVCIANI TOXARIS SEV AMICITIAE FINIS. DES. ERASMO ROTERO DAMO INTERPRETE.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. RBNATO EPISCOPO CARNVTENSI, ERASMVS ROTERODAMVS, S. D.

CVM MVLTIS modis compertum habere, ornatissime pater, quàm candide de meo ingeniolo, meisq; nugis, tu sentias, tum prædices, uir alioqui naris emunctissimæ: Iamq; ad Italicum iter accincto, per itineris comites non liceret celsitudinem tuam interuisere: ut esset tamen interim, quod te tui Erasmi commonefaceret: Luciani pseudomantē misi, sceleratissimū quidē illum: sed quo non alius sit utilior, ad deprehendendas, coarguendasq; quorundam istorum imposturas: qui hisce quoq; tēporibus, uel magicis miraculis, uel ficta religione, uel adsimulatis condonationibus: alijsq; id genus præstigijs, uulgo fucum facere solent. Eum igitur leges, uti spero, non modo cum fructu aliquo, uerūetiā summa cum uoluptate: propterea quod intelligam te, licet præter generis claritatem, fortunæ splendorē, muneris autoritatem, seriis illis ac tetricis studijs absolutum: nō solere tamē admodum ab his etiā elegantioribus Musis abhorrere: & huiusmodi lusus, nec inamœnos, nec

infrugiferos,arduis negocijs libẽter intermiſcere. Porrò quicquid eſt:uel nigri ſalis,quẽ Momo tribuũt:uel candidi,quem Mercurio aſſcribunt:id omne in uno Lucia no copioſiſſime reperias licebit. Carnutenſis oppidi, tam ſplendidum profecto,tamq; celebre phanũ,fulmine conflagraſſe:dici nõ poteſt, cõq; feram acerbe. Bene uale in reditũ ex Italia noſtrũ. Lutetiæ,An. M. D. V.

LVCIANI ALEXANDER SEV PSEVDOMANTIS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

VQVIDEM CHARISSIme Celſe,leuem forte quandam,ac facilem prouinciã tibi mandare uideris:quũ iungis,ut Alexãdri Abonotichitæ impoſtoris uitã, cõmenta, neq; nõ audaciam, præſtigiaſq; libro complexus,uolumẽ ad te tranſmittam:uerum ſiquis ea conetur omnia ad plenum enarrare:id profecto nõ minoris ſit negocij,cõq; Alexãdri eius, cui Philippus fuit pater,res geſtas literis prodere:tãtus hic ſcelere,quãtus ille uirtute,Attamẽ ſi candide,ignoſcenterq;

ſcenterq; legere uoles:& quod narrationi deerit, id ex te imputare atq; addere:conatum hunc te autore capeſſam:& Augei bubile ſi nõ omne,at certe pro mea uirili repurgare nitar, paucis aliquot elatis cophinis: nimirũ ut ex his coniecturam facias, quantus, cũq; immenſus fuerit fimus uniuerſus:quem ter mille boues multis annis reddere potuerint. Sed amborum interim nomine calũniã uereor,tuo pariter ac meo:tuo,qui iubeas memoriæ,literarumq; monumentis tradi uirum longe ſceleratiſſimũ:meo,qui ſumã operam in huiuſmodi narratione,rebusq; geſtis hominis:quem nequaq; oportebat ab eruditis legi:ſed in frequẽtiſſimo quopiã,& ampliſſimo theatro ſpectari à ſimijs, aut uulpibus diſcerptum:quanq; ſiquis hoc crimen nobis impegerit,poterimus & ipſi nos exemplo quodam ſimili tueri.Etenim Arrianus ille diſcipulus Epicteti,uir inter Romanos cũ primis laudatus,ac per omnẽ uitam in literarũ ſtudio uerſatus:quũ ſimile quiddam fecerit, pro nobis quoq; reſpõſurus eſt. Nam is quidẽ Tillibori latronis uitam deſcribere non eſt grauatus. Nos uero multo crudeliorem latronem memoriæ prodemus:quippe qui non in ſyluis ac montibus,ſed ipſis in urbibus ſit latrocinatus: neq; qui Minyã tantũ,aut Idam ſit pergraſſatus:neq; paucas quaſdẽ Aſiæ partes,uidelicet deſertiores depopulatus:ſed qui uniuerſam(ut ita dixerim)Romanorũ ditionẽ ſuo complerit latrocinio. Ac primũ tibi depin-

gam hominẽ: effigiẽ eius quoad potero, proxime uer bis adumbrans: tametsi non sum admodum pingendi peritus. Corpore igitur, ut interim & hoc tibi repræsentem, procerus erat, & aspectu decorus: planéq; specie diuina quadã ac maiestatis plena: colore candidò: barba nõ admodum hirsuta: coma partim natiua tectus, partim apposititia: Sed hac adeo sciẽter efficta: ut uulgus fere nõ sentiscret imitatam, ascititiamq; esse. Oculi uehementer acres ac uersatiles: tum diuinũ quiddam redolentes: uox dulcissima, pariterq; clarissima. In summa quo ad has res, nulla ex parte poterat improbari: ac figura quidem hominis erat huiusmodi. Cæterum mens atq; animus. O malorum depulsor Hercules, & auersor tristiũ Iuppiter, seruatoresq; Dioscuri: in hostes potius contingat incidere, q; cum eiusmodi quopiam habere cõmercium. Siquidem ingenio, solertia, acumine longe præstabat cæteris mortalibus. Tum curiositas, docilitas, memoria, & ad disciplinas ingenij felicitas: horum unumquodq; supra quàm dici possit, illi suppetebat: quibus tamen pessimã in partem est usus. Et quũ haberet arma tam egregia sibi suppeditata: illico nimirũ omnium qui essent sceleribus nobilitati, facile summus euasit: uel superior Cercopibus, Euribato, Phrynonda, Aristodemo, Sostrato. Nam ipse quũ aliquando Rutiliano scriberet genero, modestissimé q; de se loqueret: Pythagoræ semet adsimilabat. Atqui ueniã mihi dabit

Pythagoras,

Pythagoras,uir ille quidem ſapiẽs,ac mente diuina:cæterũ ſi huius ætate uixiſſet,puer (ſat ſcio)præ hoc uiſus fuiſſet.Sed heus tu p Gratias,caue putes hæc in Pythagoræ contumeliam me dicere:quaſi uelim eos ſimilitudine rerũ geſtarum cõmittere.Verum ſiquis deterrima quæq; & ꝓbroſiſſima,quæ de Pythagora per calũniã feruntur(quibus equidẽ haudquaq; fidem perinde ut ueris habuerim)ſiquis tamen conferat in unũ:ea nimirum omnia,uix etiã minimã particulam adæquẽt Alexandrinæ uerſutiæ. Prorſum eñ imaginare mihi,& cogitatione finge,q̃maxime uariã ingenij temperaturã, indoleḿq; ex mendacio, dolis, periurijs, maleficijſq; confuſam,promptã,audacem,uerſatilem,& ad efficiendum quæ cogitaſſet,nullum refugientẽ laborem:appoſitam ad perſuadendũ,cuiq; facile fides habenda uideretur:tum quæ mire ſimularet optima quæq;:ea quæ à mente eſſent diuerſiſſima,præ ſe ferret.Primũ igitur nemo cum illo congreſſus eſt:qui non hac cum opinione diſceſſerit,ut eum mortalium omniũ optimum, æquiſſimúmq;:præterea ſimpliciſſimũ,miniméq; fallacẽ iudicaret.Accedebat ad hæc omnia grandium rerum conatus:quũ nihil puſillum cogitaret,ſed ad maxima ſemp appelleret animũ. Ita quũ eſſet adoleſcentulus adhuc, formoſus admodũ:ætate uidelicet tenera, ac uelut herbeſcente:id quod licebat partim è ſtipula conijcere:partim audire ex his,qui ita prædicabant:paſſim ſeſe proſtituebat,

ſtituebat:ac mercede ſui copiam faciebat ijs,quibus li bitum fuiſſet. Inter multos autē incidit in hunc amans quidam præſtigiator:ex eorū numero,qui magiam & diuinas incantationes profitētur:tum illectamenta ad conciliandam in amoribus gratiam:malorū immiſſiones in hoſtes:rationē eruendi,reperiendiq; theſauros, hæreditatum ſucceſſiones. Hic ubi conſpiceret bene ingeniatū puerū:atq; ad ſubminiſtrandū arti,negocióq; ſuo propenſiſſimū:utpote qui non minus illius adamaret maleficium,q; ipſe huius formam:erudijt eum,ſemperq; deinceps pro adiutore,miniſtróq; eſt uſus. At is publicitus quidem,& apud uulgus medicū ſcilicet agebat:didicerat aūt apud Thoonis Aegyptij cōiugem,

Carmen Homericū

Pharmaca mixta,ſalubria multa,at noxia multa.

Quorū omniū ſucceſſor hic,atq; hæres factus eſt. Porrò doctor ille & idem amator natione Tyanæus erat: uidelicet ex eorū numero, qui cum egregio Apollonio Tyanæo illo erant uerſati,totamq; illius tragœdiā peregerant. Vides quanam è ſchola tibi hominē refero? Verum ubi iam barba plenus eſſet Alexāder, Tyanæo illo uita defuncto:in egeſtatem redactus,defloreſcente ſimul & forma:unde uictū parare licuiſſet:nihil poſtea paruū agitabat animo. Sed inito cōmercio cū Byzantino quopiam,annalium ſcriptore uiro,qui in certamina deſcendunt,omniū ingenij longe ſceleratiſſimi: Coccōnas,opinor,erat cognomē:circūibant,impoſturis ludifi

cantes:

cantes:ac pingues homines (ſic em̃ illi peculiari Mago-
rum lingua uulgus appellant) detondentes. In his Ma
cetim mulierem opulentã nacti ſunt:natu quidem gra
uiorem illam,q̃ ut amoribus eſſet idonea:ſed quæ ſtu-
deret etiãdũ amabilis haberi. Ab hac uictus copia ſup
peditabatur:atq̃ hanc ex Bithynia in Macedoniã uſq̃
ſunt cõſecuti. Nam illi patria erat Pelle:qui locus olim
floruit ſub Macedonicis regibus:nũc à paucis,ñſq̃ ob-
ſcuris & humilibus incolitur. Ibi quũ conſpicerẽt imma
ni magnitudine dracones placidos admodum, ac man
ſuetos:adeo ut à mulieribus alerentur:& cũ pueris unà
cubarent:& calcantes ferrent:neq̃ cõmouerẽtur, ſiquis
ſtringeret,premeretq̃:denicq̃ perinde atq̃ infantes lac
è papilla ſugerent(nã ſunt id genus apud illos permul-
ti:unde ueriſimile eſt,olim illam de Olympiade fabu-
lam increbuiſſe:quũ Alexandrum cõciperet,huiuſmo-
di dracone quopiam opinor cum ea cõcumbente:)mer
cati ſunt ex his ſerpẽtibus unũ, qui eſſet pulcherrimus:
obolis ſane paucis. Atque(ut Thucydidis utar uerbis)
hinc iam bellum oritur:nimirum quũ duo facinoroſiſſi
mi,& immani audacia præditi, neq̃ non ad maleficia
promptiſſimi,ſocietatem iniſſent: facile perpenderũt,
hæc duo potiſſimũ in hominũ uita tyrãnidem obtine
re:ſpem,ac metum:quorum utroq̃ ſiquis ad cõmodita
tem uteretur,fore,ut is illico diteſceret. Siquidem utriq̃
iuxta,uel ei qui metu laboraret,uel huic qui ſpe tenere-

tur:uidebant præſciẽtiam q̃maxime neceſſariam eſſe, ſummeq; deſyderari:atq; hac uia Delphos olim fuiſſe ditatos,factosq; celebres: Præterea Delum, Clarum,& Branchydes:nimirum hominibus per hos,quos modo dixi tyrannos:nempe ſpem ac metum,ad ſacra cõfluentibus,ac futura prædiſcere cupiẽtibus:atq; huius rei gratia Hecatombas immolantibus,aureosq; dedicantibus lateres.Hæc ubi inter ſeſe uerſaſſent,ultróq; ac citro agitaſſent:uiſum eſt uaticiniũ,oraculúmq; cõſtituere: etenim ſi res ea proceſſiſſet:ſperabant ſe protinus diuites atq; felices fore.Quod quidem negocium magnificentius etiam illis ſucceſſit, q̃ expectauerant initio:& uel ſpe melius euenit. Hinc iam ſpectare cœperunt:primũ quidem de loco:deinde quonam exordio,quáue ratione negociũ oporteret auſpicari. Cocconas igitur Chalcedonem opportunã eſſe cenſuit:utpote regionem à negociatoribus frequentatã:tũ Thraciæ,Bithyniæq; confinem:neq; longe diſſitam ab Aſia, Galatiáq;:cunctis item imminẽtibus populis.At è diuerſo patriam ſuam prætulit Alexãder:nam aiebat,id quod erat res,ad huiuſmodi negociorum auſpicationem, aggreſſionemq; hominibus opus eſſe craſſis & ſtolidis:& qui uiderent admiſſuri. Cuiuſmodi Paphlagones affirmabat eſſe hos,qui ſupra Aboni murum incolũt:nempe ſuperſtitioſos pleroſq;,ac ſtolidos:q ſiquis tantũ apparuiſſet:tibicinẽ,aut tympaniſtam,aut qui cymbala pulſaret,ſecũ adducens.

adducens, cribro (quod aiunt) uaticinãs: illico uehemen ter omnes in illum inhient, & perinde ut cælitum quem piam intueantur. Hac de re quũ controuerſiæ nõnihil inter illos fuiſſet, tandẽ uicit Alexander. Itaq; profecti Chalcedonẽ (nam id oppidum uiſum eſt hac parte ha bere nonnihil ipſis conducibile) in Apollinis templo, quod eſt apud Chalcedonios uetuſtiſſimũ, æreas defo diunt tabellulas: quæ dicerẽt, breui admodum Aeſcula/ pium unà cũ patre Apolline in Pontũ aduenturũ, atq; Aboni murum inhabitaturum. Eæ tabellæ quũ eſſent de induſtria repertæ: facile effecerunt, ut hic rumor in omnem uſq; Bithyniam, ac Pontum dimanaret: mul to autem ante alios in Aboni murum. Nam hi proti nus ſtatuerant etiam templũ erigere: iamq; fundamen tis locum effoderãt. Hic igitur in Chalcedone relictus: Cocconas ancipitia quædam, atq; ambigua, obliquáq; conſcripſit reſponſa. Deinde paulo poſt diem obit, à ui pera (ſicut opinor) ictus: in huius demortui locũ accerſi tur Alexander: ac ſuccedit iam comatus: cæſarieq; pro/ miſſa, tunicam indutus purpuream albo intermixtam, ſupra eam ueſte amictus candida: falcem tenens exem plo Perſei, à quo ſe maternum genus ducere prædica/ bat. At perditiſſimi illi Paphlagones, quũ ambos illius noſcent parentes obſcuros atq; humiles: tamen oracu/ lo credidedunt ita canenti:

Perſides genere gratus Phœbo iſte uidetur:

Dius Alexander Podaliri ſanguine cretus.

Hic nimirũ Podalirius libidinoſus erat, ac natura mulieroſus: adeo ut à Tricca ad Paphlagoniã uſq; in Alexandri matrẽ ſit incitatus, illectuſq;. Repertũ eſt aliud oraculum, quaſi Sibyllæ prædiuinantis.

Ad maris Euxini littus, iuxtáq; Sinopam
Tirſide erit quidam Auſonia de gente ſacerdos:
Qui prima ex monade, tribus ac decadis, referabit
Quinq; alias monades, uicenáq; ter repetita
Quadrorbem numerum, referentẽ nomina diui,
Qui ueniet laturus opem mortalibus ægris.

Alexander itaq; multo poſt in patriã irruens cum eiuſmodi Tragœdia, conſpicuus erat ac ſplendidus: quũ interim furore afflatum ſeſe nõnunq; adſimulabat: ore ſpuma completo: id quod ille facile efficiebat, radicula (ea eſt herba lauandis lanis idonea) radice cõmanducata. Cæterum illis diuinũ quiddam, ac formidandũ ſpuma uidebatur. At multo antea ſibi finxerant, paraueranq; è linteis confectum draconis caput: quod ſpeciẽ quandã humanam præ ſe ferret, colorum fucis mire adſimulatũ: quodq; pilis equinis os & aperiret, & daudere. Tum lingua (ſicut eſt draconũ) biſulca atra promi nebat: quæ & ipſa pilis agebat. Porrò Pellæus ille draco iam pridem erat in promptu, domiq; alebatur: quũ res poſtularet, tum ab illis proferendus: unáq; in parte Tragœdiã acturus: uel princeps potius huius futurus fabulæ.

fabulæ. Iam uero ut erat maturũ aggredi: tale quiddã machinatur, noctu ueniens ad templi fundamenta nu per effossa. Constiterat aũt in eis aqua: siue quod ea in dídem alicunde destillauerat; siue quod ex æthere deci/derat: illic ouũ antea excauatũ deponit: quod quidẽ in tus occultabat fœtum recens æditum serpentis. Id quũ alte demersisset in abditas luti cauernas, rursum illinc discessit. At mane quũ in forum prosiliisset nudus: nisi quod subligari circum pudenda tectus erat, eóq; inaurato: tum falcem illam gestans, simulq; solutam uenti/lans, iactansq; comã: eorum more, qui à Cibele deorũ matre afflati cõueniunt, ac numine rapiũtur: conscensa sublimi quapiam ara concionabatur: ciuitatẽ eam bea tam esse prædicãs, quæ mox deũ propalam esset osten sura mortalibus. Porrò qui aderant (nam concurrerat uniuersa prope ciuitas) unà cũ mulieribus, senibus, pue ris, admirabantur: ac uota facientes adorabant. At ille uoces quasdam sonans incognitas, nihilq; significãtes: cuiusmodi sint Hebræorũ, aut Phœnicũ: attonitos eos reddebat: ut qui nihil intelligerẽt eorũ quæ dicebat: nisi solũ hoc, quod Apollinem, Aesculapiumq; passim ad miscebat. Sub hæc ad institutum templũ curriculo fugiebat: accedensq; ad fossam ac fontem illum, quẽ iam ante conditum oraculũ præstruxerant: ingressus aquã, magna uoce canebat laudes Apollinis & Aesculapij: in uitabatq; deum, uti dexter ac felix in ciuitatem adue-

niret. Deinde phialam postulat. Eam porrectã à quopiam, facile immergens, unà cum aqua lutóq; haurit: & ouũ illud in quo nimirum ille deum conduserat, candida cera, ceruſſaq; cõmiſſuram operculi ferruminans. Id quũ manu cepiſſet, affirmabat iam Aeſculapiũ tenere ſeſe. Interim illi ſtupidis, defixiſq; intuebãtur oculis, expectantes quidnam eſſet futurum poſtea: iamdudum admirantes ouũ in aqua repertum. Porrò poſteaq; fregiſſet idem caua uola compreſſum, ac ſerpentis illis fœtum exduſum excepiſſet: ſimulatq; mouentẽ hunc ſeſe conſpicerent ij, qui aderant, ac digitis circũuoluentem: protinus uocem tollebant, deumq; cõſalutabant, ac diuitatem eam fortunatã eſſe dictitabant. Singuliq; affatim uotis implebãtur: theſauros, opes, proſperam ualitudinẽ, aliáq; id genus ab illo flagitantes bona. Hic ille rurſus curſim ſeſe domũ abripuit: unà ſecum aſportãs, modo æditum in lucẽ Aeſculapium: bis natum ſcilicet, cum ſemel duntaxat naſcantur homines: atq; eum nó ex Coronide per Iouẽ, neq; coruo, uerũ ex anſere progenitũ. Populus aũt uniuerſus conſequebatur: omnes afflati deo: atq; ob ſpes animo conceptas, furore correpti. Interdiu igitur ſe continebat: ſperans fore, id quod & euenit, ut fama permoti, Paphlagonũ pars maxima concurreret. Ergo, poſteaq; urbs ita eſſet hominibus referta, ut iã redundaret: ſed qbus omnibus iã antea tũ cœrebrũ, tũ cor eſſet exẽptũ: neculla parte ſimiles uiderentur uiris

tur uiris pane uictitantibus(ut loquũtur Poetæ)uerum qui præter ſolam figuram nihil à pecudibus diſtarent: in ædiculis quibuſdam,in lecto reſidens:eo uidelicet ornatu,qui uatem mire deceret:imponit in ſinũ Pellæum illum Aeſculapium:qui quidem erat,ut dictum eſt,maximus,pulcherrimuſq;.Hunc totum ubi collo circũdediſſet,caudam foras prominere ſinens. Erat autem ingens adeo:ut cum per pectus illius effunderet, pars tamen humi traheretur.Solum autẽ caput ſub alis abditum teneret,illo nimirum omnia ferente:linteaceum illud draconis caput,altera in amictus parte contextum oſtendebat:quod prorſum illius eſſe draconis uideret, qui à pectore ꝓminebat ſcilicet. Iam uero mihi cogita, ædiculas non admodũ illuſtres,nec ad ſatietatẽ uſq; luminis capaces:tũ turbã hominũ conuenarũ:quiq; aliis ex locis alij cõcurriſſent,tumultuantes:ac prius etiam q̃ iſta uiderent,mente attoniti, ſtupefactiq; : denicq; ſpebus illis ſublati. Quibus ingreſſis, nõ mirum ſi res uiſa eſt portentoſa:uidelicet ex modo puſillo ſerpente,intra pauculos dies tam immanẽ extitiſſe draconem humana ſpecie:atq; eũ inſuper manſuetũ,tractabilẽq;. Protinus aũt ad exitũ ꝓperabãt:& priuſq; exactius eſſent cõtemplati: ꝓtrudebant ab iis,qui noui ſemꝑ ingrediebant. Porrò è regione ianuæ, per quã intrabatur,patefactũ erat & aliud oſtiũ,per qd exiret.Cuiuſmodi qddã & Macedonas in Babylone feciſſe ferũt in Aleandri

morbo

morbo,quum ille grauiter iam ægrotaret:illi obſeſſa re gia deſyderarent eum intueri, ac ſupremum alloqui. Atq; hoc ſpectaculi ſceleſtus hic non ſemel, uerum crebrius exhibuiſſe dicitur:maxime ſiqui diuites aduenirent recentiores ac nouitij. Hoc loco,mi chariſſime Celſe,ſi uera fateri uolumus:æquũ eſt ueniã dare Paphlagonibus ac Ponticis illis hominibus,nimirum craſſis & ineruditis:ſi deluſi ſunt,quũ draconem manu cõtingerent:nam hoc quoq; largiebatur Alexander ijs,qui uoluiſſent:quũ q; cõſpicerent in dubia,malignáq; luce imitatũ illud illius caput:os ſcilicet nũc aperiens,nunc claudens:tanto artificio, ut res planè Democritũ aliquem requireret, aut certe Epicurum,Methrodorumue: aut alium huiuſmodi quẽpiam,qui prorſus adamantinam aduerſus hæc,atq; id genus alia,mentem obtineret:qui nullo pacto crederet,quiq; uel quid eſſet rei, cõiecturis colligeret:uel ſi uiam etiam,modumq; perueſtigare nõ quiret:illud tamen antea ſibi perſuaſum haberet, fugere quidẽ ſeſe modum,rationemq; præſtigiaturæ: cæterum quicqd eſſet negocij, prorſus ſimulatũ fucatumq; eſſe:ac ne fieri quidẽ ulla ratione potuiſſe, Paucis ergo diebus confluxit tum Bithynia,tũ Galatia, Thraciaq; eorum qui renũciabant,unoquoq;,ut fit,affirmãte ſeſe primũ naſcentẽ uidiſſe deum:deinde paulopoſt eundẽ contrectaſſe iam grandẽ admodum factum,uultu etiã homini adſimilem. Accedebant ad hæc picturæ,imagines,ſigna

nes,signa deum referẽtia:partim ex ære, partim argẽto efficta.Postremo nomen etiam inditum.Nam Glycon appellatus est:idq; iussu diuino carmine prodito. Ad hunc enim modum eloquutus est Alexander.

Sum ille Glycon:hominũ lux,ex Ioue tertia proles. Ast ubi iam maturũ esset: ut cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata:responsa quoq; redderet ijs, qui requisiuissent, diuinaretq; : accepta uidelicet ansa ab Antilocho,qui apud Cilices uatem egerat. Nam is quoq; post patris Amphiarei interitũ, posteaq; cꝫ ille inter Thebanos extare desijsset: patria pulsus, atq; in Ciliciam profectus:haud incõmode rem gessit,quũ Cilicibus euentura prædiceret,binos obolos pro singulis accipiẽs responsis.Ab hoc,inquã,arrepta ansa,prædicit Alexãder omnibus,qui aduenerãt,fore,ut deus ipse responsa daret:eiusq; rei diem quendã certum præloquutus est.Iussit aũt ut quisq; quod uideretur,quodq; maxime discere uellet, id in libello conscriberet:eumq; funiculis obuinctum,cera, argilláue, aut simili re quapiã obsignaret.Se uero receptis libellis, cum subisset adyta (iam enim oraculum erat extructum,& apparatæ cortinæ) ordine per præconẽ ac theologũ euocaturũ eos, q tradidissent:dehinc ubi de singulis esset edoctus à deo: libellos redditurũ, ita ut traditi fuerãt obsignatos:subscripto illis responso pro cuiusq; argumento:deo nimirum respondente,quacunq; de re quis esset scisciatus.

Erat aũt hic dolus, homini cuiuſmodi tu es: aut etiã (ſi modo dictu non eſt inuidioſum) cuiuſmodi ſum ego, manifeſtari⁹, neq; difficilis animaduerſu: uerũ idiotis, qbuſq; nares eſſent mucco obſitæ, minimeq; emũctæ, prodigioſum, planéq; incredibile quiddã eſſe uidebatur. Etenim quũ uarias eſſet cõmentus artes, quibus ſigna tollerentur: quæ quiſq; ſciſcitabatur, ea legebat; atq; ita quæ uiderent, ad interrogata reſpondebat. Deinde rurſum obuincta, obſignataq; reddebat: non ſine ſumma admiratione eorũ, qui recipiebãt. Plurimus eñ hic inter illos erat ſermo, qui tandẽ ſcire potuiſſet iſte, quæ ego illi tradidi ſaneq; diligenter obſignata ſignis imitatu neutiq; facilibus: niſi reuera deus eſſet quiſpiã, cui cũcta ſint perſpicua. Sed iam quibus artibus id effecerit, forſitan à me requires. Accipe quo uidelicet impoſturas eiuſmodi deprehendere queas, & coarguere. Prima ratio ſic habebat, Celſe chariſſime. Eam ceræ partẽ, quæ poſt ſignũ hærebat, acu candefacta liquefactã diducebat. Tum ubi legiſſet: rurſum calefactam acu cerã, eam quæ à tergo funiculi fuerat, ſigno eodem manẽte, facile coagmentabat. Porrò ſecundus modus conſtat p id, quod collyriũ uocant. Id conficitur ex pice Berytia, bitumine, ac lapide perſpicuo trito, tũ cera & maſticha. Confectum igitur ex his omnibus collyrium igni calfactum, inuncto prius ſuillo pingui, ſigno applicabat, ac ſymboli figuram excipiebat. Id ſimulatq; ſiccum eſſet

factum

factum (siccabatur aũt protinus) cõmode resignabat li bellos. Quibus perlectis, impositæ ceræ denuo, perinde atq; è lapide signum idem imprimebat, ad archetypi si militudinem mire effictum. Post hæc iam tertiã accipe rationem: Calce in gluten iniecta, quo uulgo codicillos adglutinãt: atq; ex his confecta ceu cera, mollem adhuc eam admouebat signo, statimq; detrahebat. Nã illico siccescit adeo, ut cornu uel ferro potiꝰ reddat solidius. Hac ad imprimendũ signum uti cõsueuerat. Sunt præ ter has & aliæ complures uiæ: quas omnes referre nihil necesse est, ne parum uidear modestus: maxime quum tu in his quos de Magorũ artibus conscripsisti cõmen tarijs, tum pulcherrimis, tũ utilissimis: quiq; modestos reddere queant, siquis in eis euoluendis uersetur: abun de multa retuleris, longéq; his nostris copiosiora. Red debat igitur oracula, diuinabatq; nõ mediocri ad eam rem utens ingenio: artéq; negocium reddens probabi lius, dum alijs obliqua quædam & ambigua respondet ad ea, quæ proponebãtur, alijs penitus obscura. Quan doquidẽ & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebat, alios adhortabat, prout sibi magis cõ ducere coniectasset. Nonnullis remedia morborum, ui tæq; rationes præscribebat: quum sciret (ut initio dixi mus) complura atq; efficacia pharmaca. Maiorem autẽ in modum Cytmides ab illo probabãtur: id est nomẽ cõfictum emplastri, ursino adipe confecti. Porrò spes,

rerũq; ſucceſſus & incremẽta. neq; non hæreditatũ ob uẽtus ſemp in aliud tempus reijciebat. Illud interim addens: cuncta hæc tum obtingẽt, quũ ipſe uolam, quũq; uates meus Alexãder me rogabit, próq; uobis uota faciet. Deniq; merces erat unicuiq; reſponſo præſtituta: nempe drachma cum obolis duobus. Ne uero puſillũ aut exiguũ fuiſſe putes amice hunc quæſtũ: quũ in annos ſingulos ad ſeptuaginta, aut octoginta milia rediret: uſq; adeo auidis & inſatiabilibus hominibus: ut ſinguli ſupra decem, aut quindecim rogationes traderẽt. Cæterũ ea quæ capiebat, non ipſe ſolus ſolitus eſt inſumere: nec rurſum ad cõgerẽdas opes in theſaurũ repone re: uerũ compluris & alios habebat ſecum adiutores ac miniſtros: tum qui ſcitarentur: qui uerſibus oracula conderent: qui reſponſa ſeruarent: qui ſubſcriberẽt: qui obſignarent: qui interpretarẽtur: quorum unicuiq; pro dignitate, meritóq; lucrum impartiebat. Ad hæc nónullos foras, & in longinquas regiones emandarat: qui famam eius oraculi inter gentes diſſiparent: affirmantes ipſum etiã prædicere, reuocaréq; fugitiuos: fures ac prædones indicare: theſauros effodiendos oſtendere: morbo laborantibus mederi: quoſdam etiã uita defunctos in uitam reuocare. Concurrebat igitur undiquaq; magnóq; tumultu concitati adproperabãt: ſacrificabantur: dicabantur munera, eáq; duplicata, prophetæ, diſcípulóq; dei. Iam emñ & tale quoddã oraculum exierat.

Muneribus

Muneribus decorare meum uatem atq; miniſtrum
Præcipio: nec opum mihi cura, at maxima uatis.

Verum ubi iam plericq;, quibus mẽtis pluſculũ inerat, non ſecus atq; ex alta ebrietate reſipiſcentes, conſpiraſſent in illum: præſertim ex his, qui ſtudebant Epicuro: iamq; paulatim in oppidis deprehenderetur uniuerſa præſtigiatura, fictuſq; fabulæ apparatus: horrendum quiddã in eos ædidit: dicens impijs & Chriſtianis impleri Pontum, qui non uererẽtur in ſeſe turpiſſime maledicere. Eos iuſſit lapidibus pellerent, ſi modo uellent propiciũ habere deum. Porrò ſuper Epicuro, huiuſmodi quoddam oraculum prodidit. Sciſcitãti cuipiã, quid ageret apud inferos Epicurus: plumbeis, inquit, compedibus uinctus in cœno deſidet. Et adhuc miraris, ſi magnopere creuit eius celebritas oraculi: quũ uideas interrogationes adeuntiũ, q̃ ſint prudentes, q̃q; eruditæ? Modis autẽ omnibus bellũ erat illi cum Epicuro ſæuũ & irreconciliabile: idq; iure optimo. Nam cum quo tandem iuſtius bellũ gerat, homo præſtigiator, & mõſtris ac portẽtis amicus, ueris inimiciſſimus, q̃ cum Epicuro uiro uidelicet, qui rerum naturã perſpectam haberet: quiq; unus, quid in his eſſet uerũ, uideret? Nam Platoni, Chryſippo, aut Pythagoræ erat amicus: atq; alta cũ illis pax intercedebat. At intractabilis ille Epicurus (ſic enim appellat eum) erat illi plurimum inuiſus: atq; id merito: quippe qui hæc omnia ridicula ac ludicra duce

ret. Quam ob cauſam inter urbes Ponticas Amaſtrim in primis habebat exoſam: eo quod acceperat eos, qui cum Lepido erant: alios item horum conſimiles ꝯplurimos ea in ciuitate uerſari. Neq; unꝯ Amaſtrino cuiꝯ oraculum reddidit: quin ubi conaretur etiam fratri proconſulis reſpondere, deridicule ꝓfecto diſceſſit: quũ nec ipſe, quemadmodũ idoneum oraculum fingeret, inueniret: nec haberet, qui ſibi in tempore poſſet cõponere. Nam quũ ille de ſtomachi dolore cõquirenti, uellet præſcribere, uti ſuillum pedem cum malua præparatũ ederet, hunc in modum ait:

Maluaca porcorum ſacra cunimato Sipydno:

Crebrius autẽ (uti iam diximus) draconem oſtendebat ijs, qui uellent: haud totum tamen, ſed caudam potiſſimum, ac reliquũ corpus oculis exponẽs: caput uero ne uideri poſſet, abditum in ſinu ſeruabat. Verũ quo magis etiam redderet attonitam multitudinem: pollicitus eſt ſeſe exhibiturũ ipſum deum loquentẽ, citráq; interpretem ædentem oracula. Deinde nõ magno negocio, gruũ arteriis contextis, ac per lineum illud draconis caput, quod erat arte adſimulatũ, inſertis: alio quopiam per has foris inſonãte, reſponſitabat ad ea, quæ proponebantur: uoce nimirum per linteaceum illum Aeſculapium ad aures promanãte. Huiuſmodi reſponſa αὐτόφωνα dicebãtur, id eſt, ipſius uoce reddita: neq; quibuſlibet, neq; paſſim dabantur: uerũ ſplendidis modo, atq;

opulentis:

opulentis:& qui grandia largirent. Itaq; quod Seueria no redditum est super expeditione in Armeniam susci pienda,ex Autophonis erat. Adhortãs enim illum ad incursum eius regionis,sic ait:

Parthis Armenijsq; citato Marte subactis
Romam urbem repetes, & claras Tybridis undas:
Vertice serta gerens radijs distincta serenis.

Deinde posteaq; uecors ille Gallus persuasus,incursio nem fecisset:euenisseteq; ut unà cum exercitu cæderetur ab Othryade:hoc oraculum è monumẽtis sustulit:atq; aliud in eius locum substituit huiusmodi:

Agmẽ in Armenios ne duc:neq; eñ expedit isthuc:
Ne tibi fœmineis uir amictus uestibus, arcu
Exitium immittat:uitaq; ac lumine priuet.

Siquidem & hoc interim callidissime fuerat cõmentus: ut posterioribus, substitutitijsq; respõsis:ea quæ perpe ram,maleq; euenissent, sarciret ac mederet. Sæpius eñ ægrotis priusq; morerẽtur,prædixerat fore,ut reualesce rent. Quibus moriẽtibus,alterum oraculum illico para tum erat,quod superiori diuersa caneret.

Posthac desine opem morbo petere exitiali:
Mors etenim manifesta,nec euitare licebit.

Porrò quũ non ignoraret,q in Claro ac Didymis,Mal óq; responsa ferebant,ipsos quoq; huiusmodi quadã arte diuinãdi celebres haberi:eos sibi reddebat amicos, pleroscq; consultorũ ad illos remittens,his uerbis:

Nunc

Nunc Claron ito, mei uocem patris auditurus.

Et rursus:

Branchydica accedas adyta: atq; oracula quæras.

Et iterum:

Mallon abi, Amphilochi quærens oracula uatis.

Et hactenus quidem de ijs, quæ intra patriæ fines, usq; ad Ioniam, Ciliciam, Paphlagoniam, Galatiamq; designauit. Vt uero & in Italiã oraculi fama permanauit: inq; ipsam Romanorũ urbem: iam nemo omniũ erat, qui nõ alius aliũ anteuertere studeret: dum hi quidem eò proficiscũtur ipsi: illi uero mittunt: potissimũ hi, qui potentia atq; autoritate plurimum in Republica polle bant. Quibus princeps quasiq; signifer extitit Rutilianus: uir aliàs quidem honestus ac probus: tum complu ribus in prælijs Romanorũ spectatæ uirtutis. Sed qui in his quæ ad deos pertinent, parum sanè saperet: erat cui prodigiosa quædam de illis essent persuasa: adeo ut si cubi lapidem, uel inunctũ, uel coronatum cõspexisset: cõtinuo procideret, atq; adoraret: ac diutius aduolutus uota faceret: bonáq; ac læta ab illo postularet. Hic igit simulatq; de oraculo inaudisset: parum aberat, quin omisso, quem tenebat exercitu, in Aboni murum auolarit: alios autem post alios eò legabat. Porrò qui mittebãtur, seruuli nimirum idiotæ quidam, facile decepti, domũ redibant: referentes partim quæ uiderãt, partim tanq; uidissent, audissentq;: permulta insuper accumulantes

lantes illis, quo domino fierent commendatiores. Inflammarunt itaq; senem infelicem: & in uehementē in saniam impulerūt. At ille passim ad omnes amicos accedens: quos habebat, quum plurimos, tum potentissimos: enarrabat, partim ea, quæ ab ijs quos miserat, accepisset, partim quæ ex sese effinxerat. Et ad eum modū iste compleuit urbem, concitauitq; cū plurimis item auditis expauefactis, atq; attonitis. Qui ꝓtinus & ipsi cupiditate flagrare cœperūt, ut aliquid suis de rebus audirent. Porrò Alexander aduenientes comiter excipiebat: ac xenijs, alijsq; magnificis donatos muneribus, ad eū remittebat: hoc agens, uti nō solum renūciarent oracula, uerūetiam dei laudes canerent, ac portentosa quædā de oraculo, deq; ipso mentirentur. Excogitarat autem tersceleſtus ille quiddā neutiq; inscitū: & ingenioſius, cū ut in uulgarem competat latronē. Etenim resignatis libellis, ac perlectis: siquid offendisset in ijs, quæ proponebantur, ita scriptū: ut cum periculo ac discrimine eius qui scripsisset, si proferretur, coniunctū uideretur, apud se detinebat: neq; remittebat: quo uidelicet obnoxios, ac propemodū seruos ob metum sibi redderet eos, qui miserant: quū in mentem illis ueniret, cuiusmodi de rebus consuluissent. Intelligebat aūt esse consentaneum: ut qui opibus ac potentia præcellerent, eiusmodi rogationes essent proposituri. Ab his munera cū plurima ferebat: quippe qui nō ignorarent sese intra casses eius te

G neri.

neri. Libet autem aliquot ex his responsis commemorare, quæ Rutiliano reddidit. Huic sciscitanti de filio, ex uxore priore suscepto: qui iam per ætatem maturus esset, ut disciplinis eruditetur: quem instituēdo in literis illi præceptorem deberet adhibere, ita respondit:

Pythagoram, egregiéq; canentem prælia uatem.

Deinde paucis post diebus, extincto puero, ipse quidē hærebat: nec habebat quod incusantibus responderet: oraculo uidelicet ita re præsenti confutato. At Rutilianus optimus ultro occupans, defendebat oraculū: affirmans hoc ipsum portēdisse deū: qui iussisset neminem quidem è uiuis adolescentulo deligi præceptorem: sed Pythagoram potius, atq; Homerum iam olim defunctos: quibus cum credibile esset eum iam uersari. Quid igit' Alexādro uitio uertere cōuenit, si istiusmodi homūculos dignos habuit, quibus fucū faceret? Rursum eidē percontāti, cuius tandē animā esset sortitus, ait:

Principio fueras Pelides, deinde Menander:
Deinde is qui nunc es: post fax phœbæa futurus.
Octoginta æuum ac centum produxeris annos.

At hic septuagenarius interijt, in insaniā uersus, haud expectato dei promisso: quanq; hoc quoq; oraculū ex Autophonis erat. Eidē item de uxore ducenda percontanti, aliquando incunctanter ac palam respondit:

Ducito Alexandro natam, Lunáq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem disiparat: filiam quam habebat,

habebat, è Luna sibi susceptã fuisse. Lunam em̃ ipsius amore captam fuisse: quũ dormientem aliquando conspexisset: nam id illi familiare est, formosos somno sopitos adamare. Porrò Rutilianus uir prudentissimus, nihil cunctatus, protinus accersit uirginẽ: nuptias conficit, spõsus iam sexagenarius, cõcumbitq; socrum suam Lunam solidis Hecatombis placans: iamq; sibi unus è cælitũ numero uidebat. At hic ubi semel in Italia rem esset aggressus, maiora indies ad hæc excogitabat: & in omnes Romanæ ditionis partes, qui perferrent oracula, dimittebat: prædicens ciuitatibus cauendã esse pestilentiam, incendia, terræmotus: se certa remedia traditurum, ne quid horum accideret, pollicebatur. Iamq; quũ pestilentia incubuisset: unũ quoddã tale oraculum, Autophonon & hoc, quoquo uersum gentiũ prodiderat, unico carmine comprehensum.

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Atq; hunc uersiculũ uidere erat passim pro foribus descriptum, tanq; aduersus pestilentiã remedio futurum. Verum ea res plurimis diuersam in partem euenit, propterea quod fortuna quadam sic accidit: ut eæ domus, quibus hic uersus esset inscriptus, potissimũ desolarentur. Neq; uero me putes illud dicere carmen in causa fuisse, ut interierint: uerum casu quodam ad hũc modum accidit. Et haud scio, an plerique fræti carmine, negligentius ac securius uixerint, nihil aduersum pestem præter

oraculũ adhibentes: perinde quasi syllabas pro sese pregnantes haberẽt, & intonsum Apollinem telis pestem propellentem. Exploratores item ex sua coniuratione ꝯplurimos Romæ constituerat: q sibi qua quisq; mente esset, indicarent: ac priusꝙ oraculũ adiissent, illi significarent quidnam essent percõtaturi, quidq; potissimũ cupere uiderentur: ut etiam priusꝙ aduenissent ij, qui mittebantur, ille iam ad respondendũ instructus ac paratus esset. Atq; hæc quidem & id genus alia machinamẽta, aduersus Italicas urbes præstruxerat. Nam præter hæc & initiationes quasdam instituerat, tædarũ per manus tradendarũ gestationes, & sacrorũ cerimonias: quæ quidẽ tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primo quidem die Athenienſiũ ritu, denunciatio fiebat huiusmodi. Siquis impius, aut Christianus, aut Epicureus mysteriorũ explorator accessit, discedat. Cæterũ qui deo credunt & parent, sacris feliciter initientur. Sub hæc protinus exigebant, illo præeunte, dicentéq;: Foras pellantur Christiani. Tũ multitudo ac damabat uniuersa: Foras pellãtur Epicurei. Dehinc Latonæ puerperiũ agebatur, & Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiæ: demũ nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, deiꝙ exortus. Porrò tertio die Podaliri cũ Alexandri matre cõiugiũ agebatur. Dadis aũt is appellabatur: idq; ex re, propterea quod faces quædam incenderẽtur. Postremo loco, Lunæ atq;

næ atq; Alexandri amores, ac nascēs Rutiliani cōiunx. At uero facem gestabat, mysteriáq; agebat Endymion Alexander: quin hic dormiēs scilicet, in medio iaceret: descenderet aūt in eum è tecti fastigio, tanq; è cælo, Lunæ uicem agens, Rutilia quædā formosissima cuiusdā è Cæsareæ domus præfectis uxor: quæ nimirū ut amabat Alexandrum, ita uicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti, tum complexus agebantur, tum oscula: idq; in propatulo. Quod nisi cōplures fuissent tædæ: forsan nōnihil & eorū quæ fieri solent infra sinum, patratū fuisset. Paulopost rursum introibat ornatu sacerdotali, multo cum silentio. Deinde ipse primus dara uoce sonabat, Io Glycon. Assonabant aūt bene canori scilicet homines: nempe præcones aliquot Paphlagones, Carbatinis calceati, plurimū alij nidorē ructantes, Io Alexander. Porrò subinde inter gestandas tædas, atq; inter mysticas saltationes, femur illius de industria renudatum, aureum apparebat: pelle, sicuti conijcio, inaurata circūdata, atq; hac ad tædarum fulgorem relucente. Itaq; quū duobus quibusdam ex eorum numero, qui desipiēter sapientes sunt, super hac re uerteretur altercatio: utrum Pythagoræ animum possīderet, uidelicet ob femur aureū, an aliū Pythagorico illi consimilem: atq; eam controuersiam ad ipsum Alexandrum retulissent: rex Glycon oraculo litem dissoluit.

Pythagoræ mens emoriturq;, oriturq; uicissim.

Vatis at est animus diuina è mente profectus:
Hunc pater auxilio misit iustisq; pijsq.

Et rursum:

Tecta Iouis repetet, iouiali fulmine tactus.

Porrò quũ cunctis alijs denunciaret, ut à puerili communitu tẽperarent, ceu re nefaria: uir ille egregius tale quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis urbibus imperabat: ut tertio quoq; anno mitterent, qui deo dicarentur, eiusq; laudes apud se canerent. Verum mitti oportere spectatos ac selectos: nẽpe nobilissimos & ætate florentissimos, formáq; eximios. Quibus indulsis perinde ut emptitijs ad libidinẽ abutebatur: modis omnibus in eos debaechari solitus. Præterea legẽ quoq; condiderat: ne quis maior annis octodecim sese admoto ore complecteretur: néue cum basio salutaret: sed reliquis manũ duntaxat osculandam porrigens, solis ætate, formáq; floridis osculum dabat: atq; his quidẽ inde cognomẽ inditum, ut intra osculum constituti dicerentur. Atq; in hunc modum uecordibus ac stupidis mortalibus illudens, perpetuo deinceps suas nequitias exercebat: passim cõstruprãs uxores, passim liberis abutẽs. Quin magnũ quiddam, cunctisq; optandũ uidebatur, si cuius uxorem uel aspexisset modo. Porrò si quã etiã osculo dignatus fuisset, nemo nõ ita putabat: quicquid esset bonarũ felicitatum, id omne semel in eam domũ influxurũ esse. Erant insuper, atq; eæ non paucæ: quæ

sese

ſeſe etiam peperiſſe ex illo iactarent, quod ita eſſe mariti ſuo teſtimonio cõfirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & ſacerdotis, uiri cuiuſdã Tyanei: cuius ſapientiam ex his quæ ſciſcitatus eſt, conijcias licebit. Hunc equidẽ legi pridem aureis deſcriptum literis, Tῆι in ipſis ſacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi rex Glycon: quiſnam es? Sum ille, inquit, minor Aeſculapius. Num alius ab illo priore? qd ais? Haud fas eſt ut iſthuc audias. Sed quot annos apud nos permanſurus, atq; oracula redditurus? Ad milleſimũ tertiũ. Deinde quò demigraturus? Ad Bactra, atq; in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros meos uictu, meaq; præſentia frui. At reliquæ ſortes: puta quæ in Dyndimis, Claro, Delphiſq; redduntur: utrum ab autore proficiſcuntur Apolline, an uana ſunt quæ illic æduntur oracula? Ne iſthuc quidem ſcire quæſieris: nefas enim. Cæterũ ego quis tandem poſt hanc uitam futurus ſum? Camelus, deinde equus: poſt hæc uir ſapiens, ac uates nõ inferior Alexandro. Atq; hæc Glyconis cum ſacerdote cõfabulatio. Poſtremo & oraculum carmine comprehenſum ædidit: quũ non ignoraret illum amicum eſſe Lepido.

Ne pare Lepido: namq; huic fatum inſtat acerbum. Mirum etẽ in modum metuebat Epicurum: ſicuti ſuperius dictum eſt: nimirũ ut artificem ac ſapiẽtem, ſuis artibus atq; impoſturis hoſtẽ, atq; infenſum. Itaq; ex Epicureis quẽpiam, auſum ſe multis præſentibus coarguere:

guere: propemodũ in uitæ discrimen adduxerat. Siquidem adiẽs ille, clara uoce dicebat: Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidã persuasisti: ut seruos suos apud Galatiæ præfectum capitis accerseret: hoc nomine, quasi filium ipsius, qui tum Alexandriæ erudiebatur, occidissent. Atqui uiuit adolescẽs, incolumisq; reuersus est: famulis iam supplicio affectis, qui tua opera bestijs traditi perierunt. Porrò huiusmodi quiddã acciderat. Cũ adolescentulus amne aduerso in Aegyptũ nauigasset: ad inundationẽ usq; subducto nauigio: persuasus est, uti pariter in indiam nauigaret. Itaq; dum diutius abesset, infelices illi eius ministri rati uidelicet, uel in Nilo nauigantem interisse puerum: uel à latronibus (nam id temporis permulti grassabantur) esse peremptũ: reuersi sunt domũ, renũciantes quẽadmodum è medio sublatus esset. Deinde proditũ oraculum, damnati serui: sub hæc adest adolescentulus, peregrinationẽ suã enarrans. Atq; hæc quidem ille. At Alexãder indignatione percitus, quod coargueretur: neq; ferens opprobratam sibi ueritatem: iussit ut qui adessent, lapidibus illum impeterent: alioq; & ipsos impios futuros, atq; Epicureos appellãdos. Dumq; illi iam lapidare cœpissent: Demostratus quidam, qui diuersabatur in Ponto: primus hominem sui corporis obtegens obiectu, morti subduxit: alioqui lapidibus obruẽdum, idq; iure optimo. Quid enim oportebat unũ inter tam multos insaniẽtes, sanũ esse:

eſſe:atq; á Paphlagonũ ſtultitia malum ſibi accerſere? Et illi quidẽ hæc euenerunt. Cæterum aduocatis iuxta oraculorũ ordinem ijs qui propoſuerãt(nam id fiebat pridie q̃ reſponſa redderet)præcone rogãte,an uatici/nari uellet:ſi cuipiã illorũ ex adyto reſpõdiſſet:in malã rem:huiuſmodi hominẽ neq; tecto quiſq̃ excipiebat, neq; igni,aquáue impertiebat: uerũ erat illi ſolũ aliud alio uertendum,tanq̃ impio, deorumq; contemptori, atq; Epicureo:quod quidem probrum omniũ erat grauiſſimũ. Quapropter unũ etiam Alexander quiddam deſignauit deridiculum. Nactus peculiares Epicuri ſententias,librum(uti ſcis) longe pulcherrimũ,ſummatim Epicureæ diſciplinæ decreta complectentẽ:mediũ in forum deportauit, ac lignis ficulnis exuſſit:tanq̃ autorẽ ipſum exureret ſcilicet,ac cinerem abiecit in mare,oraculo inſuper eam in rem ædito.

Edico decreta ſenis comburere cæci.

Haud perpendit ſceleſtus ille,quãtum adferret is liber cõmoditatum ijs,qui in eo legendo uerſarentur:quantamq; illis quietem, trãquillitatẽ,libertatemq; pareret: propterea quod à pauoribus,ſpectris,ac prodigijs liberaret:tum ſpes inanes,atq; immodicas adimeret cupiditates:mentẽ ſanam ac ueritatem inſereret,planéq; luſtraret animũ:nõ tæda quidem, aut ſquilla,aut alijs id genus nugamẽtis:imo recta ratione,uero,ac libertate. Accipe iam facinus quoddam hominis ſceleratiſſimi,

unũ inter omnia multo impudentíſſimũ. Quũ iam nõ mediocrẽ in Regiã aditũ ſibi patefeciſſet, incꝫ aulâ Cæſareã: præſertim Rutiliano rem adiuuante, atꝫ approbante: quũ bellũ quod in Germania gerebatur, maxime flagraret diuo Marco cũ Marcomannis & Quadis conſerente, oraculum diuulgauit: quo iubebat, uti duos leones uiuos in Danubiũ immitterẽt: uariꝭs cum odoribus, ac ſacris quibuſdam magnificis: ſed præſtat ipſum oraculum referre.

Gurgitibus fluuiꝭ turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros:
Monte feras alitas: tum quantum alit indicus aer
Florum atꝫ herbarũ bene olentũ: inoxꝫ futura eſt
Et uictoria: pax & amabilis: & decus ingens.

Ea quũ eſſent facta, quẽadmodũ ille præſcripſerat: leones quidẽ ſimulatꝫ in hoſtiũ regionẽ enataſſent: Barbari canes quoſpiã, aut lupos eſſe rati, fuſtibus arcebãt. At noſtrorũ, ptinus maxima ſtrages eſt cõſequuta: uiginti fermè milibus ſimul extinctis. His cõſimilia ſunt ea, quæ in Aquileia contigerunt: quũ parũ abfuerat, ut urbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat Delphicã illã reſponſionẽ: Croeſoꝫ redditũ oraculũ, frigide ſanè detorſit: dicens deũ quidẽ prædixiſſe uictoriã: haud tamẽ explicuiſſe, utrũ Romanorũ eſſet futura, an hoſtiũ. Tandẽ quũ plurimi iam eã in urbẽ confluerent: premeturꝫ Abonotichitarũ ciuitas multitudine eorũ, qui

ad oraculũ

ad oraculũ uentitabãt:neq; ſufficeret ſuppeditãdis ijs, quæ ad uictũ erant neceſſaria:cõminiſcit' oraculorũ genus quoddã id,quod nocturnũ appellabat'. Siquidẽ libellis indormire ſolet:ut aiebat ipſe:deinde tãq; in ſomnio diuinitus edoctus reſpõdebat:nihil certi tamen. Sed ambigue plerũq;,ac cõfuſim:maxime ſi quos libellos cõſpexiſſet,accuratius atq; obſeruãtius obſignatos. Ad hũc em̃ modũ citra ullũ reſignãdi periculũ,quicqd temere in mentẽ ueniſſet,ſubſcribebat:ratus & hoc ipſum oraculis cõuenire. Erant aũt ad id nõnulli cõſtituti interpretes,qui mercedẽ nõ exiguã colligebant ab ijs,q eiuſmodi capiebãt oracula:ut enarrarẽt ea,explicarẽtq; atq; hoc illorũ munus cõductitiũ erat. Nã interpretũ qſq; talẽtũ Atticũ pendebat Alexãdro. Nõnunq;,quũ neq; cõſuleret qſq;, neq; miſſus eſſet aliqs:imo quũ ne eſſet qdẽ hmõi quippiã:tamen oraculũ ædebat,uti ſultos mortales redderet attonitos. Q d'genus illud erat.

Hunc age quære tuam qui tectus in ædibus,ac te
Clam prorſum,uxorem uultúq; oculiſq; decoram
Stuprat adulterio:ſeruorum ex agmine primus,
Ipſe cui ſolus ſuaſiſti hæc omnia demens.
Eius enim florem libaſti:hoc dedecus ille
Nunc tibi compenſans,cum coniuge dormit herili.
Quin ijdem tibi iampridem letale uenenum
(Vt neq; quæ faciant,poſſis audire:nec unq;
Cernere luminibus)tecte furtimq; pararunt.

Inueniesq; tuo sub lecto pharmaca: iuxta
Parrietem, sub ceruicali condita: porrò
Istis conscia criminibus tua serua calypso est.

Quis Democritus principio non cõmoueretur, ubi nominatim & autores, & loca palam audisset designari? Verũ illico despuisset, simulatq; cognouisset, quo hæc artificio gererẽtur. Insuper & Barbaris nõ raro respondit, siquis patria lingua scisciteretur: puta Syriace aut Gallice: q̃ties difficile erat inuenire conterraneos eorũ, qui rogationẽ proposuissent: proinde receptis libellis, multum intercedere solet interualli, priusq̃ oraculum redderet: quo uidelicet interim p otiũ posset & soluere tuto libellos, & nãcisci, q cuncta possent interp̃tari. Qd genus erat & illud Scythæ cuiusdã redditũ oraculum.

Morphi ebargulis in umbra chuenchicranc, relinquet lucem.

Aliàs rursum: quũ nec adesset item quispiam, neq; tale quicq̃ omnino contigisset, citra carmen eloquutus est: Redito unde uenisti. Siquidẽ is qui te misit hodie, periit: interemptus à Diode uicino, accedentibus latronibus, Mango, Celere, ac Bubalo: qui nunc etiã cõprehensi tenentur in uinculis. Cæterũ pauca nunc accipe ex his, quæ mihi ipsi respondit. Sciscitato an caluus esset Alexander: quũ libellos palam atq; accurate obsignasset, responsum nocturnũ subscribitur. Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rursum quũ diuersis libellis

eandem

eandem rogationē propoſuiſſem: puta cuiatis eſſet uates Homerus: idq; alio atq; alio nomine: alteri ſubſcripſit, uidelicet deceptus à puero, qui rogatus, qua gratia uenit: ut remediū, inqt, peterē aduerſus laterū dolorē.

Cytmide te iubeo, ac lunari rore perungi.

Alteri uero ubi ſciſcitāti ei dictum eſſet, utrum mihi ſatius eſſet in Italiam nauigio, an pedeſtri itinere proficiſci, reſpondit: nihil quidē quod ad Homerū attineret.

Carpe uiam pedibus: rate ne ſulcaueris undas.

Multa id genus aduerſus illum ſum machinatus: quorum de numero fuit & illud, unica rogatione propoſita libello pro more inſcripti talis cuiuſdā rogatiōes octo: nomen aliquod ementitus, miſſis drachmis item octo: præterea quod fieri ſolitum eſſet adiungēs. At ille perſuaſus, partim miſſa mercede, partim inſcriptiōe libelli, ad unicam rogationem: ea erat huiuſmodi: quando deprehēdendus eſſet impoſtor Alexāder, octo miſit oracula. Sed quæ neq; cælum (quod aiūt) neq; terram attingerent. Verum abſurda, & intellectu difficilia omnia. Quod ille ubi in poſterum perſenſiſſet: præterea quod Rutilianum à matrimonio conatus eſſem auertere: ſuaſiſſemq; ne prorſus in diuinatiōe ſpes reponeret ſuas: oderat me uidelicet ita uti par erat, ſibiq; acerrimum hoſtem iudicabat. Quodam itaq; tempore percōtanti de me, Rutiliano ita reſpondit:

Noctiuagis gaudet ſcortis: ſpurcóq; cubili.

In summa: iure optimo me inuisissimũ habebat. Proinde quũ me in oppidũ aduenisse sensisset, méq; Lucianũ esse illum cognouisset: adduxerã autẽ milites duos: alterũ lancea, alterũ conto armatũ: quos quidẽ à Capidociæ præside mihi tum amico acceperam, quo me ad mare usq; deduceret: accersit illico, sanè q̃ comiter, multáq; cum humanitate. Ego quũ aduenissem: complures apud illũ reperio: porrò bona quadã fortuna, & milites unà mecũ adduxerã. Tum ille manũ mihi porrigit osculandã, quẽadmodũ uulgo facere cõsueuerat: ego admotus, perinde atq; osculũ daturus acri morsu corripio: ita ut parum abfuerit, quo minus illi manũ mancã reddiderim. Itaq; qui præsentes erãt, præfocare me accedere conati sunt tanq̃ hominẽ sacrilegũ: quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant, quod Alexandrũ illũ, nõ autẽ prophetã cõpellassem. At ille oppido q̃ generose obnitens cõpescuit illos: pollicitusq; est, se facile me placidum redditurũ, declaraturũq; quãtũ posset Glyconi qui nimirũ & hos qui maxime sæuirent, ferociretq;, sibi redderet amicos. Moxq; ablegatis oñibus, mecũ expostulauit, negans se dam esse, quæ suasissem Rutiliano. Ecquid me læsisset: ut ista in sese facerẽ, quũ possem illius opera apud illũ magnas ad res promoueri? Equidem hanc hominis humanitatẽ, cõmoditatemq; libenter accipio: perpendẽs nimirũ, quo forẽ in periculo constitus: paulóq; post prodibã, iam illi factus amicus. Ea

res profecto

res profecto, ijs qui uidebãt, uehemẽter erat ſtupenda, quod tam facile fuiſſem cõmutatus. Poſthæc quũ iam nauigare ſtatuiſſem: miſſis Xenijs ac muneribus pmultis (Eram aũt forte ſolus cũ Xenophonte, patre cũ reliquis meis in Amaſtrim præmiſſo) pollicetur & nauim præbiturũ ſeſe, & remiges qui nos aueherẽt. Etẽm arbitrabar hæc animo ſimplici, atq; officioſe fieri. Verũ ubi iã in medio eſſemus mari, uiderẽq; gubernatorẽ lachrymantẽ, & neſcio quid reliquis nautis cõtradicentẽ: non optimæ de euẽtu ſpes me ceperũt. Erat aũt illis ab Alexandro mandatũ: ut tollẽtes nos in mare præcipites darẽt. Quod ſi cõtigiſſet: facile quod mecũ gerebat bellũ, illi debellatũ fuiſſet. Sed is qui lachrymabat, effecit ne qd in nos grauius patrarẽt. Ac mihi quidẽ ita loquutus eſt. Annos natos, uti uides, ſexaginta: quũ antehac pie atq; inculpate uixerim, haudquaq; uelim in hac tam grãdi ætate, præſertim quũ uxorẽ & liberos habeã, homicidio manus impiare: indicãs uidelicet, cui⁹rei gratia nos ſuſcepiſſet, quæq; ſibi mãdaſſet Alexander. Expoſitis autẽ nobis in Aegialos: quorũ etiã egregius meminit Homer⁹: retro legit curſum. Ibi forte nactus præter nauigãtes legatos quoſdã Boſporanos Eupatoris regis nomine i Bithyniã, pficiſcẽtes: deportãdi uectigalis gratia, qd in ſingulos pendebat annos: quũ expoſuiſſem illis, qd me periculũ circũuallaret: atq; illi ſe mihi cõmodos, facilesq; præberẽt: recept⁹ in nauigiũ, incolumis in

Amaſtrim

Amaſtrim perueni. Tantillũ abfuerat ut perierim. Ex hoc nimirũ tempore,& ipſe aduerſus illum arma capiebam:omnemq; (quod aiunt) mouebã funem, quo hominem ulciſcerer:quẽ iam tum ante mihi ſtructas inſidias oderam,próq; ſummo ducebã hoſte, propter morum impietatem. Iamq; ad accuſationem intenderam animũ,non paucis mecum facientibus: maximéq; qui erãt ex Timocratis Heracleotæ ſchola philoſophi. Verum qui tum Bithyniæ Pontóq; præſidebat: nos cohibuit penè ſupplicans & obſecrans uti deſiſteremus. Etenim ob neceſſitudinẽ quæ ſibi cum Rutiliano intercederet,nequaq; poſſe ſupplicio afficere:nec ſi manifeſto in crimine deprehendiſſet. Atq; ita quidẽ ab iracundia deſtiti,méq; repreſſi:non in tempore rem aggreſſurus,quũ iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? An non & hoc inter alia facinus audax Alexandri:à principe Romano poſtulare,ut Aboni mur⁹, cõmutato uocabulo, Ionopolis appellaretur? utq; nomiſma nouũ ſignaret: altera quidã parte Glyconis obtinens imaginẽ:altera uero Alexandri:qui inſignia aui Aeſculapij,ac falcem illam Perſei,unde maternũ ducebat genus,teneret. Porrò quũ eſſet de ſeſe uaticinatus, oracullo ꝓdito, fatis decretũ eſſe, ut annos uiueret centũ & quinquaginta:dehinc fulmine ictũ,interitu maxime miſerãdo periturũ: nõdũ ſeptuaginta nat⁹ annos, interijt:uidelicet (uti conueniebat Podalirij filio) pede

ad inguen

ad inguen uſq; putrefacto, & uermibus ſcatens. Quo tempore ſimul & illud deprehenſum eſt, quod caluus eſſet: quũ medicis caput humectandũ præberet, ad mitigandũ cruciatum: id quod haudquaq; facere potuiſſent, niſi detracto galericulo. Hunc habuit exitum Alexandri tragœdia: atq; hæc fuit totius fabulæ cataſtrophe: ut res uideri poſſit prouidẽtia quadam eſſe geſta: quum caſu nimirum ad hunc modum euenerit. Reſtabat illud, ut & epitaphium uita acta dignũ ei conſtitueretur: neq; non certamina quædam agerẽtur ab ijs, qui in uaticiniũ coniurauerant: uidelicet impoſtoribus inſignibus, ac præcipuis ad Rutilianũ arbitrum ſeſe conferentibus: ut is pronũciaret, quem ex ipſis oporteret in oraculi ſucceſſionem capeſſendã eligi: atq; ſacerdotali, propheticáq; corona redimiri. Erat aũt in hoc numero ſimul & Paetus: qui artis pfeſſione medicus, tum ciuis quũ eſſet, iſta faciebat: neq; medico, neq; homine cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter, incoronatos eos remittebat: ipſi ſibi diuinandi autoritatẽ ſeruans, poſteaq; inde iam demigrauerat. Hæc amice ex plurimis pauca, quo deguſtamentũ hominis præberem, ſcribenda putaui: quũ uti tibi gratificarer, homini familiari atq; amico: quẽq; ego unũ omniũ maxime ſuſpicio: idq; plurimis nominibus: uel ppter ſapientiã ſingularem: uel ob amorem ueri: uel ob morũ manſuetudinẽ ac moderationẽ: uel ob uitæ tranquillitatem: poſtremo

comitatem atq; humanitatẽ erga hos, quibus cũ uiuis. Tum uero (quod quidẽ tibi fuerit etiam iucundius) ut Epicurũ ulciſcerer: uirũ uere ſacrum, ingenioq; diuino: quiq; ſolus quæ uere ſunt honeſta, & nouerit, & tradiderit: quiq; ſolus extiterit, qui liberos reddere ſolitus ſit eos, qui ſecũ haberent cõſuetudinẽ. Deniq; arbitror fore, ut ijs qui in hãc lectionẽ inciderint, liber hic nõnihil utilitatis afferre uideat: dũ quædã redarguit, quædã in opnionib⁹ horũ, q & recte ſentiũt, cõfirmat ac ſtabilit.

ALEXANDRI SEV PSEVDOMANTIS FINIS.

DES. ERAS. ROTEROD. INTERPRETE.

ORNATISSIMO

VIRO D. CHRISTOPHORO VRSEVVICO

ERASMVS ROTERODAMVS, S. P. D.

EQVIDEM hac mẽte ſemper fui ornatiſſime, idẽq; humaniſſime Chriſtophore: ut à nullo prorſum uitio perinde abhorruerim atq; ab ingratitudine: nec unq; iſtos hominis uocabulo dignos iudicarim, qui alieni in ſe meriti tẽpore ullo poſſent obliuiſci. Rurſus eos exiſtimauerim beatos, quibus tantũ facultatis fortunæ cõmoditas ſuppeditaſſet: ut bene de ſe meritis, poſſent parẽ remetiri gratiã: beatiſſimos autẽ quibus licuiſſet acceptũ beneficiũ aliquo cũ fœnore rependere. Proinde quũ antehac

tehac ſæpenumero mecũ repeterẽ, quantũ in me nihil promeritũ tua benignitas cõtuliſſet: (nam collatũ arbitror, quicquid ita delatũ eſt, ut haud ſcio utrũ per fortunã, an p meipſum: certe per te nõ ſteterit quo minus acceperim) circũſpectarem̃q; quonã argumento poſſem aliquã ſaltẽ erga te memoris, gratiq; animi ſignificationem dare: neq; in tanta fortunæ meæ tenuitate quicq̃ occurreret, qd ulla ex parte: nõ dicã tuis meritis reſponderet: ſed qd uel animo ſatiſfaceret meo: illlud denicq; mihi uenit in mentẽ: ut ſaltẽ iſtos quoſdã non inurbanos homines imitarer, qui floſculo quopiã inſigni, aut alio ſimili ſymbolio miſſo: uolũtatis ꝑpenſionẽ, promptiq; animi ſtudiũ teſtificari ſolent: præſertim ipſi tenues erga eos, qbus neq; res, neq; animus ſit alienorũ egens munerũ. Ergo Græcanica ingredienti μουσεῖα (nã muſarum horti uel mediis uernãt brumis) ſtatim inter multos uaria adblandiẽtes gratia, hic Luciani floſculus præter cæteros arriſit. Eum nõ ungue, ſed calamo decerptũ ad te mitto: nõ ſolũ nouitate gratum, colore uariũ, ſpecie uenuſtũ, nec odore modo fragrantẽ: uerũ etiã ſucco præſentaneo ſalubrẽ & efficacẽ. Om̃e tulit punctũ, (ut ſcripſit Flaccus) qui miſcuit utile dulci. Quod quidẽ aut nemo mea ſententia, aut noſter hic Lucianus eſt aſſecutus: qui priſcæ comœdiæ dicacitatem, ſed citra petulantiam referens: deum immortalẽ qua uafricie, quo lepore perſtringit omnia: quo naſo cuncta ſuſpẽdit: cq̃

omnia miro ſale perfricat: nihil uel obiter attingens, qd non aliquo feriat ſcõmate: præcipue Philoſophis infeſtus: atq; inter hos Pythagoricis potiſſimũ, ac Platonicis ob præſtigias: Stoicis item propter intolerãdum ſupercilium: hos punctim ac cæſim, hos omni telorum genere petit. Idq; iure optimo. Quid enim odioſius, quid minus ferẽdum, cũ improbitas uirtutis profeſſione perſonata? Hinc illi blaſphemi, hoc eſt, maledici uocabuli addidere: ſed hi nimirũ, quorum ulcera tetigerat. Papi libertate deos quoq; paſſim & ridet, & lacerat: unde cognomen inditum ἄθεου ſpecioſum profecto: uel hoc nomine, quod ab impijs ac ſuperſtitioſis attributum. Floruit (uti putãt) Traiani fermè tẽporib⁹, indignus (ita me deus amet) qui inter ſophiſtas annumeretur. Tantum obtinet in dicendo gratiæ: tantũ in inueniendo felicitatis: tantum in iocando leporis: in mordendo aceti: ſic titillat alluſionibus: ſic ſeria nugis, nugas ſerijs miſcet: ſic ridens uera dicit, uera dicẽdo ridet: ſic hominũ mores, affectus, ſtudia, quaſi penicillo depingit: neq; legenda, ſed planè ſpectãda oculis exponit: ut nulla Comœdia, nulla Satyra cũ huius dialogis cõferri debeat: ſeu uoluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatẽ. Cæterũ ſi nominatim quæras huius argumẽtũ dialogi: facit id, qd' ſemp̃ facit. Pythagoram uelut impoſtorem ac præſtigiatorẽ taxat. Stoicorum faſtum & ſapiẽtem barbam rider: diuitum ac regum uita, quantis ſit erumnis obnoxia docet

ret: cõtra q̃ expedita res paupertas hilaris, suáq; cõtenta sorte. Quẽ uti legas attẽtius, te maiorem in modum rogo: siquãdo tibi per tua licebit negocia, frontẽ exporrigere. Audies em̃ Gallum cũ hero sutore cõfabulantẽ: magis ridicule, q̃ ullus possit γελωτοποιὸς: sed rursum sapientius, q̃ Theologorũ ac Philosophorũ uulgus non nũq̃ in scholis magno supercilio, magnis de nugis disputat. Vale optime atq; humanissime Christophore, & Erasmũ inter tuos asscribito cliẽtulos, amore, studio, officio, cessurũ nemini. Ex arce Hãmensi, An. M. D. III.

LVCIANI SOMNIVM SIVE GALLVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

Interloquutores, GALLVS. MICYLLVS.

MICYLLVS.

AT TE sceleſtiſſime Galle, cũ iſta tanta inuidẽtia, uocéq; tam acuta, ipſe perdat Iuppiter: qui quidẽ opibus affluentem me, ac dulciſſimo in ſomnio uerſantem, & admirabili felicitate fruentem, penetrabile quiddã & damoſum reſonãs expergefeceris: adeo ut ne noctu quidem effugere liceat paupertatẽ:

uel te ipso longe nocentiorem. Atqui si coniectandum est: tum è silentio quod etiãdum ingens est, tum è rigore, frigoréq; quod nondũ me quẽadmodũ assolet, ante lucano morsicat, titillatq; (nã hic mihi certissimus gnomon aduentãtis diei) ne medium quidẽ adhuc noctis est. Sed iste peruigil perinde quasi uellus illud aureum seruet, ab ipsa protinus uespera uociferari cœpit. Verũ haud quaq; impune. siquidẽ mox pœnas de te sumã, fustéq; cõminuam, si diluxerit modo. Nam nunc negocium mihi facesseres, subsiliens in tenebris. GAL. Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi gratum esse factu rum: si quoad possem, alta nocte lucem anteuertissem: quo posses antelucano surgens, q̃ plurimũ operis conficere. Etenim si priusq̃ sol exoriatur, uel unicam feceris crepidã: isthuc laboris lucro tibi accesserit, ad parandũ uictum. Quod si tibi magis libet dormire: equidẽ tuo arbitratu quietẽ egero, longéq; magis mutus fuero piscibus. Cæterum tute uideto: ne per somniũ diues, esurias experrectus. MICYL. O prodigiorum auersor Iuppiter: O malorum depulsor Hercules: Quid hoc mali est? uocem humanã sonuit Gallus. GAL. Hoccine tandem tibi prodigiũ uidetur, si eadem qua uos lingua loquor? MICYL. Quid? an nõ hoc portentum? Sed auertite dij malum à nobis. GAL. At tu mihi uideris admodum illiteratus esse Micylle: nec euoluisse Homeri Poemata: in quibus equus Achillis, cui nomẽ Xantus, posteaq;

ſteaq̃ hinnitus lõgum ualere iuſſiſſet, medio in prælio conſtitit, diſſerens, toroſq; uerſus ordine recitans: non quẽadmodum nunc ego proſa oratione loquens: quin etiam uaticinabatur ille, déq; futuris ædebat oracula: neq; quicq̃ prodigioſum facere uidebatur: neq; is qui tum audiebat, malorum auerſorẽ, ita uti tu facis, implorabat: quaſi rem abominãdam & auertendam audiſſe ſeſe iudicaret. At quid tandem facturus eras, ſi tibi Argi nauis carina fuiſſet eloquuta: ita ut olim in Dodoniæa ſylua phagus per ſe loquẽs oraculum ædidit? Aut ſi tergora direpta ſerpere uidiſſes: ſi carnes boum mugire ſemiaſſas, coctaſq; uerubus trãſfixas? Ego uero, quũ Mercurij ſim aſſeſſor loquaciſſimi, deorumq; omniũ facundiſſimi: præterea cõtubernalis uobis, & cõuictor: haud mirum uideri debet, ſi ſermonẽ humanũ edidici. Quod ſi mihi recipias taciturum te: haudquaq̃ grauabor ueriorẽ tibi cauſam aperire: unde factũ ſit, ut eadẽ qua uos lingua loquar, & unde mihi ſuppetat huiꝰ orationis facultas. MICYL. Modo ne iſthuc ipſum ſit ſominiũ Galle, quod ita mecũ loqueris. Sed dicito p Mercuriũ, o prædare: quid etiam aliud rei tibi ſit in cauſa, ut iſtam linguã ſones? Nam ut taceã, neq; cuiq̃ proferã: quid attinet te ſollicitũ eſſe? Quis enim fidem mihi ſit habiturus: ſi cui narrẽ, me Gallũ hæc loquentẽ audiſſe? GAL. Auſculta igitur: nam orationem ex me audies: omniũ (ſat ſcio) maxime nouam atq; incredibilem. Siquidem

quidem hic qui nunc tibi Gallus appareo, non ita pri-
dem homo fui. MICYIL. Profecto & olim iſtiuſmo-
di quiddam de uobis inaudieram: Adoleſcentulũ quẽ
piam fuiſſe Gallum, Marti adamatum: atq; hunc deo
compotaſſe, colluſitaſſeq; & in uoluptatibus geſſiſſe
morem. Itaq; cum Venerem adiret Mars cum ea cu-
biturus: hũc quoq; Gallum unà ſecum adduxiſſe. Quo
niam autem Solem potiſſimũ metueret, ne ſi è ſublimi
conſpexiſſet, Vulcano ſe proderet: foris ad oſtium ado
leſcẽtulum ſemper relinquere ſolitum: cuius indicio cer
tior fieret, quando ſol emergeret. Deinde Gallum ali-
quando ſomno correptum, excubias deſeruiſſe inſcien
tem: Solemq; nullo præſentiẽte imminuiſſe Veneri ac
Marti ſecure dormienti: propterea quod cõfideret Gal
lum indicaturũ fuiſſe, ſiquis interueniſſet. Itaq; Vulca-
num à Sole edoctum, eos deprehẽdiſſe implicitos atq;
irretitos ijs uinculis, quæ iam olim in illos fuerat fabri-
catus. Porrò Martem ſimulatq; dimiſſus eſt, indigna-
tum aduerſus Gallum fuiſſe: atq; eum in auem trãſmu
taſſe: ijſdem armis, ut in capite pro galea criſtã obtine-
ret. Hanc ob cauſam quo uos Marti purgetis, quũ iam
nihil opus ſimulatq; Solem exorientẽ ſenſiſtis: multo
ante uociferari, atq; illius exortũ prænũciare. GAL. Fe-
runtur quidem & illa Micylle. At quod ego ſum natra
turus, multo aliud quiddã fuit: atq; adeo nuper admo
dum in Gallum trãſformatus ſum. MICYL. Quonam
modo?

modo? Nam iſthuc maximopere cupio cognoſcere. GAL. Audiſtin de Pythagora quodam Mneſarchida Samio? MICYL. Num ſophiſtam illum dicis, & præſtigiatorem: qui inſtituit ne quis uel carnes guſtaret, uel fabas ederet: ſuauiſſimũ mihi edulium, ſalubre & parabile à menſa ſubmouens? Præterea autem, qui mortalibus ſuaſit, ne intra quinquẽniũ loquerẽtur? GAL. Scis nimirum & illud: quẽadmodum Pythagoras eſſet, Euphorbus fuerit? MICYL. Præſtigiatorem & prodigioſũ artificẽ hominẽ aiunt fuiſſe, o Galle. GAL. Ille ipſe ego tibi ſum Pythagoras. Quare parce, quæſo, mihi conuiciari: præſertim quũ ignores, quibus ſim moribus. MICYL. At hoc rurſum multo etiam ꝯ illud portẽtoſius: Gallus philoſophus? Attamẽ expone Mneſarchi gnate: qui factum ſit, ut ex homine auis, ex Samio Tanagræus repente nobis prodieris. Neq; enim iſta ueriſimilia: neq; omnino facilia creditu. Quandoquidem duas quaſdam res iam mihi uideor in te animaduertiſſe, nimium alienas à Pythagora. GAL. Quas? MICYL. Alterum quidẽ, qd garrulus es, & obſtreperus: quũ ille ſilere in ſolidos qnq; annos (ſi memini) præceperit. Alterũ uero planè cum illius legibus pugnat. Etenim cum nõ haberem, quod tibi obiicerẽ: fabas heri (ſicuti noſti) ad te attuli. At tu nihil cunctatus, protinus eas ſublegebas: unde fit ut neceſſe ſit, aut emẽtitum eſſe te Pythagorã eſſe, quũ aliud quiddã ſis: aut ſi Pythagoras es, legem

prætergreſſum eſſe te, iuſq; uiolaſſe, quũ fabas ederis, perinde ac ſi caput patris comederis. GAL. Non cognoſti Micylle, quæ ſit harũ rerum cauſa: neq; quæ ad unũquodq; uitæ genus conducant. Ego tum quidẽ nõ eſitabã fabas, ꝓpterea quod philoſophus eſſem. Nunc contra comeſurus ſim, quippe auicio congruas: neq; no bis repudiandũ pabulum. Verum ſi moleſtum nõ eſt: audi quẽadmodũ è Pythagora cœperim eſſe id, quod ſum in præſentia: q̃q́q; in multis uitæ generib⁹ antehac uixerim: Et quid ex unaquaq; tranſformatione ſim cõ ſequutus. MICYL. Narra, quæſo: nam mihi quidẽ auditu iucundiſſimũ fuerit. Adeo ut ſiquis mihi deferat opinionem: utrum te iſta narrantem audire malim, an rurſum feliciſſimũ illud ſomniũ, quod paulo ante uidi uidere: haud ſciam utrũ electurus ſim: uſq; adeo cognata germanáq; uidẽtur eſſe iſta tua cum ſuauiſſimis illis uiſis: & ex æquo uos æſtimo, te pariter ac prædarũ illud inſomniũ. GAL. Etiãnum tu ſomniũ illud quod dudũ tibi uiſum eſt, in animũ reuocas: & inania quædam ob ſeruans ſimulachra, atq; (uti loquũtur Poetæ) cuanidã quandã felicitatem memoria cõſectaris? MICYL. Imo illud ſcias Galle: ne ullo qdẽ tẽpore unq̃ uiſi illius mihi uenturã obliuionẽ. Tantũ mellis ſomniũ aufugiens in oculis mihi reliquit: ut præ illo uix queã palpebras attollere, rurſus in ſomnũ coeuntes. Itaq; qualem uoluptatẽ mouent pennæ in auribus uerſatæ, talem titillationem

mihi

mihi præbent ea, quæ uidi. GAL. Nouũ quẽdam Herculẽ mihi narras amorẽ insomnij: siquidẽ alatum quũ sit (sicut aiunt) metasq; uolandi præscriptas habeat somnũ, iamq; septa transilit: in oculis etiam uigilantis obuersans, adeoq; mellitũ & euidens apparet. Quare peruelim audire, cuiusmodinã sit istud, quod te supra modum delectat. MICYL. Gestio narrare. Nam dulce est hoc ipsum meminisse, & cõmemorare de illo quippiã. Verum heus Pythagora: quando tu narrabis de tuis transformationibus? GAL. Vbi tu Micylle desieris somniare: melq; illud ab oculis absterseris. Interim prior dicito: uti intelligam, utrum ne per portas eburneas, an per corneas tibi somniũ aduolarit. MICYL. Neq; per has, neq; per illas, o Pythagora. GAL. Atqui duas has tantũ cõmemorat Homerus. MICYL. Valere sinas nugatorem illum Poetam, qui nihil de somnijs intellexit. Paupertiua fortassis somnia per istas cõmeant portas, qualia uidebat ille: neq; id admodum perspicue, quippe captus oculis. Mihi uero per aureas quasdam portas dulcissimũ hoc aduenit somniũ, & ipsum aureum, & aureis undiq; circũamictum, & auri plurimũ secum adducens. GAL. Desine optime Mida, de auro fabulari. Nã dubio procul ex illius uoto, istud tibi accidit insomniũ: & solidas auri uenas mihi duxisse uideris. MICYL. Multã auri uim uidi Pythagora multã, cẽ putas pulchri? quo fulgore coruscãtis? Quid tandẽ Pindarus

in illius laudem dicit: nam in memoriã redige, ſiquidẽ meminiſti: quũ aquam præſtantiſſimã dicẽs, poſtea au rum admiraꝛ, idq; iure, ſtatim in initio carminis unius omniũ belliſſimi. GAL. Num illud queris:

Aqua eſt illa quidem optima:
Cæterum aurum, uti candens
Ignis: ita enitens, no/
ctibus eminet eximie unum
Cæteras ſupra opes: quæ
Gloriam ac decus addunt.

MICYL. Per Iouem, iſthuc ipſum: perinde enim ac ſi in ſomniũ meum uideat Pindarus, ita prædicat aurũ: ſed ut tandem cognoſcas quale fuerit, auſcultа iam ſapien tiſſime Galle. Meminiſti ut heri nullũ domi cibum ac ceperim: ſiquidem Eucrates diues ille forte mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnã uenire iuſſerat. GAL. Iſthuc equidem planè memini. Nam to tum eſuriebã diem: donec mihi profunda tandẽ ueſpe ra domum reuerſus, ſubuuidus, uinóq; madens, quinq; illas fabas proferres: nõ admodum opiparam cœnam Gallo: qui quondã fuerit Athleta, quiq; olympia non ſegniter olim decertarit. MICYL. Aſt ubi reuerſus à cœ na fabas tibi obieciſſem, obdormiꝛ protinus. Tum mi hi, iuxta Homerum, ambroſia ſub nocte diuinũ quod dam haud dubie ſomniũ aſſiſtẽs. GAL. Sed prius quæ tibi apud Eucratẽ acciderint Micylle, narra: & cuiuſmo

di fuerit

di fuerit cœna, quæq; super cœnā acta sunt omnia. Nihil enim prohibet te denuo cœnare: si ueluti somnium quoddā eius cœnæ reducas: & quæ tum ederis, rursum cōmemoratione quasi rumines. MICYL. Credebā molestum futurum me, si hæc quoq; retulissem: uerum posteaq; tu desyderas, en id quoq; narrabo: quum nunq; antehac in uita cœnassem apud ullum diuitē, o Pythagora: heri bona quapiam fortuna in Eucratem incidi: atq; ego quidem simulatq; dominū illum salutassem: ita uti consueuerā, subducebā me: ne pudori illi essem, si lacera in ueste fuissem assectatus. At ille: Micylle, inqt, hodie natalicia filiæ celebro, plurimosq; ad cōuiuium amicos inuitaui: uerum quoniā aiunt quendā ex his incōmoda esse ualetudine, neq; posse pariter ad cōuiuiū nostrum accedere: tu eius loco uenito lotus: nisi ipse forte qui uocatus est, semet adfuturum renunciarit. Nam nunc quidem ambigit. Hoc ubi audissem, adorato diuite discedebam: omnes obsecrās deos, ut algidam febrē aliquam, aut laterum dolorem, aut podagrā morbi auctarium immitterent ualetudinario illi: cuius ego sellæ occupator, cœnæq; uicarius, & hæres eram uocatus. Interim hoc spacij, quod usq; ad balnei tēpus interceſſit, longissimū sæculum esse iudicabā: dum subinde respicio, quotquot pedum esset litera. & quando illos iam lauisse consentaneū esset. Hic ubi tempus tandem aduenisset: ocyus me corripio, atq; abeo, nitide admodū cultus: sic

tus: ſic obuerſo palliolo, ut qua eſſet parte puriſſimũ, ea uideretur. Offendo autem ad fores, & alios complures: in quibus etiam illum (geſtabatur autẽ à uiris quatuor) cuius eram ſubconuiua uocatus: qui male habere dictus erat: atq; id etiã præ ſe ferebat, q d' afflicta eſſet ualitudine. Nam ex alto gemebat, tuſſiebatq;, ac ſtrebat, uelut ex abdito: quodq; ægre redderetur totus pallidus ac tumens, annos natus circiter ſexaginta. Ferebatur autem Philoſophus quiſpiam eſſe, ex his, qui apud adoleſcentulos nugas deblaterant. At barba mire erat tragica, ſupraq; credi poſſet, tonſoris egẽs. Porrò increpante Archibio medico, quãobrem quum ita eſſet affectus, adueniſſet: non oportet, inquit, promiſſa deſerere, præſertim hominẽ philoſophum, etiam ſi mille urgeãt & inſtent morbi. Putauit em̃ Eucrates ſeſe à nobis haberi ludibrio. Haudquaq;, inquã ego: imo collaudabit te, ſi domi potius apud te uelis emori, q; in cõuiuio animã unà cum phlegmate excreans. Atq; ille quidẽ præarrogantia diſſimulabat ſeſe dicterium audiſſe. Haud multo poſt acceſſit & Eucrates iam lotus: conſpectoq; Theſmopolide (nam id erat philoſopho nomen) Præceptor, inquit, probe quidem factum abs te, qui ipſe ad nos ueneris. Tametſi nihilo deterius tibi fuerat futurũ. Siquidẽ etiã abſenti omnia ordine miſſa fuiſſent. Hæc ſimulatq; dixerat: introgreditur, manus illi porrigẽs pariter & famulis innitẽti. Ego igitur iam abire parabã: uerum ille

rum ille cõuersus ubi diu secum hæsitasset: posteaq; me tristẽ admodũ uideret: ades, inquit, tu quoq; Micylle, ac nobiscũ cœna. Nam filiũ in mulierũ condaui unà cũ matre cõuiuiũ agere iubebo, quo tibi sit locus. Ingrediebar itaq;, quũ parũ abfuerit, ut lupus frustra hians discederẽ: uerũ ingrediebar, pudefactus quod Eucratis filiolũ è conuiuio uiderer expulisse. Ast ubi iã tẽpus esset ut discũberemus: primũ tollentes Thesmopolim cõposuerunt, haud sine negocio per Iouẽ, quinq; (si dijs placet) proceri iuuenes, ceruices illi supponẽtes undiquaq: q̃ nimirũ in eodẽ habitu p̃manere, ac longũ etiã tẽpus durare posset. Deinde ubi nemo iam tolerare posset, ut iuxta illũ accũberet: me adductũ redinãt, ut eadẽ in mẽsa essem⁹. Deinceps cœnabam⁹, o Pythagora, opiparã quãdã & uariã cœnã: multóq; in auro, multo itẽ argẽto. Pocula erãt aurea, ministri formosi: tum cãtores, & cõcinandi risus artifices. In summa, iucũdissima quæpiã erat uita: nisi qđ unũ quiddã me uehemẽter male habebat: Thesmopolis obstrepens atq; obturbãs: uirtutẽ nescio quã mihi cõmemorãs, docẽsq;, qđ duæ negatiões unicã efficerẽt affirmationẽ: quodq;, si dies sit, nox nõ sit. Nõ nũq; & cornua mihi dictitabat esse: atq; id gen⁹ multa philosophabaꝫ erga me: qbus eiusmodi nihil opus: plane q; uoluptatẽ interpellatiõe minuebat, quũ nõ sineret exaudiri eos, qui cithara, uocéq; canebant. Habes Galle de cœna. GAL. Nõ admodũ suaui Micylle: maxime

posteaq;

postea cum illo deliro sene sortitus eras accubitum.
MICYL. Audi nunc & insomniũ. Visus enim mihi Ex
crates ipse, quum orbus esset liberis, nescio quomodo, è
uita decedere. Dehinc ubi me accersissset, ac testamentũ
cõdidissset: quo me in solidum hæredem omniũ scripse
rat, paululo tempore superstes emori. Porrò ipse uide-
bar adire facultates: & tum aurum, argentumq; ingenti
bus quibusdam scaphis exhaurire, perpetuo subscatu-
riens & affatim affluens: tum autẽ uestes, mensas, pocu
la, ministros, omnia mea, ut par erat, esse. Postea candi-
do uehiculo uectabar resupinus: cunctis qui intueban
tur, cõspiciendus & admirandus. Accurrebãt permulti,
ac circum equitabant: complures sequebãtur. Ego inte-
rim illius indutus uestitum, & annulos gerens circiter se
ptuaginta digitis insertos: epulum quoddã splendidũ
iubebam adornari, quo amicos acciperem. Iamq; illi, ita
ut in somnio fieri consentaneũ est, aderant: iam epulæ
erant comportatæ: iam potus ex animi sententia minis-
tratus. In his quum uersarer, & aureis phialis præbibe
rem omnibus qui aderãt amicis: quum iam inferretur
bellaria: intẽpestiuo tuo clamore perturbasti nobis cõ-
uiuium, mẽsasq; subuertisti: ac diuitias illas ita dissipa
sti, ut in auras euanescerẽt. Num tibi uideor iniuria sto
machatus in te? Nam uel tris noctes perpetuas libẽter
adhuc somniũ illud quod mihi accidit, uidere cupiam.
GAL. Adeo ne es auri cupidus, & opum auidus Micyl
leidq;

le:idq; ex omnibus unum admiraris,ac felicitatem unicam esse iudicas,si plurimum possideas auri? MICYL. Equidem haud solus ita cogito Pythagora:quum ipse quoq;,tum quũ Euphorbus esses,auro atq; argento comis intexto,prodibas pugnaturus cum Achiuis:idq; in bello,ubi ferrum q̃ aurum gestare satius fuerat. At tu etiam tum uoluisti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atq; ob eam(opinor)causam,Homerus comas tuas gratijs similes dixit, quod auro argentóq; reuincirent. Etenim longe nimirum meliores atq; amabiliores uidebantur,qd essent auro religatæ,unáq; cum eo relucerent. Neq; isthuc nouum est Auricome,si tu Pantho patre prognatus,aurum in precio habuisti: quin & ipse deorum omniũ,hominumq; pater ille Saturno,Rheáq; progenitus, quũ Argolicã illam puellã adamaret:ubi nihil inueniret amabilius in quod sese trãsformaret,neq; quo Acrisij custodias posset corrumpere:audisti uidelicet,ut aurum sit factus:atq; ita per tegulas illapsus,potitus est ea quam deperibat. Iam uero quid tibi cõmemorem, q̃ multos usus præbeat aurũ? Et ut eos quibus adfuerit,formosos, & sapientes,& potẽtes reddat,decus & gloriã illis cõciliãs? utq; nõnunq; ex obscuris & infamibus,claros ac celebres repente efficiat? Nam nosti uicinũ mihi & eiusdem artificij Simonem:qui paucis ante diebus apud me cœnauit:quũ legumen coquerem saturnalibus, duasq; extorũ cæsuras

immittens? GAL. Noui Simonem illum breuem: qui fictilem ollulã, quæ nobis erat unica, suffuratus, peracta cœna abijt, sub ala gestans. Nam ipse uidi Micylle. MICYL. Atqui quũ eam sustulerit, tã multos ille deos postea iurabat. Sed quur non prodebas: ac uociferabare tũ, o Galle, quũ nos furto spoliari cõspiceres? GAL. Coccyzabam, quod mihi solum licebat id temporis: quorum quid Simon ille? Nam uidebare de illo dicturus, nescio quid. MICYL. Ei consobrinus erat uir supra modũ diues, nomine Drimylus: is quoad uiuebat, ne obolum quidem donauerat Simoni: nam qui daret, quum ne ipse quidem pecunias attingeret? At simulatq; mortuus est nuper: uniuersis illis opibus iuxta leges Simon ille, qui coria putria, qui patellam circũlingebat, gaudẽs potitur: purpura ostróq; circũtectus: famulosq; & currus, & aurea pocula, & mẽsas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: iamq; nos ne aspicit quidem. Etemñ nuper quũ illum procedentẽ conspexissem: Salue, inquã, Simon. At ille indigne ferens: Edicite, inquit, mendico isti, ne uocabulũ meũ diminuat: neq; emñ Simon, sed Simonides appellor. Porrò (qd est omniũ maximũ) mulieres etiam illius amore capiũtur. Atq; is quidem eludit eas, ac fastidit: & alias quidem admittit, comẽq; sese præbet: aliæ porrò quæ negligũtur, necem conscituras sibi minitant. Vides quantas cõmoditates pariat aurum: quãdoquidẽ eos qui sunt deformissimi transfigurat:

transfigurat,& amabiles reddit,nō secus atq; cestus ille poeticus. Audis insuper & à Poetis dictum: O aurū au spicata res,& ostentum optimū. Et rursum: Aurum est quod opibus imperat mortaliū. Sed qd interim risisti Galle? GAL. Quoniā tu quoq; per inscitiā Micylle, simili modo falleris opinione de diuitibus,quēadmodū uulgus:uerū (crede mihi) longe etiā erumniosiorē uitā uiuunt,q; uos. Hæc aūt loquor,qui ipse & pauper & dives aliquando fuerim,atq; omne uitæ genus sim expertus. Porrò paulo post ipse quoq; hæc oīa cognosces. MICYL. Per Iouē tempestiuū iam est:ut & tu referas, quēadmodū sis trāsfiguratus:& quod in unoquoq; uitæ genere perspexeris. GAL. Ausculta:hoc tantum præmonitus:me neminē feliciorē uita q; tu sis, unq; uidisse. MICYL. Quàm ego sim,o Galle? Hāc felicitatē tibi ipsi imprecor. Nam uidere me tibi ridendū proponere. Verum age,narra:exordiens ab Euphorbo,quo pacto fueris in Pythagoram trāsformatus: Deinceps ordine ad Gallum usq;. Consentaneū em̄ est,te uarias res tum uidisse,tum tulisse:nimirum tam diuersis uitæ formis. GAL. Quēadmodum initio ab Apolline profecta anima in terram deuolarit, & corpus humanū subierit:ut illic pœnā quandā dependeret:id longum dictu futurū sit. Præterea neq; mihi referre fas es,neq; tibi eiusmodi audire. Verum ubi Euphorbus factus essem. MICYLLVS. Sed ego priusq; essem is,qui nūc sum: O præclare,quisnā

re,quisnã eram? hoc mihi prius dicito: nunquid & ego uersus fuerim itidem ut tu? GAL. Maxime. MICYL. Quis igitur eram? si quo modo potes dicere,peruelim enim isthuc cognoscere. GAL. Tu formica fueras Indica,ex earum genere,quæ aurum effodiunt. MICYL. Et postea neglexi infelix,uel paucula frusta in uitã importare:quũ illò essem alitus? Sed age,quid posthæc futurus sim dicito:quandoquidem consentaneũ est scire te. Etenim siquid bonæ sit rei:iam nũc suspendero me ab ista pertica,in qua nunc stas. GAL. Isthuc profecto nulla ratione possis cognoscere. Cæterũ quũ Euphorbus essem (nam ad illa redeo) in Troia pugnabã:atq; à Menelao necatus,aliquãto post tempore in Pythagoram perueni. Porrò eousq; absq; tecto perdurabam, donec Mnesarchus aliquãdo mihi domũ ædificaret. MICYL. Obsecro te,nũ absq; cibo potúq;? GAL. Maxime. Nihil em̃ istis rebus opus,nisi corpori duntaxat. MICYL. Illud igitur prius dicito:ea quæ ad Troiam gesta sunt, num ita se habent,qualia fuisse dixit Homerus? GAL. Quinam ille scire potuisset Micylle: qui quidem dum ista gerebãtur,ipse Camelus erat in Bactris? Cæterum ego tibi tandẽ effabor diuinitus,nihil id temporis eximium fuisse:neq; Aiacem usq;adeo magnũ, neq; Helenam adeo formosam, quẽadmodum arbitrãtur:siquidem uidi candida quandã & procera ceruice:ut hinc q̃ gno prognatam esse adsimularent. Cæterũ uehemẽter

anum.

anum,æqualem propemodũ Hecubæ: Hanc Theſeus primũ raptam in Aphidnis poſſedit. Is uixit Herculis fermè ætate. Porrò Hercules prius Troiam ceperat: patrum noſtrorum memoria, qui per id temporis maxime florebant. Nam hæc mihi Panthus narrauit, admodum adoleſcens: affirmans ſe uidiſſe Herculem. MICYLLVS. Quid autem Achilles? Num talis erat, nempe quauis in re præſtantiſſimus? An & iſthæc fabulamenta ſunt? GALLVS. Cum illo quidem congreſſus non ſum: neq; queam adeo comperte de rebus Græcorum dicere. Etenim qui ſcire potui, quum hoſtis eſſem? Certe Patrodum illius amicum, haud ita magno negocio peremi lancea diſſectum. MICYLLVS. Deinde te Menelaus, multo minore negocio: uerum iſtis de rebus ſatis. Nunc res Pythagoricas refer. GAL. Illud in ſumma Micylle: ſophiſta quiſpiã erã (oportet eñ uidelicet fateri uerũ) alioqui nõ imperitus, neq; inexercitatus in honeſtiſſimis diſciplinis. Profectus ſum autẽ in Aegyptum: quo cum prophetis congrederer, de ſapientia cõmunicatur?. Hic adyta ſubij, atq; ibi Ori & Iſidis libros perdidici. Poſt rurſum in Italiam renauigabã: ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didicerã, ita inſtitui, ut me perinde ac deum ſuſpicerẽt. MICYL. Equidem inaudieram iſthæc: præterea quẽadmodum creditus fueris, defunctus in uitam redijſſe: utq; aureum femur illis ſubinde oſtenderis. Verũ illud mihi dicito: quid tibi uenit in

mentē,ut legē ſtatueres:uti neq; carnibus,neq; fabis ue ſcerentur homines? GAL. Ne perconteris iſta Micylle. MICYL. Quā ob rem,o Galle? GAL. Nam pudet hiſce de rebus uerū fateri. MICYL. Atqui non cōuenit,uti id facere graueris apud hominē cōtubernalē & amicū:nā herū poſthac abſit ut dixerim. GAL. Nihil ſani,neque prædari quicq; erat:uerū animaduertebam,ſi conſueta modo,atq; id etiā uulgo præcepiſſem:non fore,ut mor tales in admirationem adducerē:ſed quo peregriniora, magiſq; aliena propoſuiſſem,futurū,ut hoc magis no uus,magiſq; uiderer admirādus. Proinde inſtituerā in animo,nouæ qddā rei deſignare:eiuſmodi ꝓpoſito de creto:cuius cauſa eſſet inexplicabilis,quo uidelicet alijs aliud cōiectantibus, omnes redderētur attoniti:quēad modū in obſcuris oraculis ſolet uſu uenire. MICYL. Il lud uide ut rides me tu quoq;:nō minus atq; Crotonia tas,ac Metapōticos,& Tarētinos:cūq; his alios,qui mu ti ſequūtur,tuáq; adorāt ueſtigia,quæ tu calcata reliqui ſti. Verū ubi Pythagorā exueras,quē poſt eū induiſti? GAL. Aſpaſiam Melitēſem illā meretricē. MICYL. Pa pæ,quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras? Itane fuit aliquādo tempus,q̄ tu Gal le generoſiſſime oua pariebas,cūq; Pericle rē habebas, iam Aſpaſia uidelicet:atq; ex illo grauida facta es? Præ terea lanam tondebas, tramāq; deducebas? Poſtremo meretricū in morem geſtiebas, uultumq; cōponebas?

Gal.

GAL. Ista quidē omnia feci: tametsi nō ego solus: uerū & ante me tū Tiresias, tum Elati proles Cæneus. Proin de quicqd in me cōuitij dixeris, tantūdem & in illos dixeris. MICYL. Age igit̄, utra tibi uita erat suauior, quū uir esses, an quū Pericles tecū haberet consuetudinem. GAL. Vides cuiusmodi istuc est quod percōtaris? nempe cui ne Tiresiæ quidē expedierit respōdere. MICYL. Atqui si min⁹ fateare tu: tamē isthuc Euripides satis explicuit, quū ait se malle ter sub dypeo cōsistere, q̄ꝫ pare semel. GAL. Imo præmoneo te paulo post puerperā fore: siqdē & tu mulier es olim futurus, idq̄ꝫ sæpi⁹ lōgo nimirū sæculorū orbe atq̄ꝫ recursu. MICYL. Nō tu pendebis, o Galle, q quidē omnis mortales Milesios aut Samios esse ducas? Nā aiunt te etiā tum quū Pythagoras esses, uenusta forma decorū, sæpius Aspasiam fuisse tyrānō. Verū age secūdū Aspasiā, in quē uirū aut mulierū denuo renat⁹ es? GAL. In Cratē Cynicū. MICYL. O Castor & o Pollux, q̄ꝫ dissimile: Ex scorto philosoph⁹? GAL. Deinde rex: deinde paup: paulo post satrapes: dehinc equus, graculus, rana, aliáq̄ꝫ innumerabilia: per lōgū em̄ fuerit singula recēsere. Postremo Gallus, atq̄ꝫ id sæpius: nā hoc uitæ genere sum delectat⁹. Interea & alijs diuersis mortalib⁹ seruiui: regib⁹, pauperibus, diuitibus: postremo nūc tecū uiuo: rideóq̄ꝫ quotidie, quū uideo te paupertatis tædio cōplorantē, eiulantēq̄ꝫ: ac diuitū admirantē fortunas, ꝓpterea quod ignores quātū illis adsit

illis adsit malorum: alioqui si curas noris, quibus illi distringuntur, teipsum profecto risseris: qui antea credideris eum, qui sit opulentus, statim felicissimũ esse omniũ. MICYL. Ergo Pythagora, aut quid maxime gaudeas appellari: ne confundam orationem, si te nunc hoc, nũc illo nomine compellem. GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum, siue Pythagorã, siue uocaris Aspasiam, siue Cratem: quandoquidẽ ista omnia sum unus: nisi quod rectius feceris, si (id quod in præsentiarum esse uideor) Gallum me uoces: ne auem hanc parui ducere, contẽne réq; uideare: præsertim quũ tam multas contineat animas. MICYL. Ergo Galle, quãdoquidem omnia penè uiuẽdi genera iam expertus es, atq; omnia cognita habes: age dilucide mihi narrato, quæ sint peculiaria diuitũ ad uitæ rationẽ, quæ pauperũ propria: quo uidelicet cognoscam, uere ne isthuc affirmes, me diuitibus esse felíciorem. GAL. En hunc ad modum interim perpende Micylle. Te quidem non magnopere tangit cura belli, siquando rumor sit aduentare hostes: neq; sollicitus es, ne in agros incursantes populentur, néue hortum proculcent, proterantq;, aut uineas uastẽt: sed simulatq; turbam audieris, si tamen audieris, de teipso uno circúspectas, quo deflexus seruari queas, ac discrimen effugere. Cótra illi tũ de sese solliciti sunt, tũ animo discrutiãtur, quũ de mœnibus quicquid opum possidebãt in agris, id omne tolli, deportaríq; conspiciunt. Ac siue inferendum est

dū eſt aliquid in ærariū,ſoli accerſunt:ſiue in prælīū ex eundū,periclitātur:aut peditū turmis,aut equitum alis præfecti. Tu interim uimineum gerens clypeum,expeditus ac leuis,ad ſaluti conſulendum,paratus uictoriale conuiuiū agere,ſiquando uictor exercitus ſacra fecerit.Rurſum pacis tempore,tu quidem quū de plebe ſis ingreſſus in concionem,tyrānidem in diuites obtines: illi uero trepidant,pauitantq;:ac largitionibus, choragijſq; te placant:ſiquidē quo tibi balnea,ludi,ſpectacula,reliquáq; id genus abunde ſuppeditēt, ea omnia curant illi. At tu,cēſor & acerbus expenſor perinde quaſi dominus,ne alloquio quidē interdū dignaris illos. qd' ſi tibi collubitum ſit, ingentibus ſaxis in illos degrandinas,uel facultates eorū publicas facis:ipſe neq; calūnia torem metuis,neq; latronem,ne tollat aurum,uel ædiū conſcenſo faſtigio,uel pariete perfoſſo:neq; neceſſe habes rationibus occupari, neq; exactionibus: neq; tibi cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictandum eſt,neq; tantas in ſollicitudines diſtraheris:uerum ſimulatq; crepidam unā perfeceris,mercedemq; retuleris ſeptē obolos,ſero ſurgis crepuſculo:& ſi libuerit,lauaris:tū empto ſaperda quopiā,aut moænide piſciculo,aut paucis ceparum capitulis,temet ipſe oblectas, canens plerunq;, optimáq; cū paupertate philoſophans:adeo ut eas obres ſalubri ſis,ualentíq; corpore,obdurueriſq; aduerſus gelu:ſiquidem labores,qui te exacuunt,muniuntq;,cer-

ratorem haudquaq̃ cõtemnendũ reddunt aduerſum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles eſſe uidẽtur. Atq; hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quod ſiquando leuis ceperit febricula: paulo negocio eã medicatus, ptinus exilis: inedia temet inde excutiẽs. Illa porrò fugit illico: quippe metuens te, quem uideat etiam frigore ali, ſaturumq; fieri: ac medicorum certis illis recurſibus longum plorare renũciantem. At illi ex aduerſo, propter intemperantiã uitæ, quid tandẽ mali nõ habent infelices? podagras, ptiſes, pulmonũ exulcerationes, aquas intercutes. Nam hæc oẽia à ſumptuoſis illis conuiuijs naſcuntur. Proinde quicũq; ex his lacri in morem (ut ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiuſq; ſe ſoli admouent, haud cogitantes, quod alas habeant cerа adglutinatas, ingentem nõnunq̃ ſtrepitum mouẽt. Cæterum qui Dædali exemplo non admodum ſublimia, neq; excelſa appetunt: uerum humilia, terræq; uicina: adeo ut cera nõnunq̃ ſalis aſpergine madeſceret, ĩj tuto plerũq; ac citra diſcrimen tranſuolarũt. MICYL. Moderatos iſtos & cordatos narras. GAL. Verum alio rum Micylle naufragia fœdiſſima conſpicias: nẽpe ubi Crœſus reuulſis alis riſum exhiberet Perſis, cõſcenſo rogo: aut Dionyſius quũ abdicatus tyrannide, Corinthiorum in urbe ludi literarij magiſtrũ ageret: poſt geſtum tantum imperium, puellos compellens ut ſyllabas cõcterent. MICYL. Dic mihi Galle: tu quũ rex eſſes (nam

ais te regem quoq; fuisse) cuiusmodi tandem id uitæ ge nus experiebaris? Mirum tu tum felix eras: quandoqui dem id quod est bonorum omniũ caput possidebas. GAL. Ne mihi in memoriam regeras, o Micylle: usq; adeo supra modũ infelix tum erã. Nam quo ad res ex ternas, quẽ admodũ dixisti, planè fortunatus esse uide bar: at int⁹ innumerabilib⁹ curis distringebar. MICYL. Quibus tandẽ curis? Nam rem prorsus absurdã neq; credibilem narras. GAL. Equidem imperabã regioni neutiq; exiguæ Micylle, omnijugarum rerum feracis: tum incolarum frequentia, neq; non urbium pulchritu dine cum primis admirandæ. Præterea fluminibus na uigabilib⁹, ac mari portuoso cõmodæ. Ad hæc exercit⁹ ingens, equa spectatissima atq; excellens, satellitium haud exiguũ, triremes, pecuniarum uis maior q̃ ut pos set numerari: uasorum argenteorum plurima copia, re liquáq; omnis illa principatus tragœdia, strepitusq; & apparatus supra q̃ credi queat, extructus atq; accumu latus. Itaq; quũ prodirẽ, plericq; adorabant, deũ quem piã intueri sese rati: aliíq; trudentes alios concurrebant, quo me conspicerent: nonnulli conscensis tectis, magni æstimabant: si plene contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diadematũ, anteambulones, & eos qui à ter go comitabantur. Ego inter hæc mihi conscius, quantæ me res discruciarent, uersarentq; illos quidẽ propter in scitiam uenia dignos iudicabã: at mei ipsius misereſce-

bat, qui prægrãdibus illis Coloſſis uideret perſimilis qualis uel Phydias, uel Myron, uel Praxiteles fabricatus eſt. Etenim illorũ quiſq; quo ad ea quæ foris apparent, Neptunus ipſe eſt, aut Iuppiter, mirifice decorus auro, eboréq; compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuſcinam dextra ſuſtinet. Cæterũ ſi immiſſo capite, quæ ſunt intus inſpicias: uidebis uectes quoſdã paxillos, & dauos introrſum prominentes: neq; non ui mina, cuneoſq;, & picem ſublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinſecus inhabitantẽ. Omitto recenſere muſcarũ, muſtelarumq; uim, quæ nónunq; in eis manſitant. Huiuſmodi quædã res nimirum regnũ quoq; uidetur. MICYL. Nondum explicuiſti, lutum, & dauos, & uectes, quinam fuerint in imperio: neq; fœditatem illam plurimã quænam ſit: nam iſtum ad modũ uectari, tã multis imperare mortalibus, ac numinis inſtar adorari: hactenus quidem cum Coloſſi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoq; diuinũ quiddam & admirandum: nunc autẽ quæ ſint intra Coloſſum exponito. GAL. Quid primo loco tibi referam Micylle: utrũ metus, curas mordaces, ſuſpiciones, odium, quo regem perſequũtur ij, qui cum illo uiuunt: inſidias, atq; eas ob res ſomnũ rarum, & hunc ipſum pertenuẽ, ac plena tumultus inſomnia, cogitationes perplexas, ſpes ſemper improbas, an ocij penuriã, & occupatiões, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, cõſultationes: quibus rebus fit,

ut ne

ut ne somnio quidem aliquo suaui frui liceat: uetum ut omnibus de rebus solus dispiciat necesse est, milleq; negocia sustineat.

Carmina Homerica.

Quippe nec Atriden Agamẽnona dulcis habebat
Somnus multigenas uersantem pectore curas.

Idq; quũ reliqui omnes Achiui sterterent. Adde quod Lydum illum discruciat, filius mutus: Persam uero, Clearchus ad Cyrum desciscẽs. Atq; aliũ quẽpiam, Dionem Syracusanis nõnullis ad aurem cõmunicans. Rursum alium quẽdam urit Parmenion collaudatus. Item Perdiccam Ptolemæus, Ptolemæũ Seleucus. Quin illa quoq; molestiam adferunt: Amasius per uim nõ sponte cõuiuens, cõcubina alio gaudens: tum siqui defectionem parare dicãtur: aut duo, quatuorue satellites inter sese consusurrantes. Porrò (quod est omnium grauissimum) amicissimi quiq; uel maxime sunt formidandi: semperq; metuendum, ne quid magni mali ab illis exoriatur. Nã alius à filio ueneno necatus est: alius itẽ ab Amasio. Alium simile quoddã fortassis mortis genus eripuit. MICYL. Apagesis. Atrocia, mirãq; sũt ista quæ narras, o Galle. Mihi igitur multo sit tutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, q̃ ex aurea bibere phiala comiter delatum haustum: cæterum cicuta, aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem hoc unũ est periculi: ut si paulum aberret smilion, deflectatq; à recta incisione: summũ secantis digitum exiguo sanguine tingit. At

iſti quẽadmodum narras, letifera agunt conuiuia: atq; id innumerabilibus in malis conſtituti. Deinde ubi cõciderint, perſimiles eſſe uidentur tragœdiarũ hiſtrionibus. Nam multi ſicut uidere licet, quoad Cecropes ſunt ſcilicet, aut Siſyphi, aut Telephi diademata geſtant, argenteiſq; capulis gladios, comamq; uentilantem, & auro intertextam chlamydem: quod ſiquis (qualia nimirũ permulta ſolẽt accidere) impulſos illos inedia in ſcæna præcipites det, riſum profecto moueãt ſpectatoribus: uidelicet perſona unà cum ipſo diademate cõtrita, uero autẽ actoris capite luxato, cruribuſq; maximaq; ex parte renudatis: ut iam interioris amictus, cẽq; miſeri ſint pãni fiat perſpicuũ: ac cothurnorũ quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, hauquaq; ad pedis modum reſpondentiũ. Vide ut me iã ſimilitudines conferre docueris optime Galle. Cæterum tyrannis talis quædam res tibi uiſa eſt eſſe: uerum ubi equus eſſes, aut canis, aut piſcis, aut rana, quomodo eam uitæ rationem ferebas? GAL. Iſtum quem nunc ſuſcitas ſermonem & longior ſit, neq; huius temporis. Illud autẽ unum in genere dixerim: nullam ex omnibus uitam mihi non uiſam tranquilliorem, uita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & uſibus circũſcriptam. Siquidem publicanum equũ, aut ſycophãtam ranam, aut ſophiſtam graculũ, aut popinatorẽ culicẽ, aut cinædũ gallum, atq; id genus alia, quæ uos ſtudio cõminiſcimini, haudquaq; inter illos

illos uidebis. MICYL. Quæ dicis, o Galle, fortassis uera sunt: uerum non me pudebit apud te fateri, quod mihi accidit. Haud unq̃ quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, uidelicet ut diues euadã. Quin nũc quoq; somniũ illud ob oculos uersatur, aurũ ostentãs: potissimũ autem sceleſtus ille Simon excruciat: qui qui dem tãtas inter opes delicietur. GAL. At ego te isto le/uabo morbo Micylle: tametsi nox etiãdum est. Surge modo, ac sequere me. Siquidẽ ad ipsum te Simonem adducam: atq; in aliorũ diuitum ædes: quo nimirũ ui/deas, quomodo res habeant apud illos. MICYL. Istuc quo pacto, dausis foribus? Num me parietes trãssode/re cõpelles? GAL. Nequaq̃: uerũ Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largitus est: ut siquis longissimã caudæ plumã, quæ ob molliciem inflectitur. MICYL. Atqui duas habes eiusmodi. GAL. At dextram ex his auulsam cuicũq; ego gestandã dedero, is quoad uolue ro, fores omnis poterit aperire, cunctáq; uidere, ipse in/uisibilis. MICYL. Equidem ignorabam, o Galle, te præ stigiarũ quoq; peritum esse. Porrò si mihi isthuc semel præstiteris, uidebis illico Simonis uniuersas opes huc deportatas: nam eas huc rediens transferam. At ille rursum circũrodet, ebibetq; putria coria, quibus cõsue/uit soleas cõpingere. GAL. Atqui nefas sit istuc facere. Siquidẽ Mercurius illud mihi mandauit: ut siquis pen/nam tenens, istiusmodi quippiam patrarit, uociferans furem

furem proderem. MICYL. Rem neutiq; ueriſimilẽ nar ras: nempe Mercurium quũ ipſe ſit fur, nõ ſinere alios, ut idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurũ aufe rã, ſi modo poſſim. GAL. Pennã prius reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulſiſti. MICYL. Tutius hoc quidem o Galle: tum tibi minus fœdum ſit futurũ, ne altera cau dæ parte mutilatus claudices. GAL. Age ſanè: ſed utrũ Simonem prius adimus, an alium quẽpiam diuitum? MICYL. Haud aliò, imo ad Simonẽ: qui uidelicet pro diſſyllabo, tetraſyllab⁹ eſſe affectet, poſtea q; dives eua ſit. Sed iam ad fores acceſſimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam ſeræ admoue. MICYL. Ecce autẽ dñi boni, oſtium perinde atq; claui reſiliũt. GAL. Perge porrò præcedens. Vides illum uigilantem ac ſupputan tem? MICYL. Video per Iouem, & quidem ad obſcurã ſiticuloſamq; lucernulã. Præterea pallet, haud ſcio unde Galle, totuſq; exaruit, atq; extenuatus eſt: mirum, ni cu ris. Neq; enim auditum eſt illum alioqui male habere. GAL. Auſculta quid dicat: ſiquidem intelliges, quibus de cauſis ad eum modum ſit affectus. SIMON. Nimi rum ſeptuaginta illa talẽta tuto admodum ſub lectica defoſſa ſunt: neq; quiſq; alius omnino uidit. At uero, ſedecim illa Soſylus equiſo uidit me ſub præſepi occul tantem: itaq; de curando ſtabulo non eſt admodũ ſol licitus, quanq; nec alias admodũ laboris appetens: ue riſimile eſt autẽ illum multo etiam his plura ſuſtuliſſe.

Nam

Nam unde alioqui Tibius heri tam ingẽs salsamentũ illi opsonio proposuisset? Tum autẽ aiunt illum monile emisse uxori drachmis quinq;. Hei misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid qd̃ ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum sint multa. Vereor eñ, ne quis ea suffosso pariete tollat. Complures mihi inuident, atq; insidias parant: Præter cæteros autẽ Micyllus iste uicinus. MICYL. Ita per Iouẽ. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. GAL. Tace Micylle, ne ꝓtinus ipso in furto nos prodas. SIMON. Optimũ igitur fuerit, ut ipse insomnis seruem. Omnẽ obibo domũ in orbem obambulãs. Quis iste? uideo te per Iouẽ. O parietũ perfossor: posteaq; es columna, bene res habet. Pernumerabo denuo refossum argẽtum, ne quid forte dudũ me fugerit. En rursum, obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atq; insidijs appetor ab omnibus: ubi mihi gladius? Si quẽq; deprehendero, rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habẽt, o Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiã, donec noctis adhuc aliquãtulũ supereſt. MICYL. O miser, cuiusmodi uiuit uitam? hostibus eueniat ad hũc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi in maxillam illiso, uolo discedere. SIMON. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. MICYL. Plora ac uigila, auriq; similis corpore reddaris: quãdoquidem illi affixus, deditusq; es. Nos autẽ, si uidetur, Gniphonem fœneratorẽ

uisamus. Nã nec is procul hinc habitat. ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. GAL. Vides hũc quoq; curis inuigilantem, & usurarum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham, aut culicẽ, aut muscam abeundũ. MICYL. Equidem uideo miserum ac uecordem hominẽ, ne nũc quidem multo melioré uiuere uitam, cẽ silphæ aut culicis. Adeo totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad tuum, si uidetur, Eucratẽ. En tibi fores per se patuere. Quin introimus? MICYL. Paulo ante hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nunc tu diuitias somnias? uides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, uirum natu grandẽ. MICYL. Video profecto quiddã haudquaq; uirile. Porrò altera ex parte ipsam itẽ uxorẽ à coquo constuprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctáq; possidere, quæ sunt Eucratis? MICYL. Haudquaq; Galle. Imo fame citius interierim, cẽ id genus quippiam patrare ualeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, cẽ si à domesticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quãdoquidem dies fermè diluxit, domũ ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs uidebis Micylle.

LVCIANI SOMNII SIVE GALLI FINIS.

DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

Ornatissimo

ORNATISSIMO

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI THOMAE RVTHALLO SECRETARIO REGIO, NVNC EPISCOPO DVNELMENSI, ERASMVS ROTERODAMVS, S. P. D.

VIDE quantum audaciæ mihi suppeditet singularis quædam ingenij tui, morumq; facilitas, humanissime Ruthalle: qui quum neutiq; ignorem te inter Aulicos primores, uel autoritate, uel gratia, uel splendore, uel eruditiõe præcipuũ esse: tamen nõ uerear meas nugas, rudes adhuc, uixq; è prima scheda repurgatas, ad tuam excellẽtiam mittere. Sed quid facerem? Iam urgebat nauita, uentos & æstum nulli seruire damitans. Itaq; ne nihil mei apud hominem tam nostri studiosum relinquerem, id quod tum forte erat in manibus: Misanthropum missi nimirum ad uirum unum omniũ Philanthropotaton: Is est Luciani dialogus: quo uix alius lectu, uel utilior, uel iucũdior: uersus quidem ille iampridem ab alio nescio quo: sed ita uersus, ut interpres hoc modo demonstrare uoluisse uideat, sese neq; græce scire, neq; latine. nec temere adeo quis suspicetur eum interpretem subornatum

ornatũ esse ab ijs, qui Luciano male uolunt. Tu nostri hanc audaciam boni consules: & Erasmũ in eorum numero pones, qui tui sunt amantissimi. Vale, Londini An. M. D. IIII.

LVCIANI TIMON

SIVE MISANTHROPVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

IVPPITER Philie, hospitalis, sodalitie, domestice, fulgurator, iusiurandice, nubicoge, grandistrepe: & si quod aliud tibi cognomen attoniti Poetæ tribuũt, maxime quum hærent in uersu. Nam tum illis tu multinominis factus, carminis tui nam fulcis, metricq; expleshiatũ. Vbi tibi nunc magnicrepũ fulgur, grauifremũ tonitru? ubi ardens, candens, ac terrificũ fulmen? Nam hæc omnia iam palam apparet nugas esse, fumumq; poeticum, nec omnino quicq; præter nominũ strepitum. Sed decãtata illa tua arma eminus ferientia expromptaq;, nescio quomodo, penitus extincta sunt, frigentq; adeo, ut ne minimam quidem scintillulã iracundiæ aduersus nocentes reliquã obtineant. Itaq; citius quiuis ex his, qui peieraturi sunt, extinctum

tinctum ellychniũ metuerit, q̃ flammam fulminis cuncta necãtis: usq; adeo titionem quẽpiam in sese uibrare te putant, ut incendium aut fumũ ab illo proficiscens, nihil quicq̃ formident: uerũ hoc solum uulneris inferri posse iudicent, ut fuligine compleant. Quibus rebus factum est, ut iam Salmoneus tibi sit ausus etiã obtonare: neq; id admodum ab re: quippe aduersus Iouẽ usq; adeo ita frigidũ, uir ad facinora feruidus, audaciáq; timidus. Quid ni enim faciat, ubi tu perinde ac sub mandragora stertis: qui neq; peierantes exaudias, neq; eorũ qui flagitia cõmittunt, respectum agas? Cæcutis aũt lippitudine, & hallucinaris ad ea quæ fiunt: aureisq; iam tibi obsurduerũt, instar horum, qui ætate defecti sunt. Quandoquidẽ quũ iuuenis adhuc esses, acriq; animo, uehemensq; ad iracundiam: permulta in homines maleficos ac uiolentos faciebas. Neq; tum unq̃ tibi cum illis erant inducíæ. Sed perpetuo fulmẽ erat in negocio: perpetuo obuibrabatur Aegis: obstridebat tonitru: fulgur cõtinenter iaculorũ in morem, densissime ex ædito loco deuolãtium torquebatur. Terræ quassationes, cribri instar frequentes: ad hæc nix cumulatim, neq; non grando saxorum in morem: atq; ut tecum grandius loquar, imbresq; rapidi & uiolenti, ac flumẽ quotidie exundans. Hinc tantũ repente Deucalionis ætate, naufragium ortum est: ut omnibus sub aqua demersis, uix una scaphula seruaretur: quæ in montẽ Lycorẽ appulit,

humani generis quasi scintillulas quasdã seruãs, unde sceleratius etiam genus in posterum propagaretur. Nimirum igitur dignũ secordia præmiũ ab illis reportas: quum iam nec sacra faciat tibi quisq;, nec coronas offerat: nisi siquis obiter in Olympicis: ac ita ut ne is quidẽ rem admodum frugiferam facere uideatur: sed prisum quendã ritum magis referre, ac penè Saturnum: o deorum generosissime, te reddunt, magistratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam templũ tuũ sacrilegio compilarint: quũ tibi etiã ipsi in Olympiacis manus admoliti sunt. Atq; interea tu altifremus ille pigritabaris, uel excitare canes, uel uicinos aduocare: ut auxilio accurrentes illos comprehenderent, quũ etiãdum ad fugam adornarentur. Sed egregius ille, gigantumq; extinctor & Titanum uictor sedebas: quũ tibi cæsaries ab illis circũtonderetur, decẽcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, o prædare, quis tandẽ erit finis, quæ tu adeo secure despicis? aut quando de tantis maleficijs pœnas sumes? Quot Phaethontes, aut Deucaliones, satis idonei sint ad expiandum tam inexhaustam morũ iniquitatem? Etenim ut de cõmunibus sileam: de ijs quæ mihi acciderunt dicam: quum tam multos Athenienses in sublime euexerim: ex pauperrimis diuites reddiderim: cunctisque quotquot opus haberent suppeditarim: imo semel uniuersas opes in amicos iuuandos effuderim. Simulatq; his rebus ad inopiam deueni: iam ne agnoscor

agnoſcor quidem ab illis: nec aſpicere dignãtur me, qui dudum reuerebãtur, adorabant, meóq; de nutu pendebant. Quod ſiquando per uiam ingrediens, forte fortuna in eorum quẽpiam incidero: perinde ut euerſam hominis iam olim defuncti ſtatuam, ac temporis longitudine collapſam prætereũt, quaſi ne norint quidem. Porrò alij procul conſpecto me alio ſeſe detorquent: exiſtimantes ſeſe inauſpicatũ, abominandumq; uiſuros ſpectaculum: quem nõ ita pridem ſeruatorem & adiutorẽ ſuũ eſſe prædicabant. Itaq; premẽtibus malis ad extrema redactus conſilia, renone arrepto, terram exerceo, quaternis conductus obolis: atq; hic cum ſolitudine, cumq; ligone philoſophor. Hoc interim lucri mihi uideor facturus, quod poſthac nõ intuebor pleroſq; præter meritum ſecũdis fortunæ ſucceſſibus utentes. Nam illud uel maxime urit. Iam igitur tandem aliquãdo Saturni Rheæq; proles excuſſo ꝓfundo iſto, grauiq; ſomno (nam Epimenidem quoq; dormiendo uiciſti) denuo iactato fulmine, aut ex Oetha redaccenſo, ingenti reddita flamma iram aliquã ſtrenui illius ac iuuenilis Iouis oſtende: niſi uera ſint quæ à Cretenſibus de te, tuáq; ſepultura ferũtur. IVPPITER. Quis hic eſt Mercurii: quem audio ſic uociferantẽ ex Attica, ad radicem mõtis Hymetti: horridus totus, ac ſqualidus, pelléq; hircina amictus? fodit aũt ut arbitror: nam pronus incumbit homo loquax & confidens: mirum ni philoſophus eſt: neq;

est: neq; em̃ alioqui adeo impia, nefariáq; in nos fuerat dicturus. MERCVRIVS. Quid ais pater: an non nosti Timonem Echecratidis filium Colyttensem? Hic nimirum est, qui nos sæpenumero in sacris legitimis conuiuio accepit: ille repente diues factus: ille qui totas Hecatombas, apud quem splendide Iouialia festa consueuimus agitare. IVPPIT. Hem quænam ista rerum cõmutatio? hiccine honestus ille? diues, quem tam frequẽtes cingebant amici? Quid igitur accidit ut hoc sit habitu? squalidus, erumnosus, fossor conductitius, uti conijcio: quũ tam grauem ligonem gerat? MERCVR. Ad hunc modũ illum quodãmodo probitas euertit, atq; humanitas: & in omnes quicunq; egerent misericordia. At re uera uecordia potius facilitasq;, nullusq; in suscipiẽdis amicis delectus: quippe qui neutiq; intellexerit, sese coruis lupisq; largiri. Quin magis quũ à uulturibus tam multis misero iecur eroderetur: ob id amicos eos, necessariosq; iudicabat, quasi beneuolentia erga sese afficerentur, quũ illos epulæ magis caperẽt. Ergo posteaq; ossa penitus nuda essent, circũrosissentq;: deinde siqua medulla suberat, hanc quoq; admodum diligenter exussissent, aufugierunt: exuccũ & radicitus defectum destituentes: adeo, ut postea ne agnoscant quidẽ, aut aspiciant: tantũ abest ut sint qui suppeditẽt, impartiantq;. Has ob res fossor, & sago, ut uides, opertus pelliceo: urbem præ pudore fugiẽs, mercede terram exercet: aduersus ingratos

ſus ingratos atra bile ſtomachatur: qui quidem ſua be nignitate ditati, admodum faſtuoſe nunc prætereãt: ac ne nomẽ quidẽ an Timon uocetur, nouerint. IVPPIT. Atq; pfecto uir neutiq; faſtidiendus, neq; negligẽdus: & iure optimo indignat', q; ijs tantis in malis agat. Qua re ſceleratos iſtos adulatores ipſi quoq; fuerim⁹ imitati: ſi eum uirum neglexerimus, qui tantũ taurorũ & caprarum pinguiſſimas quaſq; nobis in aris adoleuerit. Quarũ nidor etiãdum mihi in naribus reſidet. Tametſi propter negocia, maximãq; turbam peierantiũ, tum ui, non iure agentium, neq; non aliena rapientiũ, præterea ob formidinem, quem mihi pariunt ſacrilegi: qui quidem tum multi ſunt, tum obſeruatu difficiles: adeo ut ne minimũ quidem nos cõniuere ſinant. Iampridẽ profecto ad Atticam regionẽ oculos detorſiſſem: maxime poſteaq; philoſophia & de uerbis digladiatiões, apud iſtos increbruerunt: ita ut pugnantibus inter ſe iſtis, uociferantibuſq; ne exaudire quidem mortalium uota liceat. Vnde mihi neceſſum eſt, aut auribus obturatis ſedere, aut dirũpi ab eis, cõficiq;, qui uirtutẽ quandam, & incorporea quædam, meraſq; nugas ingẽti uociferatione cõnectũt. hæc in cauſa fuerũt: ut hũc quoq; neglexerim, quum haud mediocriter de nobis ſit meritus. Quod reliquũ eſt Mercuri, tu Plutum adducens, quantũ potes ad iſtum abeas. Porrò Plutus unà ſecum ducat & theſaurum, & utriq; apud Timonem perſeue-

O rent. Neq;

rent. Neq; usq; adeo facile demigrẽt, etiã si q̃ maxime rursum illos p benignitatẽ ex ædibus exegerit. Cæterũ de palponibus illis, atq; ingratitudine qua in hũc sunt usi, in posterũ cõsultabo: pœnasq; daturi sũt, simulatq; fulmẽ instauraverο. Nam fracti sunt in eo retusa cuspide duo è radijs maximi: quum nuper auidius in sophistam Anaxagoram iaculares, qui suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse ullos nos, qui dij uocaremur. At illum quidem errore nõ feriebam, propterea quod Pericles obtenta manu eum protexerit. Cæterum fulmen in Castoris ac Pollucis templũ detortum, tum illud exussit, tum ipsum parũ abfuit, quin ad saxum cõminueretur. Quãq; interim uel id supplicij satis magnum in istos fuerit, si Timonem cõspexerint egregie locupletẽ factum. MERCVR. Quantum habet momenti altum uociferari, & obstreperũ audacẽq; esse? Idq; nõ ijs modo qui causas agunt, uerũetiam qui uota faciunt cõducibile. En mox è pauperrimo diues euaserit Timon: qui se in precando clamosum & improbum præstiterit, Iouemq; reddiderit attẽtum. Quod si silentio fodisset incuruus: etiã nunc foderet neglectus. PLVTVS. At ego Iuppiter hauquaq; ad istum rediturus sum. IVPPIT. Quid ita non rediturus optime Plute, præsertim à me iussus? PLVTVS. Quoniã per Iouem iniuria me affecit eijciens, & in multa fragmenta dissecans: idq; quum illi paternus essem amicus: ac me, penè dixerim, fuscinis

ex ædibus

ex ædibus extruſit:nec aliter q̄ ĩ,qui è manibus ignem abĩciunt.Num rurſus ad iſtum ibo:paraſitis,adulatoribus,& ſcortis donandus? Ad eos me mitto Iuppiter: qui munus intellecturi ſint,qui amplexuri:quibus equidem in precio ſim,& maiorem in modū exoptatus. At hi ſtupidi cum inopia cōmercium habeant, quā nobis anteponunt:atq̄ ab ea accepto ſago pelliceo, ligonéq̄ ſat habeant:quū quatuor lucrātur obolos,decem talenta contemptim dono dare ſoliti. IVPPIT. Nihil iſtiuſmodi poſthac in te facturus eſt Timon: quippe quem ligon abunde ſatis corripuerit:niſi prorſus nullum dolorem ſentiunt illius ilia,te uidelicet potius,q̄ inopiam eſſe præoptandam.At tu mihi querulus admodum uideris eſſe:qui nūc Timonem incuſes,quod tibi patefactis foribus libere permiſerit uagari:neq̄ includēs,neq̄ zelotypus in te. Porrò aliàs diuerſa de cauſa in diuites ſtomachabare:quum diceres te ab illis repagulis,clauibus,ac ſignorum obiectaculis impreſſis ita fuiſſe cōdu ſum,ut ne proſpicere quidē in lucem tibi liceret. Id igit̄ apud me deplorabas,affirmās præfocari te nimĩs tenebris:eóq̄ pallidus nobis occurrebas,& curis confectus: digitis etiānum ex aſſiduo colligendi,coaceruādiq̄ uſu contractis,contortiſq̄.quod ſiquando daretur opportunitas: aufugiturum quoq̄ ab illis te minitabare. In ſumma:rem ſupra modum acerbam iudicabas in æreo ferreóue thalamo, Danaes exemplo, uirginē aſſeruari:

atq; à sceleſtiſſimis educari pædagogis, fœnore, & com puto. Proinde abſurde facere aiebas hos, quod te præ ter modum adamarent: neq; (quũ liceret) frui auderent: neq; quũ ipſis eſſet in manu, amore ſuo ſecure uterent. Sed uigiles obſeruarent: ad ſignũ ac ſeram oculis nũq; cõniuentibus: neq; uſq; dimotis ſemp intuẽtes, abũde magnũ fructum arbitrantes: nõ quod ipſis fruendi facultas adeſſet, ſed quod nemini fruendi copiã facerent: non aliter q̃ in præſepi canis, nec ipſa uelcens hordeis, nec equũ famelicum id facere ſinens. Quinetiã ridebas iſtos, qui parcerent, aſſeruarentq;, & (quod eſſet abſurdiſſimũ) ipſi quidem ſibi ſubtraherent, uererẽturq; con tingere: non intelligerent aũt fore: ut aut ſceleratiſſimus famulus, aut diſpenſator, aut liberorũ pædagogus furtim ſubiret: ludibrio habiturus infelicem & inamabilẽ herum, quem poſtea ſinat ad fuliginoſam, & oris angu ſti lucernulam, ac ſiticuloſum ſcirpulum uſuris inuigilare. Quid itaq;: an non iniquũ quũ hæc quondã incuſa ueris, nũc in Timone diuerſa his criminari? PLVTVS. Atqui ſi rem uere perpenderis, utrũq; me iure facere iudicabis. Nam & Timonis iſta nimia lenitas: negligentia potius, haud beneuolentia, ſtudiumq;, quod ad me pertinet, merito uideatur. At è diuerſo: qui me oſtijs ac tenebris incluſum ſeruabãt: id agentes, quo ſcilicet craſſior, ſaginatiorq;, ac uehementer corpulentia onuſtus euaderem: quũ interim neq; ipſi contingerent, neq; in

lucem

lucem producerent,ne uel aſpiceret à quopiam:hos dementes & contumelioſos in me iudicabam:quippe qui me nihil cõmeritum tor in uinculis cogerẽt ſitu cariéq; putreſcere:haud intelligentes,quod mox demigrẽt:me alíj cuipiã cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo:ſed ne illos quidem,qui nimium facile mihi manus admouent.Sed qui(quod eſt optimũ)mediocritate utantur:uti nec prorſus abſtineant,neq; penitus profundant.Etenim illud per Iouem cõſydera Iuppiter:Si quis ubi puellulam & formoſam lege duxiſſet uxorẽ: poſtea neq; obſeruet,nec ulla omnino zelotypia proſequatur:uidelicet ſinens illam noctu atq; intẽrdiu quocunq; libitũ ſit ire,& quicunq; uoluiſſent cum his habere rem:uel producat potius ultro ut adulteretur, fores aperiens,oſtentanſq;,& quoſlibet ad illã inuitãs:num hic amare uidebitur? profecto hoc tu nequaq; dices Iuppiter,qui ſæpenumero amorem ſenſeris. Rurſum ſi ingenuam lege domum deducat:uti liberos legitimos progeneret:cæterum nec ipſe contingat florẽtem ætate,decoramq; uirginem, nec alium ſinat aſpicere:ſed in cluſam,orbam,ſterilemq; in perpetua uirginitate contineat:idq; præ amore ſe facere prædicet:& hunc quidẽ præferat,pallore corpore exhauſto,oculis refugis:num fieri potis eſt,ut huiuſmodi non deſipere uideat? quippe qui quũ liberis oportuerit operam dare,fruiq; coniugio,puellã adeo formoſam atq; amabilẽ ſinat emarceſcere:

ceſcere: per omnẽ uitam tanc̃p Cereri ſacerdotẽ alens. Huiuſmodi & ipſe indigne fero: quum à nõnullis ignominioſe cædor calcibus, laniorc̃p atq; exhaurior à nonnullis contra perinde, ut ſtigmaticus fugitiuus compedibus uincior. IVPPITER. Quid eſt autem quod aduerſus illos indigneris? quandoquidem utriq; pœnas egregias luunt. Alteri quidem dum Tantali in morem, neque bibere ſinuntur, neque edere: ſed ore ſicco duntaxat inhiant auro. Alteri uero dum his ceu Phyneo cibos harpyiæ ipſis è faucibus eripiunt. Sed abi iam, Timone, multo poſthac uſurus cordatiore. PLVTVS. An ille aliquando deſinet me ceu foraminoſo cophino, priuſc̃p omnino influxerim, data opera exhaurire, quaſi conetur occupare, quo minus influam: ueritus, ne ſi copioſius infundar, ipſum undis obruam? Quo fit, ut in Danaidum dolium aquam mihi uidear illaturus, fruſtrac̃p infuſurus, uaſe nõ continente liquorẽ: imo prius prope modum effuſo quod influit, c̃p influxerit. Adeo latus dolij hiatus ad effuſionem ac liber exitus. IVPPITER. Proinde ni hiatum iſtum obturauerit, perpetuam̃q; perſtillationem ſiſtere ſtuduerit: te propediem effuſo, facile rurſum ſagum, & ligonem in dolij fæce reperiet: ſed interim abite, atque illum diuitem reddite. At tu Mercuri fac memineris: ut rediens Cyclopas ex Aetna, tecum adducas: quo fulmen cuſpide reſtituta reſarciant. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. MERCVRIVS.

CVRIVS. Eamus Plute. Quid hoc? Num claudicas? Equidem ignorabam o prædare: te non cæcum modo, uerũetiam claudum esse. PLVTVS. Atqui non hoc mihi perpetuum Mercuri: uerum siquando proficiscor à Ioue missus ad quempiam, tum nescio quo pacto tardus sum, & utroq; claudus pede, ita ut ægre ad metam pertingere queam: sene nõnunq; interim facto, qui me opperiebatur. Porrò quum discedendum est, alatum ui debis multo auibus celeriorẽ. Vnde fit: ut uix iam amoto repagulo, ego iam præconis uoce uictor pronũcier, saltu stadium transmensus, ne uidentibus quidem aliquoties spectatoribus. MERCVRIVS. At ista quidem haud uera narras: imo ego tibi permultos commemorare queam, quibus heri ne obolus quidem erat, quo restim emerent: qui hodie repente diuites facti, splendide uiuant: albis quadrigis uehãtur, quibus ante ne asellus quidem suppeditarit. Ii tamen purpurati, aurumq; manibus gestantes obambulant. Qui ne ipsi quidem opinor, credere possunt, quin per somniũ diuites sint. PLVTVS. Isthac alia res est Mercuri: neque enim tum meis ipsius ingredior pedib9: nec à Ioue, sed a Dite ad istos trãsmittor: qui & ipse nimirum opum largitor est, ac magna donans: id quod ipso etiã nomine declarat. Itaq; quoties est mihi ab alio ad alium demigrandũ: in tabellas inijciunt me: ac diligenter obsignantes farcinæ in morẽ sublatũ transportãt. Interea defunctus ille, alicubi

cubi in ædiũ tenebricoſa parte iacet uetere linteo in genua iniecto tectus, de quo feles digladiãtur. Porrò qui me ſperauerãt obtinere, in foro opperiũtur hiantes: nó aliter, q̃ hyrundinem aduolantẽ ſtridentes pulli. Dein de ubi ſignũ detractum eſt, & lineus ille funiculus inciſus, apertæq; tabellæ: iamq; nouus dominus pronũciatus eſt, ſiue cognatus quiſpiam, ſiue adulator, ſiue ſeruulus obſcœnus, qui puerili obſequio fauorem emeruerit: etiã tũ mento ſubraſo, pro uarijs & opiparis uoluptatibus, quas illi iã exoletus ſuppeditauerat, ingens ſcilicet præmiũ ferens generoſus quiſquis ille tandem fuerit, nõnunq; me ipſis cũ tabellis arreptũ, fugiens adportat cõmutato nomine: ut q modo Pyrrhius, aut Dromo, aut Tibius: iam Megades, aut Megabizus, aut Protarchus appelletur. Cæterum illos nequicq; hiantes, ſeq; mutuũ intuentes relinquit: ac uerum luctum agentes, quod eiuſmodi Thynnus ex intimo ſagenæ ſinu ſit elapſus, qui non parum magnã eſcam deuorarit. At hic repente totus in me irruens: homo uitæ mũdioris atq; elegantioris rudis, pingui, illotáq; cute, qui compedes etiãdum horreſcit: & ſiquis præteriens loco increpet, arrectis ſtet auribus: quiq; piſtrinũ, perinde uti templum adoret: non eſt deinceps tolerandus ijs, quibuſcũ uiuit: uerum & ingenuos afficit contumelia, & conſeruos flagris cædit: experiens, num ſibi quoq; ſimilia liceant, donec aut ſcortulo cuipiam irretitus, aut equorũ alendorũ

ſtudio

ſtudiò captus, aut adulatoribus ſeſe permittẽs, deieran tibus Nireo formoſiorem eſſe: Cecrope, Codróue generoſiorem, callidiorem Vlyſſe: unũ autem uel ſedecim pariter Crœſis opulentiorẽ momento temporis ſemel profundat infelix, quæ minutatim multis ex periurijs, rapinis, flagitijs, fuerãt collecta. MERCVR. Iſta fermè ſic habẽt uti narras: uerum ubi tuis ipſius ingrederis pedibus: qui tandem cæcus quũ ſis, uiam inuenire ſoles? Aut qui dignoſcis ad quoſnam Iuppiter te miſerit, dignos illi uiſos qui diuitijs abundent? PLVTVS. Enim uero, credis me reperire iſtos ad quos mittor? MERCVRIVS. Per Iouem haudquaq̃. Neq; enim alioqui Ariſtide præterito ad Hipponicũ & Calliã acceſſiſſes, tũ ad alios permultos Athenienſes, homines ne obolo quidem æſtimandos. Cæterum quid facis quandoquidem es emiſſus? PLVTVS. Surſum ac deorſum circũ curſans oberro, donec imprudens in quẽpiam incurrero: hic autẽ quiſquis ille ſit, qui forte primus me nactus ſit, abducit ac poſſidet: te Mercuri ꝓ lucro præter ſpem obiecto, uenerãs atq; adorans. MERCVR. Num ergo fallitur Iuppiter: qui quidem credat ex ipſius animi ſententia, ditari abs te hos, quos ille dignos exiſtimarit qui diteſcerent? PLVTVS. Et iure quidem optimo fallitur o bone: quippe qui quum me cæcum eſſe non ignoret emittat ueſtigatum rem uſq; adeo repertu difficilem, & iam olim è uita ſublatam, quam ne Lynceus quidem facile

cile inueniret: quæ nimirũ adeo obscura sit, ac minuta. Itaq; quũ rari sint boni: improbi porrò in ciuitatibus omnia obtineant: oberrans facile in huiusmodi mortales incurro, ac retibus illorum illigor. MERCVR. Atqui fit: ut quoties eos deseris, celeriter aufugias quũ uiæ sis ignarus? PLVTVS. Tum demum acutum cerno, pedibusq; ualeo: ubi ad fugam tempus inuitat. MERCVR. Iam illud quoq; mihi respondе: qui fit, ut quũ sis oculis captus (dicẽdum enim est) præterea pallidus, postremo claudus: tã multos habeas amãtes, adeo ut omnes in te defigant oculos? & si potiantur, felices uideantur: sin frustrentur, non sustineant uiuere? Ex his equidem non paucos noui, q sic perdite te amarint, ut sese aereo è scopulo piscosi in æquoris alta, præcipites abiecerint: rati fastidiri sese abs te, propterea quod illos nullo pacto respexisses. Quanq; sat scio, tu quoq; fateberis: si quo modo tibi ipsi notus es: furere istos, qui eiusmodi amore sunt dementati. PLVTVS. At enim credis me: qualis sum, talem istis uideri: nempe claudum, aut cæcũ, aut siquid aliud adest mihi uitij? MERCVR. Quid ni, o Plute? nisi forte & ipsi omnes cæci sunt. PLVTVS. Haud cæci quidem, o optime: uerũ insciti, erroreq; quæ nunc occupant omnia, illis offundunt tenebras: ad hæc ipse quoq;, ne per omnia deformis sim, personã uehementer amabili tectus, inaurato, gemmisq; picturato, ac uersicoloribus amictus eis occurro: at illi rati sese natiui

Alludit ad carmẽ Thognidis.

dui uultus uenuſtatẽ aſpicere: amore capiũtur, diſpere/untq; niſi potiant. Quod ſiquis me toto corpore renudatum illis oſtenderit: dubio procul futurũ ſit ut ſe ipſi damnẽt, qui tãtopere cæcutierint adamãtes res neutiq; amãdas ac fœdas. MERC. Quid ergo poſteaq; eò peruẽtum eſt ut iam diuites euaſerint: iamq; perſonã ſibi circũpoſuerint, rurſum falluntur? Adeo ut ſiquis illis detrahere conet: penè caput potius, q; perſonã abiiciant? Neq; enim ueriſimile eſt etiã tum illos ignorare, auro bracteatam eſſe formã, quũ intus cuncta inſpexerint. PLVTVS. Ad id nõ parum multæ res, o Mercuri, mihi ſunt adiumento. MERCVR. Quænam? PLVTVS. Simulatq; qui me primũ nactus eſt, apertis foribus excepérit: danculum unã mecum introit elatio, uecordia, iactantia, mollities, uiolẽtia, dolus, atq; alia item innumerabilia: à quibus omnibus poſteaq; eſt animus occupatus: iam admiratur quæ neutiq; ſunt admiranda, & appetit ea quæ ſunt fugienda: méq; cunctorũ illorum quæ introierant, malorum patrem ſtupet, illorum ſatellitio uallatum: quiduis potius paſſurus, q; uti me cõpellatur reiicere. MERCVR. Vt leuis ac lubricus es Plute, retentu difficilis, ac fugax: neq; ullã præbens anſam certam quo prẽſus teneare: ſed neſcio quomodo anguillarum ac ſerpentũ in morẽ inter digitos elaberis. At è diuerſo paupertas, uiſcoſa, prenſu facilis, totóq; corpore mille uncos gerit hamos: ut qui tetigerint, illico hæreãt,

neq; facile queãt auelli. Verum interea dum nugamur rem haud paruam omiſimus. PLVTVS. Quam? MERCVRIVS. Nempe quia theſaurum nõ adduxerimus quo uel in primis erat opus. PLVTVS. Iſthac quidem ex parte bono ſis animo. Nam non niſi in terra relicto illo ad uos aſcendere ſoleo: iuſſóq; intus manere foribus occluſis: neq; cui q̃ aperire, niſi me uociferante audiens. MERCVR. Iam igitur Atticam adeamus. Tu me conſequitor chlamydi adhærens, donec extremã uiam attigerimus. PLVTVS. Recte facis Mercuri, quum me per uiam ducis. Etenim ſi me deferes: forſan oberrãs in Hyperbolum aut Cleonẽ inciderem. Sed quis hic ſtridor ceu ferri ſaxo impacti? MERCVR. Timon hic eſt, qui proxime montanũ & petricoſum fodit ſolum? Paupertas adeſt & Paupertas, & Labor ille. Tũ Robur, Sapientia, Fortitudo, atq; id genus aliorum turba: quorũ omniũ agmẽ Fames iungit longe præſtantius, q̃ tui ſint ſatellites. PLVTVS. Quin igit' q̃ pocyſſime diſcedimus Mercuri? Neq; enim ullum operæpreciũ fecerimus cũ homine eiuſmodi uallato exercitu. MERCVR. Secus uiſum eſt Ioui: quare ne metu deterreamur. PAVPERTAS. Quo hunc nunc Argicida manu abducis? MERCVR. Ad hunc Timonem, ad quem à Ioue ſumus ire iuſſi. PAVPERT. Ita ne rurſum Plutus ad Timonem? poſtea q̃ ego hunc antea delitijs male corruptum ſuſcepi: cõmendans q; ſapientiæ & labori, ſtrenuũ, multiq; pre-

cij uirum

ei uirum reddidi? Adeo ne despicienda, iniuriæq; ido-
nea uobis paupertas iudicor: ut hunc quæ mihi unicæ
erat possessio, eripiatis: iam exactissima cura ad uirtutẽ
excultum? ut Plutus hic ubi denuo susceperit, per cõtu-
meliam & arrogãtiam illi manu iniecta, talem reddide
rit, qualis erat dudum, mollem & ignauũ, ac uecordem:
rursum mihi restituat, ubi iam nihili factus erit, & ridi-
culus? MERCVR. Sic o paupertas, Ioui placitum est.
PAVPERT. Equidem abeo. At uos labor & sapientia,
reliquiq;, consequimini me. Porrò hic breui cognoscet,
qualis in se fuerim, quã nunc relinquet: nempe adiutrix
bona, & rerum optimarũ doctrix. Qui cum donec ha-
buit cõmercium, sano corpore, ualentiq; animo perseue
rauit: uirilẽ exigens uitam, & ad sese respiciens: superua
cua autem & uulgaria ista aliena, ita ut sunt, existimãs.
MERCVR. Discedũt illi: nos ad eũ adeamus. TIMON
Quinam estis, o sceleste? aut qua gratia huc aduenistis
homini operario, mercenarioq; negociũ exhibituri? ue
rum haudquaq; læti abibitis, sceleste ut estis omnes: nã
ego uos illico glebis & saxis petitos cõminuã. MERCV
RIVS. Nequaq; o Timon, ne ferito, neq; eñ feries mor
tales: uerum ego sum Mercurius, hic Plutus. Misit nos
Iuppiter, uotis tuis exauditis. Quare, qd' bene uertat,
opes accipe, desistens à laboribus. TIMON. Atqui uos
iam ploraueritis, etiam si dij sitis ut dicitis. Siquidem
odi pariter omnes, tum deos, tum homines. Sed hunc

cæcum quiſquis is fuerit, mihi certũ eſt ligone impacto cõminuere. PLVTVS. Abeamus per Iouem Mercuri: quandoquidẽ hic homo mihi uidetur nõ mediocriter inſanire: ne malo quopiã accepto diſcedã. MERCVR. Ne quid ferociter Timon: quin exue potius penitus iſtam ferocitatẽ, aſperitatemq; ac manibus obuijs excipe bonam fortunã: rurſum diues eſto: rurſum Athenienſium princeps: & ingratos illos deſpicito, quum ſolus florebis. TIMON. Nihil mihi uobis eſt opus, ne obturbate. Sat opum mihi ligo: præterea fortunatiſſimus ſum, ſi nemo ꝓpius ad me acceſſerit. MERCVR. Adeone quæſo inhumaniter? Hæc ego ſæua Ioui refero atq; immania dicta? Atqui par erat forſitã homines tibi habere inuiſos: ut qui tam multa indigna in te cõmiſiſſent. deos odio te proſequi nequaq; erat conſentaneũ, quũ illi tantopere tui curam agant. TIMON. At tibi Mercuri, Iouiq;, quod me reſpicitis, plurimã equidem habeo gratiam: cæterũ hunc Plutum nequaq; recepero. MERCVRIVS. Quid ita? TIMON. Quoniã pridẽ innumerabiliũ malorũ hic mihi fuit autor: quũ me aſſentatoribus ꝓderet, inſidiatores in me inuitaret, conflaret odiũ, illecebris corrumperet, inuidiæ obnoxium redderet: denicq; quũ repente me adeo perfide ac proditorie deſtituerit. Contra, paupertas optima, me laboribus uiro digniſſimis exercens, mecum q; uere & libere cõuiuens: & quibus ópus erat ſuppeditauit laboranti, & uulgaria

iſta

iſta docuit cõtemnere: effecitq; ut mihi uitæ ſpes omnis ex me ipſo penderet, demonſtrãs quænam eſſent opes uere meæ: nempe quas neq; adulator aſſentans, neq; ſycophanta imitans, neq; plebes irritata, neq; concionator ſuffragiorum autor, neq; tyrannus intentis inſidijs queat eripere. Itaq; iam ualidus effectus ob laborem, dum hunc agellum gnauiter exerceo: neq; quicq; eorũ quæ ſunt in ciuitate malorũ aſpicio: abunde magnũ & ſufficientẽ uictum mihi ligo ſuppeditat. Quare tu Mercuri, quã ueniſti uiam remetiẽs, recurre, unà tecum Plutum adducens ad Iouem, illud mihi ſat fuerit, ſi effecerit ut omnes mortales per omnẽ ætatẽ eiulent. MERC. Nequaq; o bone: neq; enim oẽs ad eiulandum ſunt accõmodi. Quin tu iracunda, pueriliáq; iſta miſſa face, ac Plutum excipe: nõ ſunt reijcienda munera, quæ á Ioue proficiſcũtur. PLVTVS. Vin Timon ut cõtra te partes defendo meas: an grauiter feres ſiquid dixero? TIMON. Dicito: ne multis tamẽ, neq; cum procœmijs, quẽ admodũ perditiſſimi iſti ſolent Oratores. Nam huius Mercurij gratia te feram paucis dicentẽ. PLVTVS. At qui multis mihi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accuſato. Attamen uide: num qua in re te quem admodũ ais læſerim: qui quidẽ dulciſſimarũ quarumq; rerum tibi extiterim autor, opifexq;, autoritatis, præſidentiæ, coronarũ, aliarũ item uoluptatum: mea opera conſpicuus eras, celebris & obſeruandus. Cæterũ ſiquid

moleſti

moleſti ab adulatoribꝰ accidit: nõ mihi potes imputa re, quin ipſe magis abs te ſum affectus cõtumelia, propterea quod me tã ignominioſe uiris illis execratis ſuppeditans: qui te mirabantur, ac præſtigijs dementabãt, mihiq; modis omnibus inſidias ſtruebãt. Porrò quod extremo loco dixiſti, te à me proditũ, deſertumq; fuiſſe iſtud criminis in te poſſum retorquere, quum ipſe ſim modis oñibus à te reiectus, præcepſq; exactus ex ædibus. Vnde pro molli chlamyde, ſagũ iſtud chariſſima tibi pauptas circũpoſuit. Itaq; teſtis eſt mihi hic Mercurius, quantopere Iouem orauerim ne ad te ueniren, qui tam hoſtiliter eſſes in me debacchatus. MERCVR. At nũc uides Plute, in cuiuſmodi hominem ſit cõmutatus. Proinde audacter cum illo cõſuetudinem age. Tu uero fode ita ut facis. Tu interim theſaurũ ſub ligoné adducito. Audiet eñ ſi tu accerſiueris. TIMON. Parendum eſt Mercurij, rurſuſq; diteſcendum. Quid enim facias quũ dij compellant? tamẽ uide, in quas turbas me miſerum conijcies: qui quidem quũ ad hunc uſq; diem feliciſſime uixerim, tantũ auri repente ſum accepturus, nihil cõmeritus mali, tantumq; curarum ſuſcepturus. MERCVR. Suſtine Timon mea gratia: tametſi graue eſt iſthuc, atq; intolerãdum: quo uidelicet palpones illi præ inuidia rũpãtur. Ego porrò ſuperata Aethna in cælum reuolauero. PLVTVS. Abijt ille quidẽ ſicut apparet. Nam ex alarum remigio facio cõiecturam. Tu uero hic operire,

hic operire: siquidē digressus Thesaurū ad te trāsmittā: sed fert fortius tibi loquor auri Thesaure: Timoni huic audiēs esto, offerq; temet eruendū. Fodi Timon altius impingēs. Cæterū ego à uobis digredior. TIMON. Age iā o Ligo: nūc mihi tuas uires explica: neq; defatigere, dū ex abdito Thesaurū in apertū euocaris. Hem prodigiorū autor Iuppiter, amici Chorybātes, ac lucrifer Mercuri: undenā auri tantum? Num somniū hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurum profecto est insigne, fuluū, graue, & aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima Aurum faustitas mortalibus.

Quippe quod ignis in morē ardes, noctesq; & dies renides. Ades o mihi charissimū, desyderatissimūq;: nūc demū credo uel Iouem ipsum olim aurum esse factū. Etenim quæ tandē uirgo, nō exporrecto sinu usq; adeo formosum amatorem excipiat, per tegulas illapsum? o Myda Croesēq;, ac munera, delphico in templo dicata: ut nihil eratis si cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini: cui ne Persarum quidem rex par est. O Ligo, sagum charissimū uos huic pani suspendi cōmodū est. At ego cū maxime semotum mercatus agrum, turriculāq; seruandi auri gratia cōstructa, uni mihi affatim uixero: sepulchrū item inibi mihi defuncto parare est sententia. Hæc igitur decreta sunto, placitāq; in reliquū uitæ: seiūctio, ignorātia, fastidiū erga mortales omnis.

Porrò amicus,hoſpes,ſodalis, aut ara miſericordiæ,me
træ nugæ. Tum cõmiſerari lachrymantem,ſuppeditare
egentibus,iniquitas,ac morum ſubuerſio:at uita ſolita
ria,qualis eſt lupis:unuſquiſq; ſibi amicus Timon:cæte
ros omnes hoſtes,& inſidiarũ machinatores. Cum ho
rum quopiã congredi,piaculum:adeo ut ſi quem aſpe
xero duntaxat,inauſpicatus ſit ille dies.In ſumma:non
alio nobis habeantur loco,q̃ ſigna ſaxea,æreáue:neq;
fœcialem ab illis miſſum recipiamus, neq; fœdera feria
mus. Mons hic ſolitudinẽ meã aduerſus illos tueatur.
Cæterum tribules,cognati,populares:poſtremo patria
ipſa,frigida quædam & ſterilia nomina,ſtultorũq; mor
talium gloriæ:ſolus Timon diues eſto:deſpiciat omẽs:
ſolus ipſe ſecum oblectetur,liber ab aſſentationibus,&
oneroſis laudibus diis ſacra faciat:epulet ſolus,ſibi ipſi
uicinus,ſibi particeps, excutiens ſeſe ab alijs. Ac ſemel
decretum eſto:ut unus ſeipſum comiter accipiat,ſi mo
riendum ſit,aut neceſſe habeat ſibi ipſi coronã admo
uere.Nullumq; nomen ſit dulcius, q̃ Miſanthropi,id
eſt,hominũ oſoris.Morum autẽ notæ, difficultas,aſpe
ritas,feritas, iracundia, inhumanitas:quod ſi quẽ con
ſpexero incendio conflagrantẽ,obteſtantemq; quo re
ſtinguam,pice oleóq; reſtinguere:rurſum ſi quẽ flumẽ
undis abſtulerit,iſq; manus porrigens,imploret ut reti
neatur:hũc quoq; demerſo capite propellere,ne poſſit
emicare.hunc ad modum par pari relaturus eſt.hanc le

gem

gem Timon tulit Echecratides Colytenſis: & concionis ſubſcripſit ſuffragijs idem ille Timon. Age hæc decreta ſunto: hæc fortiter tueamur. Cæterum magno emerim ut id omnibus innoteſcat, quod opibus abūdo: nā illa res illos præfocauerit. ſed quid illud? Hem quæ trepidatio? undiq; concurrunt, puluerulenti atq; anheli, haud ſcio unde aurum odorati. Vtrū igitur hoc conſcenſo colle ſaxis eos abigo, è ſublimi deiaculans: an hac tantū in re legem uiolabimus, ut ſemel cum illis congrediamur: ut magis angantur, faſtiditi, repulſiq;? Ita ſatius eſſe duco. Itaq; reſtemus quo illos iam excipiamus. Age proſpiciam: primus eorum iſte quis eſt? Nempe Gnatonides adulator, qui mihi nuper ſymbolum petēti, funem porrexit, quum apud me ſæpenumero ſolida dolia uomuerit. Sed bene eſt quod ad me uenit: nam primus omniū uapulabit. GNATO. An nō dixi Timonem uirum bonū nō neglecturos eſſe deos? Salue Timon formoſiſſime, iucundiſſime, cōuiuator belliſſime. TIMON. Scilicet & tu Gnatonides, uulturum omniū edaciſſime atq; hominū perditiſſime. GNATO. Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi cōpotamus? Nam nouam tibi adfero cantilenam, ex his quos nuper didici dithyrambis. TIMON. Atqui elegos canes, admodū miſerabiles, ab hoc doctus ligone. GNATO. Quid iſtuc? Feris o Timon? Atteſtor o Hercules: hei hei in ius te uoco apud Areopagitas, q. uulnus dederis. TIMON. Atqui ſi cunctere

ctere pauliſper,mox cædis me reũ ages. GNATO. Nõ quaq̃:quin tu planè uulneri medere, paululo auri inuncto. Mirum enim in modũ præſentaneũ id eſt remedium. TIMON. Etiã manes? GNATO. Abeo. At tibi male ſit,qui quidem ex uiro cõmodo tam ſæuus factus ſis. TIMON. Quis hic eſt q accedit recaluaſter ille? Philiades,aſſentatorum omniũ execratiſſimus. Hic quũ à me ſolidũ acceperit fundum,tum filiæ in dotem talenta duo,laudationis præmiũ,quũ me canentem reliquis ſilentibus,omnibus ſolus maiorẽ in modum extuliſſet deierans me uel oloribus magis eſſe canorum,ubi me pridem ægrotum conſpexiſſet:nam adieram oraturus ut mei curam ageret:plagas etiã egregius ille uir impegit. PHILIADES. O impudentiã:nunc demum Timonem agnoſcitis: nunc Gnatonides amicus & conuiua: enimuero habet ille digna ſe,quandoquidẽ immemor eſt atq; ingratus. At nos qui iam olim conuictores ſumus æquales ac populares:tamen modeſte agimus,ne inſilire uideamur. Salue here:fac ut iſtos adulatores ſacrilegos obſerues,qui nuſq̃ adſunt niſi in menſa:præterea à coruis nihil differũt. Neq; poſthac huius ætatis mortaliũ ulli fidendum eſt. Omnes ingrati,& ſceleſti. At ego quũ tibi talẽtum adducerem,quo poſſes ad ea quæ uelles uti:in uia accepi,te ſummas quaſdam opes eſſe nactũ. Proinde acceſſi his de rebus admonitum te,quanq̃ tibi forſitan me monitore nihil erat opus:ui

ro nimirum

to nimirum adeo prudenti, ut uel Nestori ipsi, si necesse est, consiliū dare queas. TIMON. Ita fiet Philiades: sed age, accede quo te ligone comiter accipiam. PHILIAD. Viri caput mihi cōminutum est ab hoc ingrato, propterea quod eum ea quæ in rem illius erant, admonui. TIMON. Ecce tertius huc orator Demeas se recepit, tabulas dextra gestans: aitq; se mihi cognatum esse. hic una die de meo sedecim talenta ciuitati depēdit: nam dānatus erat, ac uinctus. At quū soluendo non esset, ego mi sertus illum redemi. Porrò quū illi sorte obuenisset, ut Erechteidi tribui distribueret ærarium: atq; ego adiens, id quod ad me redibat poscerem: negabat se ciuē nosse me. DEMEAS. Salue Timon: præcipuū generis tui præsidium, fulcimentum Athenienſium, defensaculū Græciæ. Profecto iamdudum te populus frequēs, & utraq; curia opperitur. Sed prius decretū audi, quod de te cōscripsi. quandoquidē Timon Echecratidæ filius, Colytensis uir: non modo probus & integer, uerumetiam sapiens, quātum alius in Græcia nemo: nunq; per omnē uitā destitit optime de Rep. mereri. Tum autē in olympicis uicit pugil: & lucta cursuq; die eodem, ad hæc solenni quadriga, equestriq; certamine. TIMON. At ego ne spectator quidē unq; in olympicis sedi. DEMEAS. Quid tum? spectabis posthac: sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore aduersus Acharnenses p Rep. fortissime se gessit, & Peloponēsium duas acies

conſcidit. TIMON. Qua ratione? Quippe qui nec unq̃ arma geſſerim, neq; unq̃ militiæ dederim nomen. DEMEAS. Modeſte tu quidem de teipſo loqueris: nos tamen ingrati futuri ſumus, niſi meminerimus. Præterea ſcribendis plebiſcitis, & in conſultationibus, & in adminiſtrandis bellis nõ mediocrẽ utilitatem attulit Reipu. His de cauſis omnibus uiſum eſt, curiæ, plebi, magiſtratibus, tributim, plebeïjs ſingulatim, cõmuniter uniuerſis, aureũ ſtatuere Timonem iuxta Palladem in arce: fulmen dextra tenentem: radijs tempora ambiẽtibus: utq; ſeptẽ aureis coronis coronetur: hæc; corona hodie in Dionyſijs per Tragœdos nouos promulgẽtur. Siquidem hodie, illi Dionyſia ſunt agenda. Dixit hoc ſuffragium Demeas orator, propterea quod cognatus illius propinquus, ac diſcipulus eius ſit. Nam & orator optimꝰ Timon: præterea quicqd uoluerit. Hoc igit̃ tibi ſuffragium: ſed utinã & filium meũ ad te pariter adduxiſſem, quẽ tuo nomine Timonẽ appellaui. TIMON. Qui poteſt Demea, quũ ne uxorem quidem duxeris unq̃, quantũ nobis ſcire licuit? DEMEAS. At ducã, nouo ineunte anno, ſi deus permiſerit: liberiſq; operã dabo. Tum quod erit natum (erit aũt maſculus) Timonẽ nũcupabo. TIMON. An uxorem tu ſis ducturus, equidem haud ſcio: tãta à me plaga accepta. DEMEAS. Hei mihi. Quid hoc eſt rei? Tyrannidẽ Timon occeptas? pulſaſq; eos qui ſunt ingenui: ipſe nec ingenuus planè,

nec ciuis?

nec ciuis: uerum propediem pœnas daturus: quũ alijs nominibus, tum quod arcem incenderis? TIMON. Atqui nõ conflagrauit arx ſceleſte. Proinde palam eſt, te calumniatorẽ agere. DEMEAS. Verũ effoſſo ærario diues effectus eſt. TIMON. Atqui nõ eſt effoſſum iſthuc. unde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. DEMEAS. Verũ effodietur poſthac: ſed tu interim omnia quæ in eo cõdita, poſſides. TIMON. Alteram itaq; plagam accipe. DEMEAS. Hei ſcapulis meis. TIMON. Ne uociferare, alioqui & tertiã tibi illidam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit: ſi quũ inermis, duas Lacedæmoniorum acies fuderim, unũ ſceleſtum hominẽ non ꝓtriuero. Tum fruſtra uicerim in olympijs, & pugil & palæſtrites. Sed quid hoc? An non philoſophus Thraſycles hic eſt? profecto ipſus eſt: promiſſa barba, ſubductiſq; ſupercilijs: & magnũ quiddam ſecũ murmurans accedit, Titanicum obtuẽs, cæſariem per ſcapulas fluentem uentilans: alter quidam Boreas, aut Triton, quales eos Zeuſis depinxit. Hic habitu frugalis, inceſſu moderatus, amictu modeſtus, mane mirũ q̃ multa de uirtute diſſerit, damnans eos, qui uoluptate capiuntur, frugalitatem laudãs: at ubi lotus ad cœnam uenit, puerq; ingentem illi calicem porrexit: meraciore autẽ maxime gaudet: perinde ut Lethes aquã ebibens, à dilucularijs illis diſputatiõibus diuerſiſſima quæ ſint exhibet: dum milui inſtar præripit opſonia, & proximũ cubito oppoſito arcẽs,

sito arcens, mento interim cõdimentis oppleto: dum ca
num ritu ingurgitat, prono incumbẽs corpore: perinde
atq; in patinis uirtutem inuenturũ sese speret: dumq;
usq; adeo diligẽter catinos extergit indice digito: ut ne
paululum quidẽ reliquiarũ sinat adhærere: nunq; non
querulus, tanq; deteriorem partem acceperit: uel si to-
tam placentam, aut suem solus omniũ accipiat: qui qui
dem edacitatis & insatiabilitatis est fructus: temulẽtus,
uinóq; bacchatus, non ad cantũ modo, saltationemq;,
uerum ad conuitium usq;, & iracundiam. Ad hæc mul-
tus inter pocula sermo (tum eñ uel maxime) de tempe
rantia, sobrietatéq;: atq; ista quidem loquitur, quũ iam
à mero male affectus ridicule balbutit. Accedit his de-
inde uomitus. Postremo sublatũ eum de conuiuio effe
runt aliqui, ambabus manibus tibicine inhærentem.
Quanq; alioqui ne sobrius quidem ulli primariorum
cesserit, uel mendacio, uel cõfidentia, uel auaritia. Quin
& inter assentatores primas tenet: peierat potissime:
anteit impostura: comitat' impudentia. In summa pror
sus admirandum quoddam spectaculum est, omni ex
parte exactum, uariéq; absolutum: proinde non eiula-
bit clarius uidelicet quũ sit modestus. Quid hoc papæ
tandem nobis Thrasydes? THRASYCLES. Non hoc
animo ad te uenio Timon, quo plerique isti: qui nimirũ
opes admirati tuas, argenti, auri, opiparorũ conuiuio-
rum adducti spe concurrunt, multáq; assentatione deli-
niunt te:

niunt te:hominẽ uidelicet ſimplicẽ, facilécꝙ impartientem id quod adeſt. Siquidẽ haud ignoras offam mihi in cœnam ſat eſſe, tum opſonium ſuauiſſimũ cepe aut naſturcium:aut ſiquãdo lubeat lautius epulari, puſillũ ſalis. Porrò potũ fons Athenis nouem ſaliẽs uenis ſuppeditat. Tũ palliũ hoc quauis purpura potius. Nã aurũ nihilo magis apud me in p̃cio eſt q̃ calculi q ſunt in littorib⁹. Sed tua ipſi⁹ gratia huc me cõtuli:ut ne te ſub uerterit peſſima iſta, atꝙ inſidioſiſſima res opulentia: quippe quæ multis ſæpenumero imedicabiliũ malorũ extiterit cauſa. Etenim ſi me audies, potiſſimũ opes uni uerſas in mare præcipitabis:utpote qbus nihil ſit opus bono uiro:quicꝙ philoſophiæ poſſit opes perſpicere. Ne tamen in altum, o bone:ſed fermè ad pubem uſꝙ ingreſſus, paulo ultra ſolum fluctibus opertũ, me quidem uno ſpectante. Quod ſi hoc nõ uis:tute igitur eas potiore uia ex ædibus eiſcito, ac ne obolũ quidẽ tibi facias reliquũ:uidelicet largiens iſs, quicũꝙ opus habent: huic quinꝙ drachmas, illi minam, alij talentum. Porrò ſi qui erit Philoſophus:hunc æquũ eſt duplam aut triplam ferre portionem. Quanq̃ hoc quidem mihi non mea ipſius gratia poſtulo:ſed quo amicis, ſi q egebunt, donem. ſat eſt ſi modo peram hãc largitione tua expleueris, ne duos quidem modios Aeginiticos capientem. Nam paucis contentũ, modeſtumꝙ cõuenit eſſe eum, qui philoſophatur:neꝙ quicq̃ ultra peram cogitare.

TIMON. Equidem ista quæ dicis probo Thrasydes. Ergo si uidetur, priusq; peram expleam, age tibi caput opplebo tuberibus, posteaquam ligone sum mensus. THRASYCLES. O libertas: o leges. Pulsamur ab impurissimo, libera in ciuitate? TIMON. Quid stomacharis, o bone Thrasydes? Num te defraudaui? Atqui adijciam ultra mensurã Chœnices quatuor. Sed quid hoc negocij? Complures simul aduenĩũt. Blepsias ille, & Laches, & Gniphon, breuiter agmen eorum qui uapulabunt. Itaq; quin ego in rupem hanc conscendo, ac ligonem quidẽ iamdudũ fatigatũ, paulisper interquiescere sino? At ipse plurimis cõgestis saxis, procul eos lapidũ grandine peto. BLEPSIAS. Ne iace Timon. Abimus enim. TIMON. At uos quidem nec̃ citra sanguinẽ, nec absq; uulneribus.

LVCIANI TIMONIS SIVE MISANTHROPI, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

FINIS.

ERASMVS ROTE-

RODAMVS RICHARDO VVITFORDO BRITANNO, DOCTO ET CVM PRIMIS IVCVNDO AMICO, S. P. D.

VM ANNIS iam aliquot totus Græcanicis in literis fuerim Richarde charissime: nuper quo cum literis latinis reditrem in gratiam, latine declamare cœpi: idq; ipulsore Thoma MORO: cuius (uti scis) tanta est facundia, ut nihil non possit persuadere uel hosti: tanta autem hominem charitate complector: ut etiã si saltare me, restimq; ductare iubeat, sim nõ grauatim obtemperaturus. Tractat ille idem argumentum: & ita tractat, ut nullus sit omnino locus, quem non excutiat, eruatq;. Neq; enim arbitror (nisi me uehemẽs in illum fallit amor) unq; naturam finxisse ingeniũ hoc uno præsentius, prõptius, oculatius, argutius, breuiterq; dotibus omnigenis absolutius. Accedit lingua ingenio par: tum morum mira festiuitas: salis plurimum, sed candidi dũtaxat: ut nihil in eo desyderes, quod ad absolutum pertineat patronum. Quare non hoc animo laborem hunc suscepi: ut tantũ artificem uel æquarem, uel uincerem: sed uti cum amico omniũ dulcissimo: qui cum libenter soleo seria,

ludicraq; miſcere: in hac ingeniorum palæſtra quaſi cõ luctarer: idq; feci eo libentius, quod magnopere cupiã hoc exercitij genus, quo nullum aliud æque frugiferũ in ludis noſtris aliquando inſtaurari. Neq; enim aliud eſſe in cauſa puto: quod hac noſtra tempeſtate quum tã multi ſint, qui ſcriptores eloquentiſſimos euoluant: tam pauci tamen exiſtant, qui non infantiſſimi uideantur, ſi quãdo res oratorem poposcerit. Quod ſi tum Ciceronis, Fabijq; autoritatem, tum ueterum exemplum ſequuti, ἐν τοιαύταις μελέταις diligenter à pueris exercemur: non eſſet (opinor) tanta dicendi inopia: tam miſeranda infantia, tam pudenda balbuties, etiam in his qui literas oratorias publice profitentur. Noſtram declamationem ita leges: ut eam me pauculis diebus luſiſſe cogites, non ſcripſiſſe. Hortor autem ut & Moricã conferas: itaq; iudices, num quid in ſtilo ſit diſcriminis inter hos, quos tu ingenio, moribus, affectibus, ſtudijs uſq; adeo ſimiles eſſe dicere ſolebas, ut negares ullos gemellos magis inter ſe ſimiles reperiri poſſe. Vtrũq; certe ex æquo amas: Vtriq; uiciſſim ex æquo charus. Vale, meum delicium Richarde feſtiuiſſime. Ruri, Ad Calendas Maias, D. M. VI.

Luciani

LVCIANI TYRANNICIDA, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS.

Quidam in arcem ascendit: uti Tyrānum occideret. Atq; ipsum quidem non repperit: uerum filium eius interemit, gladiumq; in uulnere reliquit. Aduenies Tyrannus, ubi filium extinctum conspexit, eodem ense necem sibi conscisit. Is qui ascenderat, Tyrannicq; filium peremerat, præmiū tancp̄ Tyrannicida petit.

DECLAMATIO.

VVM DVOS eodē die Tyrannos occiderim iudices: Alterum quidem ætate iam affecta: Alterū æuo florentem, & ad scelerum successionem capessendam paratū: unicū tamen pro ambobus præmiū petitum uenio: qui quidem unus omniū quotquot uncp̄ Tyrānicidæ fuerūt: unico uulnere duos maleficos fuerim amolitus, necíq; dederim: filiū uidelicet ense, patrē indulgenti charitate qua filium adamabat. Itaq; Tyrannus pro his quæ cōmisit, abunde magnas

pœnas nobis dependit: quippe qui & uiuus aſpexerit filium prius morte ſublatũ: & quod eſt omniũ maxime nouũ: compulſus ſit denicq; ipſe ſui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidem manu peremptus eſt: cæterum occiſus, alterã ad cædem operam mihi ſuam cõmodauit: dum qui uiuo patri ſcelerum ſocius fuerat, eiũſdem poſt mortẽ (quatenus licuit) extitit parricida. Ego itaq; ſum is, qui tyrãnidem ſuſtuli, pariterq; mecum gladius quo cuncta confecta ſunt, meus: tametſi cædis ordinem cõmutarim, ac morem modumq; nouarim conficiendi ſceleratos. Nempe hũc qui ualentior erat, ac ſeſe defendere poterat: ipſe perimens, Porrò ſenem ſoli gladio re ſeruãs. His igit de cauſis & amplio quiddã à uobis me conſequuturũ arbitrabar: præmiáq; laturũ, quæ numero æquarẽt eos, q eſſent interempti: utpote qui nõ præſentibus modo malis uos leuarim, uerũetiam futurorũ formidine: quiq; ſtabilẽ pepererim libertatẽ: nullo relicto qui ſcelerũ capeſſat ſucceſſionẽ. Verũ interim tantis rebus ſtrenue peractis, in diſcrimen adducor: ne præmio fraudatus à uobis diſcedã: ac ne ſolus nõ ferã mercedem, quã leges à me ſeruatæ præſtituũt. At qui cõtradicit, is mihi uidetur nõ Reip. ſtudio (quẽadmodũ ait) hoc facere: ſed quod extinctos eſſe illos grauiter ferat: atq; eũ qui illis mortis autor extitit, ulciſci conet. Vos igit iudices mihi pauliſper attẽdite: dũ tyrãnidis mala tametſi ipſi optime noſtis, cõmemoro. Siquidẽ hoc pacto futurũ

cto futurũ eſt,ut & beneficij mei magnitudinẽ intelliga tis,& ipſi plus capiatis uoluptatis:reputãtes nimirũ qui bus ſitis leuati malis. Neq; eñ quẽadmodũ alijs qbuſ dã ſæpenumero accidit, itidẽ & nos ſimplicẽ tyrannidẽ atq; unicã ſeruitutẽ ſuſtinebam⁹:nec unius domini uio lentiã tolerabamus:uerum ſoli omniũ quos ſimilis ha buit calamitas, duos pro uno tyrannos habebamus,& in geminas cõtumelias diſtrahebamur infelices. Porrò ſenex multo erat moderatior:quippe ad iras lentior,ad ſupplicia ſegnior, & ad cupiditates tardior:utpote cui iam ætas uehementiã impetus cohiberet, uoluptatũq; cupiditates refrenaret. Quin ad ſuſcipiẽda maleficia fi lij inſtinctu nolens impelli ferebatur:ipſe alioqui non admodũ tyrannicus,niſi qd illi morẽ gerebat. Siquidẽ indulgens in filiũ ſupra q̃ credi queat,erat:id quod re declarauit, ita ut filius illi eſſet omnia. Illi parebat:per uim faciebat quicquid ille iuſſerat: ſupplicio afficiebat quoſcũq; præceperat,ac prorſus in oñibus illi obſecũ dabat. In ſumma:filius in patrẽ tyrãnũ quẽdã agebat: pater filij cupiditatũ ſatelles erat. Tametſi huic propter ætatẽ honorẽ cedebat adoleſcens,ſoloq; imperij nomi ne tẽperabat:tamẽ res & caput Tyrãnidis erat ipſe. Et quãq; tutamentũ,præſidiũq; principatui ab illo mutu aret:ſcelerũ tamẽ emolumẽtis ſolus fruebat. Ille erat q ſatellites cõtinebat:qui cuſtodias obtinebat:q tyrãnidẽ affectantes è medio tollebat:qui inſidias formidabat:

ille qui

ille qui castrabat ephebos, qui cõiugia uiolabat: illi uirgines producebantur. Tum si quæ cædes: si qua exilia: si quæ pecuniarũ expilationes, delationes, contumeliæ, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur. Porrò senex illi obsequebatur, comitemq; scelerũ sese præbebat, ac cõprobabat duntaxat filij sui flagitia. Itaq; quũ ea res nobis erat intoleranda: propterea quod quũ animi auiditatibus ex imperio potestas accedit, nullũ flagitij modũ imponunt: tũ illud in primis discrutiabat, quod prospiceremus diuturnam, uel æternã potius seruitutẽ eam futuram: & per successionem alij post alium domino tradendam Remp. populumq; homini scelesto hæreditatis instar obuenturũ. Nam id alijs spem non exiguam facit, quod apud sese reputant, quod inter se dicunt: at mox coercebitur: at mox demorietur: paulo post liberi futuri. Verum de his nihil eiusmodi sperabatur: quin potius iam intuebamur, paratum Tyranni dis hæredem. Vnde factum est, ut ne aggredi quidem quisq; fortium ciuiũ, & qui eadem quæ ego animo statuissent, auderet. Sed desperabat ab uniuersis libertas, atq; inexpugnabilis tyrannis uidebatur: quippe quũ esset cũ tã multis confligendũ ac dimicandũ. At me nihil ista deterruerũt: neq; ppensa negocij difficultate refugi, neq; ad suscipiẽdũ discrimẽ trepidaui, uerũ solus solus, inquã, aduersus adeo ualidam, uariamq; Tyrannidem: uel non solus potius, sed gladio comite consecrandi: quippe

di:quippe qui mihi ſit auxiliatus,mecũq; ex parte Tyrannũ interemerit:quum mors mihi interim ob oculos obuerſabatur:At è diuerſo perpendenti, quod publicã libertatẽ mea cæde redempturus eſſem.Ergo ubi in primam irruiſſem cuſtodiam:neq; mediocri negocio ſatellites ſubmouiſſem:occidẽs interim,in quẽ incurriſſem, & quicquid obſiſteret amoliẽs:ad ipſum negocij caput ferebar:ad unicum Tyrãnidis robur,ad noſtratũ calamitatum fontem:atq; irrupto arcis ꝓpugnaculo, quũ uiderem illum fortiter tuentẽ ſeſe,multisq; uulneribus reſiſtentẽ:tamen occidi.Et iam tum erat ſublata Tyrannis,iam tum mihi confectum facinus. Ex eo tempore liberi omnes,niſi quod reliquus adhuc erat ſenex ſolus, inermis,nudatus cuſtodijs:iãq; amiſſo magno illo ſuo ſatellite deſertus, neq; deinde dignus forti dextra. Ibi nimirũ mecum ipſe iudices,hæc animo reputabã.Cuncta mihi pulchre habent:cuncta confecta ſunt: cuncta eò quo deſtinaram,perducta. At eum qui reliquus eſt, quo tandem modo pœnas dare cõuenit? Me quidem, meáq; dextera nequaq; eſt dignus: præſertim ſi poſt ſplẽdidum facinus iuuenile atq; magnificum interimatur,priorem illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis quærendus eſt illo dignus:uerum poſt calamitatẽ ne uel hanc ipſam lucrifaciat,uideat:diſcrucietur:appoſitum habeat enſem:huic reliqua mando. Hæc ubi mecum ſtatuiſſem,ipſe quidẽ illinc diſcedo.At ille peregit

id,quod ego prædiuinaueram: Tyrannum occidit:fum mamq; meæ impoſuit fabulæ. Adſum igitur popula- rem adminiſtrationem uobis adportans: cunctiſque bono iam ut animo ſint, edicens,ac libertatem annun- cians. Iam meis fruimini factis. Vacua,ſicut uidetis,ſce- leratis hominib⁹ arx. Imperat nemo: quin & magiſtra- tus creare liberum eſt,& cauſas agere,& ex legibus con tradicere. Atq; hæc omnia uobis mea contigerunt ope ra, meaq; fortitudine: uidelicet ex una illa cæde, poſt quã pater iam uiuere non quibat. Aequũ itaq; cenſeo, ut his pro meritis debitum mihi à uobis præmiũ done tur:nõ quod lucri auidus,aut ſordidus quiſpiã ſim:nec is qui mercedis gratia de patria benemereri ſtatuerim: uerũ qđ præmio cupiã officia mea cõprobari,neq; re- pudiari,aut inglorios fieri conatus meos:ſi uelut irriti, præmióq; indigni iudicent. At hic contradicit,negatq; æquũ facere me,qui decorari munere,præmiumq; fer- re cupiam. Neq; em̃ Tyrãnicidã eſſe me,neq; quicq; à me pro legis ſententia confectum eſſe:uerum facinori meo deeſſe quiddam,ad hoc ut præmiũ poſtulem. Per contor igitur illũ:quid præterea requiris à me? Nonne uolui? Nonne aſcendi? Nõne occidi? Nonne libertatẽ peperi? Num quis imperat? Num quis iubet? Num quis minitatur dominus? Num quis nocentiũ manus effugit meas? Haudquaq; dixeris. Sed omnia plena pa cis:omnes reſtitutæ leges:libertas manifeſta:Democra

tia ſtabilis:

tia ſtabilis: inuiolata cõnubia: pueri tuti: uirgines abſq; periculo: publicaq; felicitatẽ ſolẽnibus ferijs celebrat ciuitas. Quis igitur horum omniũ autor? Quis eſt qui illa ſuſtulit? hæc peperit? Etẽ ſi quiſq; præ me dignus honore ſit: cedam præmiũ: deſiſtam à petendo munere. Quod ſi ſolus omnia peregi, audẽs, periditãs, aſcendens, interimens, excrucians, alterũ ultus in altero: quid mea calumniaris officia? Quur facis ut populus parum erga me gratus exiſtat? At eñ num occidiſti Tyrãnũ? Porrò lex Tyrannicidæ præmiũ decernit. Verũ dic mihi: nũquid intereſt, utrum ipſe interimas, an mortis cauſam miniſtres? Mea profecto ſententia, nihil. Verum hoc ſolum ſpectauit legis conditor: libertatẽ, Democratiam, ſceleratorũ ſublationem. Huic honorẽ decreuit: hoc præmio dignũ iudicauit: quod quidem inficiari nõ potes, quin mea cõtigerit opera. Etenim ſi occidi eum: quo occiſo, ille nõ poterat uiuere: nimirum ipſe cædem peregi. Ego occidi: ſed illius manu. Itaq; ne diſcepta de cædis modo: neq; illud expende quẽadmodum interierit: uerum an iam perierit, & an quod periit, id à me ſit profectum. Quandoquidẽ & illud excuſſurus mihi uideris: atq; his aduerſus bene de Rep. meritos calũnijs uſurus. Siquis nõ gladio, uerũ lapide, lignóue, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò ſi fame Tyrãnũ obſediſſem, ad mortis neceſſitatẽ compellens? num ibi quoq; requiſiturus eras à me cædem, mea ipſius manu

peractam? aut desyderari adhuc quiddã diceres: ad id ut legi factum à me satis uideatur: atq; id quũ scelestũ acerbius etiã atq; atrociore mortis genere trucidassem? Vnũ hoc dũtaxat specta: hoc require: hoc excute. Quis nocentiũ reliquus? aut quæ metus expectatio? aut qd calamitatũ uestigium? Quod si purgata omnia, si pacata: profecto sycophanticum est, modum rei gestæ calumniantẽ præmio frustrari uelle, quod ijs quæ uirtute cõfecta sunt debeatur. Equidẽ & illud memini differri in legibus: nisi forte propter diutinam seruitutẽ oblitus sum eorũ, quæ ab illis dicuntur: Causam mortis esse duplicem: puta, siquis ipse occidat: aut si non ipse quidem occidit, neq; manu facinus peregit: uerũ compulit, præbuitq; mortis occasionem. Ex æquo & hunc quoq; lex censet supplicio affici oportere: idq; iure optimo. Neq; enim statuit minus ualere oportere audaciam, q; facinus. Ac postea superuacaneũ est cædis rationẽ, uiamq; spectare. Deinde hunc qui sic occiderit, tanq; homicidam pœnas oportere dare censebis, ac nequaq; absoluendũ esse. At me qui per oĩa cõsimili modo Rempubl. iuui, non censes ea capere oportere, quæ ijs debentur, q beneficio iuuerunt. Neq; eĩ illud dicere possis: me quidem imprudentẽ fecisse: sed exitum quendã cõmodum fortuitu fuisse consequutũ præter animi sententiã. Nã quid præterea iã formidassem, eo qui ualidior erat interempto? Quur autẽ gladium in uulnere reliquissem:

nisi planè

niſi planè qd erat euenturũ, id ipſum prædiuinaſſem? Niſi forſan illud dices: hũc qui extinctus eſt, Tyrannũ non eſſe: neq; hanc appellationem in illum competere: neq; uos multum præmij hoc nomine, ſi ille fuiſſet occiſus, decreturos fuiſſe. Atqui iſtud dicere non queas. An Tyranno interempto: ei qui cædis cauſam miniſtrauit, præmiũ negabis? O curioſitatẽ: de illo laboras, quo pacto interierit: quum interim libertate fruaris? aut ab eo qui Democratiã reſtituit, neſcio quid ſuperuacaneum præterea requiris? Atqui lex (uti fateris) caput rei geſtæ ſpectat. Quæ uero ad id conducunt, ea omnia miſſa facit, neq; iam ultra curioſius excutit. Quid eñ: an ſi Tyrannũ exegerit quiſpiã, nõ is iam Tyrãnicidæ præmiũ cepiſſet? cepiſſet opinor: idq; iure optimo. Siquidem & hic pro ſeruitute libertatẽ peperiſſet. At id quod à me patratum eſt, non exilium habet: non in poſterum inſtaurandæ Tyrannidis metũ: uerum abſolutam ſublationem, totiuſq; generis internitionẽ: omnéq; malum radicitus exciſum. Et mihi per deos, iam ab initio ad finem uſq; (ſi uidetur) rem totam perpendite: nũquid eorum quæ ad leges pertinent ſit prætermiſſum: & num quid in me deſyderetur ex his, quæ Tyrannicidæ oportebat adeſſe. Principio mentẽ prius oportet ſuppetere fortem, & amantem Reip. quæq; pro cõmunibus commodis periculum adire non recuſet: quæq; priuato ſuo interitu multitudinis incolumitatem auſit redimere.

Num hac parte quicq̃ mihi defuit? Num frãgebat animo? Num quũ præscirẽ per quæ pericula mihi perundum esset, per ignauiam refugi? Profecto nõ potes dicere. In hac interim parte tantum commorare, atque æstima: an nõ uel uoluisse tantũ ista, ac statuisse, prædarum facinus futurũ fuisse uideatur. Ac putato me solius animi, uolũtatisq̃ argumẽto præmiũ postulare, tanq̃ qui beneficio iuuerit. Tum si uoluntati meæ facultas defuisset, uerum alius post me Tyrannũ occidisset: dic mihi, num absurdũ aut præter æquũ fuerat dare præmiũ? Maxime. Si dicerem: ciues uolui, statui, aggressus sum: uolũtatis experimentũ dedi: solus dignus sum qui præmium feram: Quid tum respõsurus fueras? Nunc porrò non hoc dico: sed insuper ascendi: periditatus sum: atq̃ innumerabilia priusq̃ iuuenem occiderẽ, patrauí. Neq̃ enim usq̃adeo facilem, factúq̃ prodiuẽ esse rem existimetis: custodias perrũpere, satellites opprimere, unumq̃ hominẽ tam multos amoliri. Quin ísthuc penè maximũ est omnium quæ sunt in Tyrannicidio, totiusq̃ negocij caput. Nam ipse iam Tyrannus non magna res est: neq̃ expugnatu, neq̃ confectu difficilis: uerum ea quæ tuentur cõtinentq̃ Tyrannidẽ: quæ quidẽ siquis superarit, is nimirũ cuncta quæ destinauit, pegerit: & perpusillũ est id quod supereſt. Sed ad Tyrãnos peruenire nunq̃ mihi contigisset: ni prius qui illum cingũt custodes oppressissem, omnesq̃ satellites ante debellassem.

bellaſſem. Nihil adhuc addo: uerũ in his rurſum immo ror. Cuſtodiã oppreſſi: ſatellites ſuperaui: Tyrannũ incuſtoditũ, inermẽ, nudum reddidi. Vtrũ his rebus confectis, nõ tibi uideor honore dignus? an adhuc cædem ipſam à me requires? Quinetiã ſi cædem quæris: ne ea quidẽ deſyderabitur. Non ſum incruẽtus: uerũ cædem peregi, magnã ac ſtrenuã: nempe iuuenis ætate ac uiribus florentis, atq; omnibus formidandi: per quẽ ille ab inſidijs erat tutus: cui uni fidebat, qui compluriũ ſatellitum inſtar erat. An nõ igitur, quæſo te, præmio dignus uideor: ſed tãtis rebus geſtis honore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitem unũ, atq; adeo quid ſi Tyranni miniſtrum quẽpiam interemiſſem? Quid ſi ſeruũ aliquem charum? an nõ hoc quoq; magnũ uiſum fuiſſet, cõſcendiſſe: mediáq; in arce, mediſ in armis, aliquẽ è Tyranni familiaribus iugulare? Nunc & hunc ipſum qui occiſus eſt, cuiuſmodi ſit conſydera. Filius erat Tyranni, uel Tyrãnus potius: crudelior, dominus intolerabilior: ad ſupplicia dirior, ad contumelias uiolentior: quodq; eſt maximum, hæres ac ſucceſſor omniũ: quiq; in longum noſtras calamitates poſſet prorogare. Vin hoc ſolum mihi confectum eſſe? Ipſum uero Tyrannũ uiuere adhuc, fuga ereptũ? Iam horũ nomine præmiũ poſtulo. Quid dicitis? Non dabitis? An nõ & illũ uerebamini? An non dominus, an non grauis, an non intolerandus erat? Porrò nũc negocij caput: deniq; ipſum perpendite. Etenim

te. Etẽ qđ hic à me reqrit:hoc q̃ fieri potuit,pulcher rime confeci. Tyrãnumq; aliena cæde occidi:nõ ſimpliciter,nec uulnere uno:id quod fuerat optatiſſimũ illi, uidelicet tantorũ facinorum ſibi conſcio: ſed poſteaq; illũ prius multo dolore excarnificaſſem:tum quo nihil habebat charius, miſerabiliter proſtratũ coram oculis oſtendẽs:puta filium in ipſo æui flore, tametſi ſceleſtũ quidem illum:attamen & ætate uigentem:& patri ſimilem,ſanguine tabóq; oppletum. Hæc nimirum ſunt parentum uulnera:hĩ gladĩ uerorum Tyrãnicidarũ:hæc mors digna crudelibus Tyrannis:hæc ultio tantis ſceleribus congruit. Cæterũ protinus interire, protinus excidere ſibi,neq; huiuſmodi ullum ſpectare ſpectaculum: profecto nihil habet Tyrãnico ſupplicio dignũ. Neq; enim ignorabam uir egregie:nõ ignorabam, inquam: neq; quenq; alium latuit, quãta ille charitate filium ſit proſequutus:adeo ut illo extincto,ne paululum quidẽ temporis ſibi in uita morandum eſſe fuerit ducturus. Atqui haud ſcio,an omnes patres hunc ad modũ affecti ſint erga liberos:uerum hic etiam ultra reliquos habebat quiddam:idq; merito:quippe qui cõſpiceret illũ unicum eſſe qui curaret,ſeruaretq; Tyrannidem: quiq; ſolus pro patre pericula ſuſciperet,& tutamen imperio adderet. Itaq; ſi non ob charitatem,certe ob rerũ deſperationem ſciebam illum protinus exiturũ è uita:perpenſurũ enim,iam nihil eſſe quur uelit uiuere,adempto tutamine

tamine,quod illi filius miniſtrauerat. Nimirũ effeci,ut hæc omnia illũ agminatim circũſiſterent,forma,dolor, deſperatio,formido:quiq; in poſterũ imminebant metus:his aduerſus illum auxiliis ſum uſus,atq; ad id extremũ illud conſilium adegi. Interijt itaq; uobis orbus, excruciatus,plorans,lachrymans.Luxit luctum:nõ illũ quidem diuturnũ,uerum qui ſatis magnus eſſet patri. Poſtremo quod eſt omniũ acerbiſſimũ,ipſe ſibi necem cõſciuit:quod quidem mortis genus,præ cæteris miſerrimũ:multóq; atrocius,q; ſi per aliũ inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius eum agnoſcit? Num cuius alterius hoc geſtamen erat? Quis eum in arcẽ induxit? Ante Tyrannũ quis eo eſt uſus? Quis eum ad illũ miſit? O enſis particeps,ſucceſſorq; meorũ egregie factorũ:poſt tanta pericula,poſt tantas cædes cõtemnimur, & indigni præmio iudicamur. Nam ſi huius tantum nomine præmiũ à uobis poſtularem: ſi ſic dicerẽ iudices: Tyrãnum quũ mori uellet,quũ id temporis inermẽ ſe deprehendiſſet,meus hic illi gladius inſeruiuit, & ad cõ ſequendam libertatẽ auxilio fuit uniuerſis:hunc quoq; laude,præmióq; dignũ iudicaſſetis. Porrò domino tã popularis rei nõ gratiã retuliſſetis? Nõne inter eos q de Rep.benemeriti ſunt,ſcripſiſſetis? Nõne gladium inter ſacra monumẽta cõſecraſſetis? Non illũ ſecundũ deos uenaremini? Nunc mihi conſyderate, quæ ueriſimile eſt feciſſe Tyrannũ:quæ dixiſſe,priuſq; ſibi mortẽ con

ſciſceret. Quũ iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiã uulneribus confoderetur: idq; in his corporis partibus, quæ conſpicuæ magis, magisq; ſint oculis obuiæ: uidelicet ut q̃ maxime diſcruciaret eũ, qui genuerat: quoq; primo ſtatim cõſpectu perturbaret: miſerabiliter indamabat, parentem implorans nõ adiutorem, nec opitulatorem: quippe qui ſenex iam eſſet, atq; inualidus: uerum domeſticarũ cladium ſpectatorem. Nam ego interim diſceſſerã, autor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actori cadauer, ſcænam, gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant. At ille aſtans, ubi filium conſpexit, quem habebat unicum: ſemiuiuũ, ſanguinolentum, cæde conſperſum, tum uulnera perpetua, pluri ma ac letalia: hunc ad modũ exclamauit: O nate extincti ſumus: interempti ſumus: tanq; Tyranni iugulati ſumus. Vbi mactator? Cui me ſeruat? Cui me relinquit? qui quidem iamdudũ propter occiſum te fili ſum extinctus: niſi forte me tanq; ſenem contemnit, ac lento ſupplicio me cõficit: prõducitq; mihi mortẽ: redditq; mihi cædem longiorẽ. Atq; hæc loquutus, enſem quærebat. Nam ipſe inermis erat, propterea quod per oñia filio fideret: uerũ ne is quidem deerat, ut qui iamdudũ fuerit à me paratus, atq; ad facinus futurũ relictus. Euulſo igitur è cæde gladio, atq; è uulnere exempto, ait: Dudũ me occidiſti: nunc finẽ malis impone gladio. Ades patri lugenti ſolamen: ſenilemq; manũ & infelicem adiuua.

iugula,

iugula, Tyrannũ occide, luctu libera: utinam prior in te incidissem: utinã in cæde priorem occupassem locum. Occidissem quidem, sed tanꝯ Tyrãnus duntaxat: sed qui crederem mihi superesse ultorem: nunc autẽ tanꝯ orbus occumbo: nunc tanꝯ cui desit etiam mactator. Atq; hæc ubi diceret, gladium adegit, tremens neq; sat potens. Cupiebat quidem: uerum non suppetebant ui res ad facinus exigendũ. Quot hic supplicia? Quot uul nera? Quot mortes? Quot Tyrannicidia? Quot præ- mia? Postremo spectastis omẽs iuuenem dudum pro- stratum: nec exiguũ profecto, neq; mediocriũ uirium opus: ac senem huic circũfusum, atq; amborum sangui nem cõmixtum, libertatis illam & uictorialem uictimã, meiq; gladij facinora. At gladius ipse in medio ambo- rum: declarans ꝯ non indignum se domino præstitit: testansq; quod mihi fidam nauasset operã. Id si à me ipso fuisset patratum, minus fuerat futurum. Nunc aũt illustrius est ipsa nouitate. Atq; ego quidẽ sum is, qui Tyrãnidem sustuli. Cæterum actio in multos est distri buta, quẽadmodum in fabulis fieri cõsueuit. Ac primas quidẽ partes egi ipse. Secundas autem filius. Porrò ter tias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

LVCIANI TYRANNICIDAE, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

DECLAMATIO

DES. ERASMI ROTERODAMI, NON ILLA QVIDEM VERSA, SED QVAE SVPERIORI DECLAMATIONI E LVCIANO VERSAE RESPONDEAT.

I MIHI CAVSA hæc iudices, apud cõcionẽ popularẽ quæ ſtudijs potius, & exacto rerum iudicio duci cõſueuit, eſſet agenda: ac non magis apud iudices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum grauiſſimos ſapientiſſimoſq; nõnihil profecto uererer, ne omniũ animis noua hac & inſperata lætitia geſtientibus, atq; (ut ita dixerim) exultãtibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porrò fauẽtes, beneuoloſq; multo minus: quippe qui frontem modo, quaſiq; perſonã huius negocij intuentibus: nõ faciem ipſam propius cõtemplantibus uideri fortaſſe poſſim, in cõmuni totius ciuitatis gaudio: tum autẽ in cauſa tam populari, uelut importunius obſtrepere atq; obturbare. Enimuero quum omnis affectus inutilis

inutilis est ad recte iudicandū: tum ingens, intēperans, atq; exundans lætitia, nō solum iudicium omne funditus tollere solet, uerūetiam nostri sensus nō raro nobis eripere: præsertim (si quēadmodū hæc nostra) post graues diuturnasq; calamitates, ac ueluti tēpestatē sæuissimam, repēte præterq; spem (quasi portus quidam) fuerit obiecta. Quid aūt tam acerbum liberæ multitudini, q̄ seruitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, q̄ libertas? Itaq; nō rebus modo ipsis, sed uel inanibus harum rerū uocabulis, plebis animā queant ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dū gaudiorum adhuc uelut æstus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet: dū lætitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandū instituere non sinit. Verum uestra iudices singularis sapientia, perspicacitasq;, nō hoc tantum scrupulo me leuat, uerum & hanc mihi fiduciā suppeditat, uti sperem futurum: ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec inuidētia, nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calūniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reip. charitate suscepi: uobis nō modo nō inuidiosum, sed fauorabile, plausibiléq; uideatur. Etem̄ postq̄ uiderem manifesta quadam deorū beneuolentia, post diuturnam ac miserrimā illam seruitutē, toties Reip. uotis expetitam libertatem aliquādo contigisse: nihil prius curandum nobis esse iudicaui, q̄ ut gratos

nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta: quo uidelicet munus suum huic urbi proprium, perpetuumq; facere uellent: & constabilire, tueriq; quod largiri non essent grauati. Meminisse mq; iisdem in manu esse: ut eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem uel primæ gratitudinis partes: intelligere uidelicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales diuinæ beneficentiæ gratiam referre possumus: si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus: si ad illos autores referamus. Neque mihi committendum puto ui: ut dum nimium candidi in ciuem esse uolumus, in deos ingrati, impijq; reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur: ne hoc præmij perennis ærario, & huius lucris accrescat (quanq; id quoq; longa iam Tyrānide exhaustius est, quàm ut inde temere dari præmia conueniat immerentibus) Illud agitur: ne dijs immortales qui huius male consulta, nobis uerterunt bene: hoc tantum munus à nobis tanq; ingratis reposcant. Si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ: id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominē obsecro? Nempe, qui quū priuatus contra leges iuuenē occiderit: atq; hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo præbuerit: idq; adeo imprudens (uti mox docebimus) nō uertur pulcherrimū Tyrannicidæ titulum dijs eripere: sibi

arrogare:

arrogare:Reipu.diem dicere,ac leges ipſas in ius uocare:ciuitatem ingratitudinis ream agere:niſi ſibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem iudices facinus ſpecioſius Tyrannicidio:nullū dīis dignius: uerum hoc impudentior,qui ſibi laudem tam eximiam uſurpat immeritus. Nullum præmium honeſtius,illuſtriuſq;,q̄ quod Tyrānicidæ debetur. Sed hoc impenſius,accuratiuſq; ſpectandum:ne temere decernatur in digno. Permulta ſiquidem,permulta ad id requirūtur: ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam diuino præmio dignus quis eſſe uideatur:quorum nihil in hunc competere,paulo poſt euincemus. Proinde quum non tolerandæ improbitatis mihi uideatur,qui legibus tum homicidij, tum temeritatis pœnas debeat: cum à legibus præmium omnium maximum petere:petere dixi,imo flagitare:& ita flagitare,ut etiam ſi unum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa inſuper iſti creditori ſunt debituræ. Quæ cuncta quum poſtulare iure potuiſſet:maluit tamen homo uerecundus, unico perſoluto,reliqua ſibi deberi:ut haberet nimirum,quod obnoxiæ Reipu.quoties libido ſit,poſſit improperare. Tum illud utrum riſu potius,an odio dignū exiſtimē: quod in tribunalibus,quod apud ornatiſſimū ſeueriſſimorū iudicū cōceſſum, Thraſonē quendā nobis è comœdia retulit? Senſiſtis iudices,ut è corona pleriq; riſum tenere nequierint,dū pſonatus iſte Hercules tragœdiā illā ſuam

ſuã nobis recitabat: de ſeſe terq; quaterq; Tyrãnicida, de ſapiẽte illo gladio cõmilitone ſuo, qui per ſe prudẽs ſenem interemit: digno uidelicet, qui inter ſydera collocetur, domino in deorum numerũ relato. Dij boni, qui bus phaleris, quibus fucis, q bus ampullis facinus illud nobis ſuũ ornauit, iactauit, exaggerauit? cũ militari iactantia, cũ Stentorea uoce, cũ faſtuoſo uultu, cũ arrogãtibus ſupercilijs, cũ ſtupidis oculis, ſuũ ipſe uobis encomium detonabat? Quæſo iudices, ut etiam nunc hominis uultum diligenter attendatis: nonne uobis minitari uidetur? nonne dicere? ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo, ac fortiſſimo gladio: qui uel ſine me, meas uices ubi lubebit, acturus eſt. Quis tandem iſtam ferat iactantiã, uel in eo, qui uere Tyrannũ occidiſſet? Hæc quoq; me causa iudices (neq; enim inficiãdum eſt) cõmouit, ut huius obſiſterẽ petitioni: uel magis, ut immoderatã arrogantiam, ut odioſam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quũ certatim uniuerſa ciuitas dijs libertatis autoribus gratarẽt: ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit: cũ indigne tulerit uictimas dijs ſeruatoribus immolatas. Sibi hũc honorem eripi: ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis autorẽ prodamitabat: leges, aras, focos, omnia publica, priuatáq;, ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum deniq; iudices auguramini: ſi ad huius intolerabilẽ iactantiam,

ctantiã,ueſtra autoritas, ueſtra cõprobatio, ſi præmiũ quaſi pignus acceſſerit? Quid,niſi ut Tyranno ſubmoto,alter quidam huic ciuitati paretur: qui uentoſæ linguæ,gloriæq; quaſi Tyrannidẽ quandã exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam Tragœdiam ingerat:quotidie dextrã iſtam Herculanã,& gladium prodigioſum minitetur? Vtrum eſt hoc iudices Tyrãnide liberari,an mutare Tyrannum? Videtis ipſi q̃ minaci fronte me iam obtueatur.Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi nõ licebit libertate in cõtradicendo (tuo ſcilicet munere)uti, quũ tu ſic abutare? qui liberũ tibi putaris (id quod etiã in proſcæniõ leges fieri uetant)crimẽ tam atrox,tam capitale in ciuem impingere,tantũ quia lubuit:idq; apud iudices iuratos,in tam frequẽti ciuiũ corona,quod nequeas uel leuiſſimo confirmare argumento. Siquidem q̃ reliqua glorioſe,tam illud impudẽter dicebas,mihi nullam fuiſſe cauſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem:niſi quo Tyranni necem,quæ me diſcruciaret ſcilicet,ulciſcerer.Quo quidem tuo exemplo ſi uiciſſim in te liberet uti,mox intelligeres q̃ atrocia,quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuũ iſtud tã inuidioſum(quẽadmodum tu quidem exiſtimabas)cõuitium,me longe minus etiã territabat,q̃(quod uulgo dicunt)ex pelui redditũ fulgur. Etenim præterq̃ quod neq; affinitas, neq; cognatio, neq; neceſſitudo, neque

emolumentū, neq; prorſus alia res ulla mihi cū Tyran no interceſſit: quur mea referret illum uiuere, ſine quibus rebus nullam in quēq; criminis hærere ſuſpicionē, tu quoq; ſcires: niſi nūq; tribunalia uidiſſes: ac niſi hodie deuiū te lucelli ſpes feciſſet iureconſultū? Equidem arbitror, meā fidem, integritatē, pietatem, totamq; meā uitam ſic huic Reip. ſpectatam eſſe: ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, q; mihi ſuſpicionē ullam conciliaris. Vides q; multis adductus ſim cauſis, ut tibi obſiſterem. Deniq; (ſi ſcire uis) bona ciuiū pars id à me enixiſſime flagitauit, ut ſui patrociniū aduerſum te ſuſciperem: negantes ſibi uideri Tyrannide liberos ſeſe, niſi te à Tyrānicidæ præmio deiicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoq; durum, ei debere qui ſic impuret. Sed debere arrogāti, ſanè q; moleſtum eſt: at debere, cui nō debeas: iſthuc uero non grauiſſimū modo, uerūetiam ſtultiſſimū. Equidem ne lenoni quidē, uel uerbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxiū eſſe tam importuno imputatori, tū qui nihil iuuerit: id uero bis miſerū eſt, bis ſtultū eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, q; qui quod nō dedit, id uult dediſſe uideri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſam quur tibi me opponerē, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo: profecto nihil habes quod mihi iure ſuccenſeas. Etenim quum apud iudices tam ſanctos agatur: ſi uere præmiū meruiſti, non tibi hono

rem eripio:

rem eripio: uerũ etiam uehemente illustro: quando nõ paulo magnificentius est tyrannicidæ præmiũ euicisse, q̃ tulisse. Sin minus, æquus ueniam dabis: si boni ciuis fungor officio: si nullo meo emolumento Remp. debiti præmij ream defendo: si stultitiæ crimẽ, si imprudentiæ infamiã à ciuitate depello: si non sino, ut nostro omniũ periculo hæc urbs in deos existat ingrata: Postremo si deorum immortaliũ causam ago, quibus honorem debitũ tu conaris interuertere. Vel hinc sat liqueat, quanta religione reliquã causam egeris: qui statim ingrediẽs tam impudenter sis calũniatus. Contradicit igitur contra Remp. fauet Tyranno. Quanq̃ ego illud quoq; liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco uel Tyrãnorum causas citra fraudem agere licere. Neq; tamen à uobis postulo iudices: ut uel mihi prosit in causa hoc meum erga Remp. studium, uel huic obsit tam insolens arrogãtia: imo non deprecor inuidentiæ suspicionem: nõ refugio uel atrocissimã illam, quam iste mihi conabatur impingere, inuidiam: ut Tyranno fauisse uidear: nisi certioribus, quàm ut à quoq; refelli possint, argumentis euinco: nisi demum & aduersario persuadeo, modo ne tergiferentur, ut q̃maxime ciuiliter quis agat, nullum ei deberi præmium: Sin exactius, seueriusque, pœnam etiam ab ipso deberi. Quæ quidem dum quàm potest breuissime facio: quæso iudices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meministis Iudices: ut iste

inter dicẽdum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unũ ſpectare iuſſerit, quantis malis Tyrannide ſimus leuati. Hoc paſſim inculcabat: hac re bonã orationis partẽ occupabat: nihil nos aliud perpendere uoluit, niſi quod grauem ſeruitutem toleraſſemus, nũc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum uos ſpectare uoluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neq; eñ hoc in quæſtionẽ uenit, cõ miſera ſit Tyrãnis, cõ optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis iudices: quũ libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio huius uirtuti debeatur: & an id quod euẽtu cum huius facto coniunctum eſt, idem cum eius merito coniunctum uideri oporteat. Relegam autẽ eadẽ ueſtigia, quibus ipſe in cauſam ingreſſus eſt: quod equidem refellẽdi genus ſimpliciſſimum eſſe puto: ſequarq; partes illas, quibus iſte rem ſecuit: id nimirum agens, ut quẽadmodum in genioſi cõuiuatores ijſdem carnibus alio atq; alio modo coquẽdis, cõdiendiſq; efficiũt, uti multa opſoniorũ genera uideãtur: itidem iſte nobis ex unico homicidio multa facit tyrãnicidia. Repetã igit' ordine gradus illos q̃bus iſte facin⁹ ſuũ ſibi uiſus eſt mirifice attollere, & in quibus idẽtidẽ reſtitabat. Quod ſi me deturbãte, uel in uno quolibet conſiſtere poterit: tũ ipſe ſeſe uictorẽ pronũciet licebit. Quot tyrãnicidia, inqt, quot præmia? Primum quod uolui: deinde quod conatus ſum. Tum aũt quod filium occidi pluſq; tyrannũ. Poſtremo, quod pa-

ter ob

ter ob mortẽ huius ſibi necem cõſciuit. Principio quod uoluit iudices: quis non leuius eſſe uideat, cẽ ut ſit refellendum? niſi quod iſte tãta uoce intonabat, toties inculcabat, quod Tyrãnũ uoluiſſet occidere: atq; id (ut nihil iam accederet) tamẽ præmio dignũ aſſeuerabat. Quid autẽ tam ridiculum, cẽ nudæ uoluntatis præmiũ à lege flagitare? quæ adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid uelint, aut in animo ſtatuant homines: ut neq; pœnã irrogent, ſiquid uelis modo perperam: neq; præmiũ oſtendant, ſiquid officioſe uelis: uerũ id unũquẽq; uoluiſſe interpretatur, quod nulla ui coactus effecerit. Ergo ne, in quies, nõ magna facti pars eſt uoluiſſe, quod quidem arduis in rebus uel ſolũ ſufficere ſolet? Recte ſanè. Sed apud deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt quid nolis aut uelis: ab his præmiũ expectandũ, ſiquid præclarum animo conceperis. Lex hominũ uices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecub⁹ mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut (nõ dicã) abdita aut ſuſpicioſa: ſed ne ea quidẽ admittat, quæ populari ſunt opinione, famáq; iactata. Poſtremo ut non niſi cõperta recipiat: nõ audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, euicta. Cedo quod eſt facinus tã nefariũ, cuius ſimplex uoluntas in crimen unẽ eſt uocata? Iſta iudicia Aeaci, Rhadamantiq; tribunalibus ſeruantur. Hic mihi non quid uolueris, ſed quid feceris adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium

minatur, quod in animo ſtatueris: quæ tãdem eſt impudentia, p merito quod præſtare uolueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, à lege quaſi præmiũ poſtulare? Quæ quidem quũ id unum ſit comparata, ut maleficia uel deterreat, uel coerceat: multóq; magis ad eius partes pertineat, nocentibus erogare pœnam, cũq; bene meretibus largiri præmia (id quod mox copioſius demóſtrabimus) poſteaq; in criminibus non accipit inſimulatio nẽ meræ uoluntatis: quæſo te, in petẽdis præmijs oſtentationem uolũtatis admittet? Quis autem eſt ciuiũ uel quantũlibet ignauus, qui non uelit Tyrannũ occidere, ſi tuto liceat? Quis nõ uel leno, ſaltem emolumenti cauſa uelit? Deniq; quis non facile ſimulare poſſit uoluiſſe ſe: uidelicet quo præmiũ gratis auferat? Vis itaq; dicã, quantũ hoc totum habeat momenti, uoluiſſe occidere? Nẽpe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari conuenit. Qui præſtitit beneficiũ, ei lex beneficiũ repẽdit: at qui bene uoluit tantũ, ei quid debet, niſi ut uiciſſim bene uelit Reſp? I nunc, & hoc in gradu nos iube cõſiſtere. Rem tam eximiã, inquis, animo uerſani, ſtatui, decreui: an præmiũ negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: uerum illud interim præmij feres: uelut homo nimiũ perfrictæ frontis, irriſus, exploſus, exibilatus diſcedes: quem nõ puduerit id à lege poſtulare, quod ne leno quidẽ auſit à quoq; petere, ut rem pro uoluntate auferat: nemo tã uecors qui

concedat,

concedat,ut uoluntatē neſcio quā,hoc eſt minus q̄ uerba precio redimat. At nō uolui tantū,inquis:uerum & periditatus ſum, aſcendi, ſubmoui ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis,quod de gradu illo deſiliſti,in quo nimis profecto incōmode ſtabas: quāq̄ ne in hoc quidem multo cōmodius conſtiteris. Nam etiā ſi paulo minus abſurdum uideatur:haud ita multo minus impudens tamen eſt:quū lex palam præmiū decernat ei,qui factū præſtiterit:te quod conatus modo ſis, præmiū poſcere.Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus,quod per illas eſt ciui priuato cū ciue priuato? Age quid ſiquis ciuiū tecum iniſſet contractum:ita ut ille pecuniam ſtipulatus,tu conditionem pactus eſſes: mirum ni ſuo uterq̄ periculo:atq̄ is nondū præſtita cōditione,nūmos his uerbis abs te petat: Cedo mercedē, conatus ſum,tentaui, adniſus ſum:an nō ꝓtinus impudenti homini reſpōdebis: Cedo cōditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quādoquidē effectū abs te pactus ſum,nō conatū.Puta totidem uerbis tibi nūc reſpondere legem:Agnoſco contractū:non muto pacta: debeo præmiū:ſed ſi tu conditionē præſtitiſti:ſi Tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur,aut abſoluuntur homines. Si conato pollicita ſum præmiū,non grauabor dare:ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem ius eſt te ferre quod es ſtipulatus, me nō ferre qd' ſum pacta? In priuatis ac minutis cōtractibus nemo tā improbus inue-

bus inuenitur: ut lucrum conditione promissum postu
let, non præstita conditione: nemo tam stultus ut det, si
quis postulet: & tu à Rep. maximũ omniũ præmiũ po
stulas, quod conatus modo sis? Nihil mihi nisi nugas
adfers: donec illud unũ audiam, quod te præstare opor
tebat. Volui, inquis: ascẽdi, perrupi custodias, submoui
satellites: quãtulũ iã est illud qd̃ supereſt? Quid adhuc
desyderas? Nẽpe nihil in te desydero præter illud, cui
soli debebatur præmiũ. An non intellexisti in istiusmo
di cõtractibus duplex esse periculum: quorũ alterũ ad
hunc tantũ, alterũ ad illũ proprie ptineat: uidelicet per
soluẽdæ mercedis, & præstãdæ cõditionis. Ego meo pe
riculo præmij̃ dependendi onus recipio: neq; tua referre
putes, neq; refert cp̃ angusta mihi res, unde corradẽdũ
quod debeam precium. Tu itidem conditionẽ tuo susci
pis periculo: neq; mea quicq̃ interest, quo sudore, quo
periculo sit ea tibi præstãda. Totam istam curam, totũ
hoc negocium tibi relinquo. Quod si ego iam præstita
bs te conditione, cõmemorem tibi in agris meis male
proueniſſe segetes: merces naufragio perijſſe: nihil auel
li à malis debitoribus: non sine graui dispendio cõflari
posse pecuniam, quam tibi debeam: dic obsecro: nonne
nugas agere me dices, negans horum quicq̃ ad te per
tinere? Hoc uno modo posse satisfieri tibi, si pecunia
numeretur. Neq; quisq; est iudex tam iniquus, quin te
tuo uti iure fateatur. Et mihi pulchre satisfactum existi-

mas,

mas,si tu mihi tragœdiam adferas,quantũ adieris periculi,quantũ ſudorũ,quantũ uigiliarũ exhauſeris,dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior,ſcrupuloſiorq́,q̃ ut legibus tam occupatis conueniat,alienã expendere uoluntatẽ,alienos penſiculari conatus:quorũ ſuos quiſq́ nimio ſolet æſtimare: non ſuos difficile eſt adamuſſim perpendere. At facti, facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionẽ cadit:hunc reliqua omnia conſueuit metiri. Tametſi non piget interdum æqui boniq́ rationem habere. Verum in his litibus,quæ de uetere illa formula pendent,inter bonos bene agier oportet:at in contractibus, quæ neq́ ui,neq́ dolo coierũt:quid eſt quod à præſcripto recreatur,niſi quis uelit oñino à pactis diſcedere? Quid uis? Circũſpice:& ſi potes uſq́ inuenire exemplũ,non nego præmiũ. Sæpenumero in pugilum Olympicis,ſæpe in certamine ſpectator(opinor)ſediſti. Cedo:num quando uidiſti quenq́ tã impudentẽ,qui palmã ſibi hoc nomine uendicaret,quod ſtrenue certaſſet? Nõ arbitror atq́ id in re penè ludicra, certe ad uoluptatẽ cõparata: Et tu in tam ſerio,omniũq́ ſplendidiſſimo negocio,id tibi poſtulas,quod in ſcænicis illis pudeat uel impudẽtiſſimũ tentare? Age quoties & illud uidiſti euenire:ut q ſeſe fortiſſime,doctiſſimeq́ geſſiſſet in curſu:is à præmio longiſſime abeſſet,& ignauiſſimo faueret euẽtus? Habeat ille ſanè,quod cauſetur:excidiſſe habenas,con-

ſternatũ equũ,fractam rotam:iactet ſe uel arte,uel uiri bus tãto præcellentiorẽ,quãto Therſite præſtitit Achil les:niſi metã prior attigerit,profecto poſtulãdi præmij ius nullũ habebit,fortunã ſuã incuſare licebit. Cæterũ Agonothetæ nõ indignabitur, ꝓpterea quod hoc animo in certamẽ deſcẽderit,ut eius uteretur cõditione:id eſt,ita demũ præmiũ ferret,ſi uirtuti fortuna fauẽte uicciſſet. Alioqui ſi conatui,non tantũ effectui præmiũ deberetur:tot palmis eſſet opus,quot in Olympicũ certamen ueniſſent. Quanꝯ in huiuſmodi ludis, qui ſolẽnitatis,uoluptatiſq; gratia proponũtur:ſit interdũ,ut uictis quoq; præmia ſtatuãtur,nõ honoris,ſed ſolatij gratia:uerũ ſerijs in rebus atq; adeo periculoſis, quarum obſecro lex unꝯ mercedẽ ſtatuit,niſi ſiquis facinꝰ peregiſſet:& ita peregiſſet,ut omnis numeros implerit? A quo tu quantũ abſis,mox audies:nam nunc de conatu tantũ agimus. Lex igitur ciuicã promittit coronã ei,qui ciuem in bello ſeruarit. Quis unꝯ ad hunc honorẽ uel aſpirauit:qđ ſe telis obiecerit:quod nõ ſine multis uulneribus diſceſſerit? Profecto niſi ciue ſeruato,nemo ciuicam petit. Quis unꝯ his uerbis muralem petijt? Acriter cõtendi iudices,ut mœnia ſuperarẽ. Omnia feci:ſed depulſus ſum. Quantũlibet enim ſus ſit,niſi cõſcenſo muro,nemo tã inuerecundus,ut muralẽ coronã ſibi deberi dicat. Obſidionalẽ nemo flagitat,niſi depulſa obſidione. Poſtremo nullus honos petit,niſi ab eo q̃ id effecerit:ad

tit: ad qđ honor inuitat. Qui nauim in tẽpeſtate deſertã, ad littus ꝓduxerit, huic ex lege uendicatio eſt earũ rerũ, quæ naui uehebãtur. Quorſum attinet hic tuã iactare peritiã, ſudores, pericula, conatus? Nihil nõ feceris, q̃ nauẽ in tutũ reduceres: ſed uictus tẽpeſtate deſeruiſti: audebis quicq̃ ex his quæ ſunt in naui, tibi uendicare? Aut ſi auſis: futurũ ſperas, ut quiſq̃ te uel pilũ ſinat attingere? Nõ opinor. Siquis unq̃ ouationẽ, ſupplicationem, triũphũ obtinuit, qđ ad uictoriã omnibus uernis eſſet eniſus: qđ grauiter ſe geſſerit in bello, niſi ſuperior diſceſſerit: niſi præſcriptũ à lege numerũ hoſtiũ fuderit? aude & tu tibi præmiũ ꝓmittere, qđ tyrãnicidiũ ſis aggreſſus. Qđ ſi nemini hominũ memoria cõtigit, deſine tibi noua ſpe blãditi: deſine inaudito exẽplo poſtulare, qđ ſperare ſit improbiſſimũ, dare poſtulãti ſtultiſſimũ. Noli nobis cõmemorare, quãto capitis periculo murũ arcis cõſcenderis: qua uirtute ſatellitiũ Tyrãnicũ perrumperis: alios depuleris, alios occideris: quorũ maximam partẽ tibi liberũ eſt fingere. Ad obtinẽdum tyrãnicidæ præmiũ, duobus dũtaxat uerbis eſt opus: Tyrãnũ occidi. Quãtũuis conatũ exaggeres, alleues, attollas: nõ niſi tyrãnicidæ debet̃ præmiũ. Alioqui qđ dices ſi eodẽ illo die, q̃ tu arcẽ cõſcẽdiſti, ꝓmulti pariter aggreſſi, ſua q̃ſq̃ uirtute freti: quorũ nemo tamen tyrannũ interemiſſet: utrũ omnes tyrãnicidæ præmio potiẽtur ex æquo, nempe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenue rẽ aggreſſis,

uni cuipiam, qui sit omniū ignauissimus (ut nō semper uirtuti respondet fortuna) eum cōtingat interficere: an nō præteritis reliquis hic unus honorē auferet? Quam obrem tandem? Nō quia plus adierit periculi: sed quoniam id confecit, cui lex honorē decreuit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptā operam: neq; bis æquū esse uirtutis egregios conatus merito fraudari præmio, nisi fortunæ suffragio adiuuentur. Sed quæ tandem potest esse iniqua conditio, quā nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantūlibet iniqua conditio proponitur: eam nimirū facit æquissimā, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exēplū conferre) quid iniquius, cū uel summū artificem ab imperitissimo superari, si modo iactus commode cadat? Atq; id adeo nemo tanc̄ iniquū causatur: propterea quod cui lusus huius lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaq; lex q̄d præstari uelit, id palam atq; in medio proponit. Quid abs te præstari possit, id tibi relinquit expēdendū. Illa nihil mauult, cū ut res cū opti me cadat: quod si posteac̄ nihil iam intentatū reliqueris: quo minus effeceris, per fortunā stetit: intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunā, si ita lubet, in ius uoca, cū lege nihil tibi rei. Quæ ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi præstanti. Neq; uero existimus iudices, istud à maioribus q̄ hanc legē tulerūt, sine summa ratione fuisse factū, ut conato præmiū non esse

statuendū

ſtatuendū putarint. Videlicet illud cauerunt: non tantū ne ancipites iſtas & inexplicabiles huiuſmodi de conatu lites inuitarent: uerūetiā quod intelligerēt tyrānicidij conatū non poſſe, niſi ſummo ciuitatis periculo ſuſcipi. Vnde futurum proſpiciebant: ut ſi conatui præmiū ſtatuiſſent, temeritate conantiū Reſp. ſubuerteretur potius q̄ reſtitueretur. Etenim Tyrānis quid aliud eſt, q̄ graue, capitaleq̄ ciuitatis hulcus? Huic ſiquis medeatur, ei merces digna propoſita eſt: quā ita demū ferat, ſi remediū præſentaneū attulerit. Verū huic malo neminē oportet admoliri manū, niſi certū artificem: qui ſua diligētia, peritiáq̄ fretus, nō ſinat hoc licere fortunæ: ut dum ipſe ſalutē dare conatur, illa uitā penitus eripiat. Quid? utrū tu igitur in eiuſmodi diſcrimine, conatum præmio iudicas inuitandū eſſe: an potius pœna deterrendū, niſi qd conatus eſt quiſpiā, idem præſtiterit? Nec illud te ſubleuat, quod mihi uidebare ratiocinādo colligere: quū lex in maleficijs pœnam irroget ſimplici ſceleris molitioni: par eſſe, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationē. Nam oportere legē multo ꝓpenſiorē uideri ad cōpenſandā uirtutē, q̄ ad retaliandā culpā. Atq̄ uide q̄ hic tota erras uia. Principio nō animaduertis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis diſcedere: propterea qd aliorū molitio cū priuato moliētis periculo modo cōiuncta eſt: huius cū publico Reip. diſcrimine copulata: ut temere moliri tyrānicidiū nihil aliud ſit, q̄

temeritate priuata rem omniũ prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualẽcunq; conatũ in quæstionẽ uenire sinit: uerũ in paucis dũtaxat: quæ uel propter insignẽ atrocitatẽ hoc odij merẽtur: uel eiusmodi sunt, ut prius exitiũ adferant, q̃ conatus dent significationem. Quod genus, parricidiũ, ueneficiũ, proditio. Postremo nõ uides nihil esse simile, totáq; natura, rationeq; discrepare: pœnæ legitimã irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterũ quidẽ proprie legũ munus: alterum quasi quædã de iure cõcessio, legisq; candor (ut ita dixerim) quidã est. Hoc ita habere sic demũ intelliges: si reputes, q̃ multa sint quæ lex iubeat, addita pœna ni pareas: q̃ multa itẽ uetet, nisi obtẽperaris, supplicũ minitans. Cõtra, uix unũ atq; alterũ esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædã em̃ eiusmodi sunt, ut durũ ac seruile videat ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorẽ ducere: operã dare liberis. Hic lex nimirũ urbani⁹ ac uerecũdius tecũ agit: patris, nõ magistratus sumit habitũ: precio ad id inuitat, qd' alioqui gratuito te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, ut à quouis nõ improbo ciue præstari uelle oporteat: tamen & fortiora uidentur, q̃ ut à multis præstari queãt: & periculosiora, q̃ ut multi uelint suscipere. Nã inhumanũ uidet cuiq̃ uitæ suæ contemptũ imperare. Ad hæc igitur præmio animat, quasiq; calcar addit uirtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiã longius trahere, q̃ ad

quæ

quæ ſemet ipſa aſtringit. Nec mirandũ eſt, ſi attẽtiór, ſi uigilantior, ſi exactior eſt in ꝓprio, naturaliq; munere ſuo, cq; in eo in quo ꝓ tẽporis ratione in alienas partes deſcẽdit. Huic aſtipulat illud, qd nouis etiã criminibus exemplũ, aut nouũ noua lege ſolet inſtitui, aut à ſimili lege mutuo ſumi. Neq; tamẽ idem fieri cõſueuit: ſiquis quid noui facinoris cũ laude patrauit, ut præmiũ à con ſimili cõſtitutione decernatur: niſi lex extet, quæ nomi/ natim honorẽ ſtatuat eius facto: quod roget, uix habe bit: qd poſtulet, haudquaq;. Quur em legi neceſſe ſit paſſim ciuiũ ſuorq; officiũ mercede redimere? qñquidẽ ne ſit impunita improbitas, id publicitus omniũ refert: at probus eſſe nemo gratis poteſt. Quid aũt eſt quod non uel gratus patriæ debeat ciuis? cui ſi uel animã im/ penderis: quid mirandũ, ſi quod acceperas, id reſtituis? Vt ſupplicio dignus ſis, niſi parenti pietatis officium perſoluas: non præmiũ illico tibi debeatur, ſi perſoluas. Itidẽ: ſiquid in leges cõmittas, nõ potes effugere ſuppli ciũ: at non ſtatim illæ tibi præmiũ debituræ ſint, ſiquid cũ officio feceris. Nam ſi ciues omnes ſeſe in officio cõti nerent, ne opus quidem eſſet ullis legibus: quippe quæ non ad bonos mores comparatæ, ſed malis è moribus natæ ſunt: id quod uere uulgo dictitant, ac pharmaci ui ce fungãtur. Finge itaq; nullas eſſe leges: quemadmo/ dum de aureo Saturni ſæculo fabulantur Poetæ, ſuo quẽq; ſponte fungi officio: an tu hic damabis perire be

nefacta,

nefacta,quod nulla lex præmiũ decernat? Vti lex nominat nisi improbis:ita nõ pollicetur optimis ciuibus. Quorsum em̃ opus ꝓmisso,quũ uirtus absoluta abunde seipsa cõtenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita,profecto plus ꝯ impudẽtissimũ est:improbe flagitare quod ea candide ciuiliterꝙ ꝓmiserit, ciuis est probitatis nõ satis spectatæ. Tu quid merueris,paulo post excutiẽt:interim finge sanè præcipuã quandã utilitatẽ attulisse,cui tamen ex lege præmiũ nõ debeatur. Vtrũ protinus clamitabis infrugiferum fuisse officiũ: ciuitatẽ in ius uocabis:plebem ingratã uociferabere:minitabere iudicibus,nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam uirtutẽ abunde magnum sui præmiũ iudicabis? oblectabis te cõscientia recti:hunc esse maximũ fructum officij duces,qd̃ de alijs citra tuũ emolumentũ benemerendo ad deorum beni gnitatẽ uidearis accedere? Nimirũ hæc tibi futura sunt satis,si modo ciuis sis optim⁹. Quod si nõ cõtetus istis, aliud adhuc nescio qd̃ præmium desyderes:certe maximo proximũ est gloria. Hoc tu iã propemodũ tulisti. Quãto metiris p̃cio,uolitare ꝓ ora mortaliũ, celebrari, laudari,digitis notari mille, oculos omniũ in te conjectos circũferre? Ista,inquã,uel maxima præmij pars:nã pecunia sanè ꝯexiguũ momẽtũ adfert. Tu conatus dũtaxat es:permagna portio,uel caput potius ipsum,tuo deest facinori. At quũ interim his rebus frueris:dũ non

occiso

occiſo Tyrãno, tamẽ uelut Tyrãnicida celebraris: quæſo te, quantula pars abeſt à tuo præmio, quod laturus eras, etiã ſi Tyrãnũ occidiſſes? Poſtremo iſthuc ipſum præmiũ penè dixerim inuidendũ mihi uidetur: quod iam tibi licuit toties Reip. Tyrãnicidiũ imputare: quod in celebri iudicio tibi contigit honeſtiſſimũ præmiũ flagitare, & in tã frequenti theatro ſpectante Rep. magnificam iſtã tuã tragœdiã peragere. Mihi uidetur iudices beneficij tuliſſe gratiã, quiſquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorũ munus imputas ciuitati: & ſunt fortaſſis, qui tibi libertatẽ acceptã ferãt. An hæc tanta præmia cõtemnis? quæ uel uero Tyrãnicidæ ſufficere debuerãt: niſi lex maluiſſet præmio conatũ ab effectu diſtinguere. Quãcp̃ nullũ me herde præmiũ magis cõgruit ei, qui Tyrannũ conatus ſit occidere, nec occiderit: cp̃ ut illi contingat Tyrãnicidæ præmiũ ſperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecũ cõmorari iubeas? Quãcp̃ hoc nomine tuus conatus min⁹ promeret præmiũ: qđ aliorũ ꝓpoſito fortuna modo defuit, tibi uolũtas, ut ais. Effeciſti qđ uoluiſti: id quod erat neceſſe, nec feciſti, nec uoluiſti. Sed iãdudũ aliũ gradum (ut uideo) circũſpectas, in quẽ te recipias. Nam in hoc cp̃ citra omnẽ præmij ſpem cõſiſtas, intelligis. Age ſequemur te ꝑ omnia: & aliũde alio fugitantẽ ꝑſequemur, nec uſcp̃ ſinemus cõſiſtere. Atqui nõ tantũ aggreſſus ſum, inquis, uerũetiã occidi: nempe filiũ: atcp̃ id faci-

nus in duo secas Tyrānicidia:& quod filium sustuleris plusq̄ Tyrannū,tum Tyrānidis successorē:& quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo mox:nūc hoc cuiusmodi sit inspiciam⁹. Parentē ais abste,iugulato filio,eadē occisum opera. Negas em̄ referre,qua uia peremeris,modo sustuleris:imo splendidius istuc uideri uis,quod tuo quidē ense,uerū ipsius dextera sit interemptus. Hæc tā honesta iudices oratio possit parū attentū fallere:præsertim hoc rem fucis illis suis & phaleris uenditāte,dum nobis ob oculos ponit ualidū illū,florentēq̄ iuuenē,sic patri adamatū,crebris uulneribus confossum:parentē senē miserū,illi circūfusum,eodem exanimatū ense,sanguinē utriusq̄ inter se confusum. Ista quidē dictu splendida:sed quid ad tuam causam attinent? Nemo tam cæcus qui nō uideat:nemo tā effrons qui neget,spectaculū illud multo omniū iucundissimū extitisse ciuitati:quū senem Tyrannū iuueni uideret incumbentē,exanimē exanimi:& in altero gauderet sese leuatum malis præteritis,in altero futuro⁹ metu. Hæc quū per se maxima, quū Reip. sint gratissima: quid attinet uerbis exaggerare? Illud unū in hoc iudicio uertitur:utrū tibi acceptū ferri oporteat,quod pater sine cōtrouersia Tyrannus occisus est,an fortunæ,superumq̄ dexteritati. Quod em̄ tuo gladio pemptus est, id uero q̄ est futile,nihiliq̄. Quid si tuo gladio ab eo q̄ eū utendū abs te rogasset, Tyrānus esset necatus:num

tu protinus

tu protinus Tyrānicidæ præmiū petitum uenires? Lex occisori pollicetur honorē: tu eum iugulasti, de quo certe cōtrouersum esse poterat, Tyrāni nomine censendus esset, necne: eū de quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudēs excidisti à præmio: sin metu, multo minus etiā causæ est postulādi muneris: uerū illud tute uehemēter urgebas, uti prudēs uolensq; reliquisse uidere. Sed quod tandem erat istud tuū consiliū: quū tibi sic in manu esset nō toto metu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, & uerū certumq; Tyrānū relinquere? intelligebas (ut ais) omne negocium confectū extincto iuuene: propterea quod modis omnibus futurū præscires, ut senex illico sibimet eodē gladio necem conscisceret. Videte iudices in manifestissimo mendacio, qua rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiā cōmentus fuisset, nō poterat hinc explicare sese. Siquidē hæc uel augur, uel haruspex, uel uates diceres: fortasse nōnullos inuenires, q ista prædicanti fidē essent habituri. Nunc qd impudētius? quid uanius? quid ueri dissimilius? cū asse uerare, id certū præscisse te, quod tale sit, ut quiuis alius exitus potius fuerit expectandus? An cōiecturis es assequutus id euenturum, quod euenit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi ut uel sperares, uel suspicarere? Porrò in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro, certas illas coniecturas, quibus hic noster ua-

tes præſenſit inopinatũ oĩbus exitũ. Iam ætate feſſus erat, inquis: iã uiribus defectus: nec obtineri iã auguma bat poſſe Tyrãnidẽ, adempto filio. Tum indulgentius amabat, cꝫ ut filio uellet eſſe ſupſtes. Nõne ſentis hæc adeo nõ eſſe naturæ rerũ cõſentanea: ut iam omnibus uideãtur eſſe cõfutata, uel priuſcꝫ refellãtur? Vtrũ ſenimentẽ ullam fuiſſe putas, an nõ putas? Si nõ putas: fieri potuit, ut illi tutũ uideretur, quod neutiꝫ erat tutum atqꝫ ita, ptinus toto falleris augurio. Sin putas ſapuiſſe cur erat quod uſqꝫadeo diffiderat? Quaſi uero Tyrannus uiribus dũtaxat unius hominis: ac nõ multo magis ingenio, uerſutia, callidítate, largitione, crudelitatéqꝫ cõtineatur: quæ omnia ſi magis in ſenẽ cꝫ in adoleſcentẽ cõpetunt: cur tu in diuerſum torques auguriũ? An non illa ætas uſu rerũ callentior eſt? an nõ altius diſſimulat? an nõ cauet diligẽtius? an nõ proſpicit oculatius? iraſcitur implacabilius? tenacius iniuriæ meminit? meliuſqꝫ in longinquũ cõſulit? His ſolis rebus imperiũ Tyrãnicum adminiſtrat. In militiæ duce quãtulũ eſt illud momentũ, qd corporis uires adferunt? at in Tyrãnide pfecto multo minus. Cur magis illũ terreret adẽptus filiꝰ, cꝫ extinctus ſatelles quiſpiam audacior? quũ arx ſuper eſſet approbe munita: ſupeſſent opes, arma, ſatellitũ ingens agmen, tot in ciuitate factioſi, potẽtesqꝫ: qui nõ ſolum Tyrãni partes adiuuabãt, uerũetiã Tyrannos agebant. Quos equidẽ ſpero nũc nobis nõ eſſe metuẽdos:

(nolim

(nolim em̃ infausta ominari)at ita tamẽ,ne nimiũ secu re negligant. Vsq; adeo ne senem cruda,uiridiq; (quod omnes norũt)senecta,callidũ,animosum,ambitiosum, non stultũ,una filij mors cõsternauit,ut rebus despera tis protinus è uita sibi migrandum duxerit? Præsertim quũ ille patris dominatũ nihilo reddiderit tutiorẽ,sed multo inuidiosiorẽ:idq; ob libidinẽ,atq; ætatis insolen tiam,temeritatẽq; : adeo ut expedierit propemodũ illi ad stabiliendã Tyrãnidẽ filiũ è medio tolli. Etem̃ quo propius ad iusti regni speciẽ accesserit Tyrãnis:hoc mi/ nus est inuidiæ obnoxia,magisq; tuta. Iuuenis ille solũ hoc augebat,qd̃ maxime Tyrannos solet euertere. Ve ra illa Tyrãnidis muniméta,in callidi senis pectore erãt collocata:sed tenerius adamabat filiũ, q; ut defuncto posset supersse. De matercula quapiã priuata loque/ris:an de uiro sene, callido, crudeli, deniq; Tyranno? Quid ego iudices in eo sermone argumentis coarguen do sumã operam:quẽ ipsa natura,quẽ mos, quem com munis omniũ sensus repudiat? Quis unq; isthuc audi/ uit? Tyrannũ usq; adeo pio in liberos fuisse animo:ut nõ dicam cõmori uoluerit,sed cõuiuere cõmode quiue/rit? Credite mihi,priuatorũ isti sunt affectus. Tyrãnus neq; quid natura,neq; quid pietas, neq; omnino quid sit officium nouit. Exuit hæc omnia, simulatq; Tyran/ num induit. Omnia cõmodis,omnia metu,omnia ne/cessitate metit. Solos hos amat(si quos tamẽ ille amat)

qui uel Deos ipſos odit: quos aut metuit & tollere nõ dum expedit: aut quorũ opera, miniſterióq; ad fulciendum imperiũ indiget. Quod ſi ullos ille poſſet amare, ſimiles certe ſui diligeret, impios, uiolentos, rapaces, ſceleſtes: quando nihil ad conciliandã charitatẽ efficacius morũ ſimilitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari ſunt, niſi quatenus adiuuant. Adeo ut præpoſterũ uel peruerſum potius quendã Stoicũ Tyrãnus exprimat. Neq; eñ quiſq; tam Stoicus fuit, ut æque uacarit omnibus affectibus, atq; Tyrãnus: hoc modo illos diſcernit, quod Philoſophus honeſto metitur ſua conſilia, hic cõmodo. An ille ullum pietatis igniculũ in quenq; mortalium ſentire potuit: qui in patriã, uitæ parentẽ, altricẽq; qui in cælites omniũ bonorũ autores, tam ſit impius, ut illam crudeliſſima opprimat ſeruitute: horũ phana deſpoliet, iura contemnat? Verum ut largiamur tibi nõ nihil, ſinamuſq; te priuatos affectus in Tyrannicũ pectus, hoc eſt, ignẽ in flumen tranſferre: an tandẽ perſuadebis illud, uſq; adeo indulgenter illum adamaſſe filiũ, uſq; adeo in eũ oñes uitæ ſuæ ſpes, uoluptates, opeſq; ſemel cõtuliſſe: ut illo ſublato, ne minimã quidem uitæ cauſam ſibi reliquã eſſe putaret? Repete: nõ dicã ex hac ciuitate, uerum ex uniuerſo mortalium genere: non ex hoc ſæculo, ſed ab orbe cõdito, & ab ipſo (ſi uis) Promethei ſimulacro. Quotus quiſq; fuit pater, quota quæq; matercula, quæ ob liberorum necem ſibi fatum accerſiuerit?

tierit? Naturalis hic dolor, & quẽ nemo ferè non mode ſte ferat. Priuatis parẽtibus uel indulgentiſſimis, mulier cularũ intẽperatiſſimis affectibus mediocris luctus ſuf ficit: Tyranni in filiũ charitati nõ niſi ſolam mortem ſa tiſfacturã eſſe tu Lynceu præuidebas? Age hoc quoq; tibi donamus: uicerit homo Tyrannus priuatorũ in liberos pietatẽ: uicerit indulgẽtia materculas omnis: qui tibi compertũ eſſe potuit, utro ſe dolor paternus inclinaret? In rabiẽ, an in deſperationẽ? Quo diligebat impotentius: hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, ciuibus infenſus, uel maxime uellet eſſe ſuperſtes: uel ob id denicq; quo ueterẽ illam iram, nũc filij nece acerrime exaſperatã, irritatãcq; Reip. ſupplicijs ſaturaret. Quod ſi aliàs uitæ pertæſum fuiſſet: hæc nimirũ una cauſa poterat illum in uita retinere. Quid autẽ ſenili animo uindictæ cupidius? An neſcis cẽ impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æſtu, quo flagrare ſoleat incendio: ſiquãdo atroci inſignicq; contumelia laceſſatur? Quæ uero potuit eſſe atrocior, quàm filij cædes, ſic amati, ut tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſæuitiæ, quicquid immanitatis: ſi qua ſanguinis ſitis, ſi qua ſuppliciorum fames, denicq; ſi quid Tyrãnicum: id omne ſemel de integro poterat excitare, quaſicq; renouare. Mitiora etiã animalia, datæ orbitatis iniuria, in rabiem ſolet agere: & tu Tyrãno (quo nullũ animal imitius) nihil tale metuẽdũ eſſe

esse certissimus augur existimasti: quod in Tigribus nō demus euenire? Quod si tibi uni compertū erat Tyranno sic in delitijs esse filium: quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut sæuissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiē uersa, in miserā hāc ciuitatē, dilaniandā, discerpēdamq; insiliret? Id si nō euenit, magna Dijs gratia, tibi magnū debetur malū: qui quantū ad te pertinet, tā dirā belua in nostra capita, fortunasq; immiseris. Elige nūc utrum malis: an uerū fateri, nihil fuisse Tyranno cum nostris affectibus cōmune: an cōfingere sic adamasse, ut matercularū quoq; uicerit delitias? Certe neutro modo tua cōstabit diuinatio. Quæ nisi cōstiterit, nō est quod ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ cōmoditate te imprudēte euenerit. Postremo donem⁹ & hoc tibi, ut præsciueris, & certū præsciueris, deo uidelicet quopiā te certiorē faciente (nā alioqui fieri nequaq; potuit) perinde est ac si nō præscieris, quū præscientiæ tuæ fidem legi facere nō possis. Profer quibus prædixeris id euenturum quod euenit. Doce quis deorū quando isthuc tibi prænunciarit. Nihil habes quod dicas. Verū posteaq; rē feliciter euenisse uideres, tum demū post factū uates esse cœpisti: quēadmodū uulgo tum fieri, tum dici cōsuevit, post euentū stultos etiā sapere: & q̄ fortunæ beneficiū uerbis in te trāsmoueres, tragœdiā istam nobis cōmini sci cœpisti: causas repperisti, quibus præscisse uideare. Sed dij boni, q̄ non bonū Poetā te præstitisti: qui tam incōsistentia,

incõsistentia,tã cũ natura pugnãtia finxeris:sæuissimũ Tyrãnũ ob pietatẽ erga filium, ultro uitam fugisse:ob unius capitis necẽ,tutum sibi non putasse in uita cõmorari:quũ omnia supereſſent,quibus Tyrannis & paratæ & obtinetur.Sublato eo,in quo omne Tyrãnidis præsidiũ collocarat:repente rebus suis diffisum,ad inferos abijsse.Age mitto nũc argumenta:hæc omnia uera,nõ ficta credem⁹esse,tametsi ne fucũ quidẽ ullũ habẽt ueri Si mihi ex omni hominũ memoria,uel unũ Tyrãnum potes nominare,qui liberos suos sic adamarit,ut non spadones ac pellacas longe prætulerit:qui sic illis indulserit,ut non suspectos haberet,obseruaretq;:qui sic illis sit fisus,ut nõ in barbaris quibusdam latronibus,ac seruis stigmaticis plus q̃ in illis fidutiæ posuerit. Ego tibi ꝓmultos referre possim,q̃ filios sic oderint,ut uiuos esse pati nõ possent:adeo metuerit, ut ne cibum quidẽ unà capere uellent:adeo diffiderent, ut tum demũ se tutos esse putarent,siquis illos è medio submouisset. Nullus inutilior Tyrãni satelles,q̃ filius. Ex extrema barbarie cõductitios mauult ille,sicarios,fugitiuos,homicidas,sacrilegos. His uitã suã mauult cõmittere,qui sua patria frui nõ possint,& alienã euertere gaudeant:qui barbaricis,ferinisq; uiribus antecellãt,& gigãtes illos impios referant:qui propter animi cupiditatẽ non difficile ad quiduis periculi suscipiendũ perducũtur,& propter ingenij feritatẽ à nullo facinore abhorrẽt. Hi sunt idonei

Tyrãnorũ miniſtri: hi fiducia, munimentũ, præſidiũq; Tyrannidis multo tutiſſimũ. Hos ſiquid ademerit, cauſam uideat dediſſe, quur rebus Tyrannus diffidat. Nã filius qua tandem ratione dominatũ ſuſtinebat? Aetate? at utilior ætas grandior. Robore? unus erat. Prudentia? magis ſapit ſenecta. Cuſtodijs quas obtinebat? at ſi aduerſum patrẽ obtinebat, mors illius ſeni etiã optãda. Si patris nomine: quid niſi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quo deficerent: niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus Tyrannus amoto filio. Res em̃ Tyrãno ſuſpecta, filius uiolẽtus & inſolens: propterea quod reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt. Filius illud præmiũ ſpectat, Tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentẽ poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis iamdudũ, neſcio quid: mane, præſenſi: nihil inexpugnatũ omittã: urges. Niſi præter modũ adamauit filiũ: niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortẽ conſciuit? Iſthuc uero merito demirãdum: quippe qd̃ præter omniũ, ac tuã etiã ſpem euenit. Verũ ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationẽ reddam, quid illi Dĳ in mentẽ immiſerint, ut ſibi uim adferret: hoc tantũ euincere ſat eſt, te nullis cõiecturis hunc exitũ certo præſcire potuiſſe, quantũlibet amarit filiũ. Tametſi cauſa non admodũ obſcura. Iam deorũ ſiqui fuerũt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calami-

ſtra calamitas ſatiauerat. Iam ꝓpitios noſtra uota, noſtra ſacra cõmouerant: aderat illud fatale tempus, quũ impius ille ſenex Diꝭ atq; hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderãt ultrices Erinnes: aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentẽ ademerunt: hæ uanã formidinẽ incuſſerunt: hæ attonitũ ad ſpontaneã ſui cædẽ impulerunt. Nihil minus arbitrabatur, cꝫ fugiſſe, qui filium peremerat, cꝫ una cæde cõtentũ fore: qua quidẽ una in re iure potes gloriari, quod Tyrannũ uehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, q hoc facin⁹ peregiſſet. Credebat eſſe talẽ, quales audierat eſſe ſolere Tyrãnos, q magno ſuæ uitæ contẽptu, Tyrãni caput impeterẽt: qui nõ adorirent ſacinus, niſi ratione probe perſpecta, qua poſſent pficere. Hanc ſuſpicionẽ Pan ille, aut ſiquis alius eſt Deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabat inſtare ſibi carnificem: ſenſit adeſſe neceſſitatẽ illã fatalẽ, quã nemini nocentiũ uitare licuit. Itaq; qd huius urbis pietati, qd deorũ bonitati debet: cur tu id phaleratis dictis in te tranſferre conaris? Vbi diſcrimẽ erat ſubeũdũ, ibi fugitabas. Nũc ubi res præter ſpem pulchre cecidit, tutũcꝫ putas: fortunæ laudẽ in te deriuas. Sed finge diuerſum exitũ fuiſſe conſequutũ. Pone Tyrannũ ira percitũ, paſſim ciues ad exquiſita ſupplica rapere, ꝓſcribere, iugulare, in exiliũ agere, poſſeſſionib⁹ exuere. Quid hic dices? Nõ ſines, opinor, eorũ malorũ cauſam, in te tancꝫ in auto-

rem referri,& fortunæ argumento culpã deprecaberis? Negabis tibi imputandũ esse,siquid fortuito præter p positũ euenerit. At nũc nõne iniuriũ est:ut quod boni fortunæ cõmoditate præter spem euenit,id totum in te uelut autorẽ uelle traducere? Etenim te nihil expectasse minus,q̃ id qd̃ euenit,uel ipsa res damnat. Si hoc animo cõscendisses arcẽ,ut filiũ,nõ patrem occidisses:credi poterat te talẽ quandã spem animo concepisse:nunc cu su,nescio,an metu potius in iuuenẽ incidisti:& tum demũ q̃ diuina ista mens,& futurorũ præsaga,sed quæ nõ nisi post euentũ sua prodat oracula,te corripuit. Quũ esset fugiendũ:ibi demũ iudices in re tam tumultuosa secũ uelut ociosus consultare cœpit,utrũ senem sua dextra dignũ existimaret:ibi demũ præuidere cœpit fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quo cõmentũ tam impudẽs iudices efficiat paulo probabilius:quæ nec uidit,nec uidere potuit,ea perinde descripsit,nimirum(ut iactat)Poeta,quasi spectator astiterit,quid in mentem uenerit Tyrãno,quid dixerit,quid fecerit,quomodo ferrum strinxerit.Eiusdem profecto impudentiæ:fingere præsciisse se,quod esset euentu cõsequuturũ:& quod nõ uideris,id ita narrare,quasi uideris. Quãto melius tuo cõmento,id est fabulæ sua fides constitisset:si ita finxisses,te quũ perempto iuuene,stricto gladio ad senẽ ire destinasses:repente à tergo adfuisse Palladẽ illã Homericam,& iam euntẽ capillis reuocasse te:uetuisse,ne tam

luculentũ

luculentū facinus ſenili cæde obſcurares: ſeſe citra tuam operā curaturā, ut ille ſuapte manu, ſed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarū offunderet, ſed multum etiā adderet lucis: dehinc abditū te per rimam contemplatū: uel (quod eſt te dignius) repente Deā ſepſiſſe te nebula: ut Tyrānicæ necis tutus & ocioſus ſpectator aſſiſteres: nec prius illinc diſceſſiſſe, q̄ negociū omne cōfectum uidiſſes. Hæc ſi confinxiſſes, paulo minus malū Poetā te præſtitiſſes. Sed ociū, opinor, non ſuppetebat ad omnes fabulæ parteis cōmode tractādas: uidelicet lucri cupiditate, te protinus ad præmiū poſtulandū rapiente. Nunc uel ipſa te prodit incōſtantia, figmentiq̄ coarguit. In arcē aſcēdiſti, quo Tyrannū occideres: necq̄ tū præuidebas, quod ſole ipſo clarius uideri uis. In medio negocio ſubito neſcio quis Deꝰ oculos tibi reſtituit: ut uideres futurū id, quod accidit. Porrò ſi ueris fidē facere uoluiſſes: narrare debueras, quēadmodū nocturnus explorator furtim arcē cōſcenderis: in ædes clāculū irrepſeris, forte fortuna obuio nemine: non dicā ut tolleres aliquid: ſed ut experireris, ſi qd̄ tuto facinus poſſes deſignare. Hæc molienti cōmodū fauiſſe fortunā. Itaq̄ quū adoleſcentē ſolum atq̄ incuſtoditū offendiſſes (ut eſt ea nimirū ætas ſecurior, periculiq̄ minꝰ cogitās: præterea diuturna Tyrānis iam magnā metus partē exuerat) tūhaud ſcio (ut mores illiꝰ erāt) multo uino ſepultū, atq̄ immodica libidine defeſſum, fortiter iugulaſſe ſcili

cet:& ſomnũ illi cum morte,id eſt, germanũ(ut ait Homerus)cũ germano coniunxiſſe:deinde ubi iã cardines procul ſtridere cœpiſſent:exaudito uidelicet morientis gemitu:ibi te metu exanimatũ ita fugiſſe,ut nõ uacarit gladiũ è uulnere tollere:quẽ nec parricidæ,nec ſicarijſolent relinquere,ne deprehendãtur. Interea domi latitaſſe te:iamdudũ de fuga cogitantẽ, & longinquas aliquas, ſemotaſq; mũdi latebras animo circũſpectantẽ:in quibus abditus poſſes irritati patris ſæuitiã fallere. Iamq; te ad ſpontaneũ exiliũ accincto,repente in uulgus exijſſe famã,liberã eſſe ciuitatẽ: Tyrãnum unà cũ filio iugulatũ:reliquos metu fugiſſe:autorem ignorari facinoris. Ibi repẽte ad nouã tuæ fabulæ cataſtrophen,immutaſſe te animũ:& qui prius de ſalute fueras ſollicitus,protinus ad præmij ſpem arrectũ fuiſſe:lucriq; auiditate, priuſq; tibi ſatis eſſet excogitata ratio,qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres,proſiliſſe in mediũ:id quod uidimus,damitaſſe tuũ illũ eſſe enſem, tuũ facinus:nõ unũ præmiũ tuæ uirtuti fore ſatis. Hæc nemo non credidiſſet:ſunt emm rerum naturæ conſentanea,uſu comprobata, omniũ opinione recepta. Artu dum ſedulo quidẽ, ſed tamen parum ex arte,tuã nobis præſentiã niteris perſuadere:q; multa cõminiſceris,nõ dicam tota facie à uero diſtantia, uerũetiam cum ſenſu cõmuni,cũ more,cum natura penitus pugnãtia. Primũ Tyrãnũ tam materne filiũ adamaſſe,ut ſine eo uiuere

noluerit:

nolùerit:ſic ob unius mortẽ metu fuiſſe conſternatũ,ut in uita manere nõ ſit auſus:ſic illi toto pectore fiſum,ut ipſe nullas circũ ſe cuſtodias haberet:adeo fracti animi fuiſſe,ut tam chari pignoris truculenta cæde nõ potuerit ad ultionẽ inflãmari:tam inualidũ,ut tua dextra fuerit indignus:tam inermẽ, ut ni tu illi gladiũ reliquiſſes tuũ,defuturũ fuiſſe,quo ſe iugularet. Non uides q̃ nõ cõpetat tam inſignis in Tyrannũ pietas:tam ſecura in eam ætatẽ fiducia:tantus metus in hominẽ,excepto filio,reliquis omnibus præſidijs munitũ:tanta conſternatio,in hominẽ tot periculis exercitatiſſimũ:tanta imbecillitas in iratũ? Quid igitur erat,cur tu ſenem illũ tantopere cõtempſeris,ut indignũ habueris,q̃ tua iſta magnifica dextera iugularetur? Tu ne indignũ iudicabas, quẽ occideres:quũ eum Reſp. nõ putarit indignũ,quẽ formidaret,quẽ maximo ſuo cum dolore ferret? Nõ talem illũ iudices:non talem ſenſimus,ut cuiq̃ contẽnendus uideri debuerit. Neq̃ tu eum unq̃ contempſiſti, niſi forte contemnere eſt, miſere formidare. Sciebas in arcem armis refertam:ſciebas ſupereſſe ſatellites:quorum uel unus(ſi ſeni uires deerant)ſufficiebat iugulãdo tibi. Non ignorabas (id quod nemõ noſtrum neſcit) quantum uirium illi partim exercitatio,partim ingenij feritas,etiam in illa ſenecta reliquerat. Tum non te fugiebat,frigidum illud ſenium ſic interdum acri dolore inflammari,ut iuuenibus etiam ualidiſſimis, ſæpenumero

mero fuerit intolerandū: ſiquādo ſolitum illud robur, quod ætatis gelu uelut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis aūt tam inualidus eſt, ut non filli pudor, ira, dolor ingens, uires ſuppeditet? Hoc erat uidelicet, cur tu filium q̄ patrē malueris occidere: quod illum inopinantē, inermē, dormiētem, fortuna obiecit. Cum hoc pugnādū erat, armato, uallato, irato deniq; Hoc erat quur gladiū relinqueres: ratus ne tātiſper quidem morari tutū, dum reciperes: metuens uidelicet, ne tātillū ſarcinæ te redderet in fuga tardiorē. Reliquiſti inuitus, q̄ Tyrāno ꝓdi poſſes: ſed ꝓdi maluiſti, q̄ dēphēdi. Neq; ego nūc formidinē tuā accuſo: imo miror magis, quod pedibus cōſiſtere, qd' fugere potueris: quū audires moueri tyrannicā familiā, ſtridere arma: intelligeres tibi nō cum puero, ſed cū uigilātibus, uiris, accinctis, armatis, ſobrijs, irritatis, deniq; cū rabioſo patre dimicandum eſſe: nō quod illum uſq; adeo filij mors cōmoueret: ſed quod arbitraret', & haud ſcio an uere, ſe petitum fuiſſe, dexteram tuā erraſſe tantū in filio. I nunc & ſpera: non dicā hos iudices, uiros omniū perſpicientiſſimos: ſed uel è media plebe quen q̄ eſſe tam mucoſis nāribus, cui nō ſuboleat: imo qui nō planè odoret', perſentiat; q̄ totā hanc fabulā abs te cōfictam. Et quod Poetæ ſolent, quū hærent in explicando tragœdiæ argumēto: hanc ueluti Deam diuinationem arte quadam induxiſti, quo præſenſionē tuā iudicibus ꝓbares. Sine qua uidebas

debas præmium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministraui paternæ mortis: qui gladium quo se feriret, reliquerim. Atq; id solum non modo satis esse putat ad petendum præmium: uerumetiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecretur, domi/nus pro deo præsenti colatur. O hominem suauem, si has spes uere concepit, impudentem, si quum non spe/ret, postulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in sy/luam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud fer/rum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem. An uero nihil referre pu/tas, quam præbeas occasionē, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti: quo nihil minus deest ty/ranno: nunc̄ ferrū abest, non in cubili, non in tridinio, nō in sacris. Reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror: qua fronte eum gladium tuū ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu in/quam exanimatus reliquisti, quē postea receptū opta/bas. Reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in ciuium iugulos distrinxisset? quid si eodem lectos aliquot ex huius urbis iuuentute adole/scentes, filio suo inferias mactasset? Si tyrannū occidi/sti: quia tuo occisus est gladio: & horum omnium indi/gna cædes ad te pertinebit: quippe cuius ense perac̄ta est. Id si non euenit, nihil ad te pertinet: nam anceps oc

casio, quam in partem cadat, id Dijs in manu est: si bene uerterit, nihil gratiæ debetur ei, qui dedit imprudés: sin male, temeritas imputatur. Neq; enim culpa uacat, qui periculosam ministrat occasionem: quæ si feliciter, mirentur omnes: sin infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat futurum, ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me iudices hæc pluribus refellere uerbis, q̄ necesse uideatur: quippe tam friuola: uerum id mihi propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non reiectum prætermittere. Quare quæso, ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atq; attente cognoscere: dū hūc ab gradu firmissimo deijcio. Hic sibi uehementer fidebat: hunc acriter urgebat locum. Negabat uitari posse, quin præmium deberetur, quod patri necis causam ministrasset: si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certe necato filio. Nā ita in legibus dissertum aiebat, nihil interesse, utrū manu sua quis occidat, an mortis causam præbeat. Addebat æquum esse, ut cum in maleficijs causam datam imputarent leges ad supplicīū: multo magis idem obseruarent in benefactis ad præmium. Hæc aiebat meminisse sese in legibus esse disputata: illud addens Thrasonicū: nisi sibi diuturna seruitus, legū memoriā obliterasset. Nō tu legum oblitus propter diutinā desuetudinē: sed nunc̄ quid sibi uelint leges, inquisisse uideris. Bis enim

enim hic erras: qui neq; causæ datæ rationem, neq; dan tis animum discernas: id quod legibus traditū est: nec animaduertis, longe diuersam esse rationem maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpres? ita ne satis esse iudicas, uel ad pœnam, uel ad præmiū, qualemcunq; quomodocunq; causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illū dederit, quo se postea confodit? Atqui hanc laudem nunq; ille sibi uindicasset: tametsi probabile uideri poterat, in eum usum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes, uel ad pœnam uocamus, uel ad præmium: quoties armis in eorū officina perfectis, aut iugulantur ciues, aut seruantur? Postremo quur hoc quod tu petis præmium, non ensis istius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere nō poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age si telo inter uenandum temere misso, forte Tyrannum uicinū inter fecisses: clamares tibi Tyrannicidæ deberi præmium? An potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudēs & inscius iaculum torsisses? Imo in ius potius uocandus esses, qui missi teli temeritate ciuē (quod in te fuit) occideris: nam quod in Tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo uinum lene ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses, Tyranno uendidisses: atq; ille eius dulcedine captus, auidius sese ingurgitasset: eaq; re con

cepta febri deceſſiſſet: auderes ne Caupo, uini titulo tyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, uinóq; madidum explo deret? Cæterum quãto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Vtcunq; coniecturis præcipi poterat: ut ætas uinoſa tam illicibili uino auidius, intemperantiusq; fueretur: crapulam conſequeretur morbus, præſertim in ſene: morbum mors. Vulgo hæc eueniũt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te Tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini: medicos interdicere cibum, quo tamẽ ille oppidoq; lubens ueſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te nõ fugere: eum cibum tu arte tua, cupediſq; & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis? Conſequitur edentem morbus, quem prædixerant medici: emoritur Tyrannus: liberatur ciuitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc iure madẽs, fulígine niger, Tyranicidæ præmium poſtulabis? Mortarium, tunſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus Tyrannidem expugnaris? Non eris, opinor, tam impudens in ea cauſa: qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi uoluntas occidendi non defuit: probabilem præbuit cauſam. Tu nec in hoc iugulaſti filium, quo pater ultro uitam relinqueret: & cauſam dediſti,

ad quid

ad quiduis potius q̃ ad iſtud idoneam. Accipe exem/plum tuo ſimilius, q̃ ouum ſit ouo (quod aiunt) ſimile. Quid ſi Tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eáq; cognita re Tyrannus ſibi uitam abrumperet: auderes ad præmium aſpirare: auderes dicere, te certum præſciſſe, fore ut Tyrannus ſponte fugeret è uita? Certe quanto plures amicas extinctas ſequuti ſunt q̃ filios. Nemo tamen tibi crederet: nemo tibi præmium decerneret: tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes Fortunæ gratias haberẽt, cuius cõmoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abũde magnũ præmium exiſtimarent, ſi cõmiſſi uenia donatus diſcederes. Primum igitur diuerſam imputandi maleficij, & aſſcribendi beneficij rationem conueniet diſtinguere: deinde cauſæ æqualitatem: poſtremo animũ: atq; ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendũ præmium, q̃ ad infligendam pœnã: id in priuilegijs, quæ in exemplum non uocantur, fortaſſe locũ habet. In iure cõmuni longe ſecus eſt. Siquidẽ (uti ſuperius demõſtrauimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium oſtendit. Tum in maleficijs etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirũ, nec iniquũ, ſi lex eſt diligentior in eo negocio, ad quod unum eſt nata, atq; inſtituta: q̃ in eo, in quo temporis ratione

tanq; alienas sibi sumit partes. Ergo in utroq; cõmuni ter spectat, ut causa sit idonea: deinde ut animus adsit, non tantum casus. Hoc rursum interest: quod in benefactis, nec causa idonea, nec animus idoneus satisfacit legi: nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis, si quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse, praeter fortunam: qua te subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam & animum expendit. Si animum uitiosum comperit, nihil moratur causam, q̃ sit idonea: putat animum & euentum ad pœnam cõmerendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & non consequitur euentus: lex quasi conniuet ad id, & nõ putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus: etiam si de animi uitio doceri non potest: tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnã irrogat: partim propter suspectam dantis uoluntatem: partim ut hæc latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci: discantq; homines uel suo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atq; euidentem noxæ causam dederit: eum perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit. Veluti si quis hostem opibus, copijsq; iuuerit, perinde est ac si ipsius arma contra ferat. Siquidẽ id suppeditauit, sine quo bellum geri non poterat. Aut

siquis

siquis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendum curet, ut naufragio intereat: aut in conclaue pensili testudine inducat, ut ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci, uenenum ponat, futurum sperans ut eo hausto pereat. Tametsi non bibit ægrotus: tamẽ ueneficij postulari potest qui posuit, propter uitiosam animi uoluntatem. Nam uehemẽter erat probabile id euenturũ, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi uoluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi uoluntate, adponas euentum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porrò si in loco nõ ad id destinato, puta in uia publica, aut in fundo alieno: arcu temet exerceas: lex tecum non agit: nisi si quem occideris, aut uulneraris, aut si cui damnũ dederis. Cæterum quod facis, tuo facis periculo. Quod siquid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neq; tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non uacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto discrimine dissita sint, inter quæ tu nihil interesse dicebas. Primũ non statim imputatur ad præmium, quod ad pœnam: idq; non à malignitate legũ latoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim à legum officio. Deinde discernitur animus: causa data dijudicatur: spectatur euentus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuũ faci-

tus

tanꝙ alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroq; cõmuni ter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt: quod in benefactis, nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi: niſi his acceſſerit euentus item idoneus. In maleficiis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe, præter fortunam: qua te ſubleuari, quod tandem ius ſit? In euentu ſimul & cauſam datam & animum expendit. Si animum uitioſum comperit, nihil moratur cauſam, ꝙ ſit idonea: putat animum & euentum ad pœnam cõmerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur euentus: lex quaſi conniuet ad id, & nõ putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus eſt conſequutus: etiam ſi de animi uitio doceri non poteſt: tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnã irrogat: partim propter ſuſpectam dantis uoluntatem: partim ut hæc latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci: diſcantq; homines ſuo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens, certam atq; euidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus, copijſq; iuuerit, perinde eſt ac ſi ipſius arma contra ferat. Siquidẽ id ſuppeditauit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut

ſiquis

siquis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendum curet, ut naufragio intereat: aut in conclaue pensili testudine inducat, ut ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci, uenenum ponat, futurum sperans ut eo hausto pereat. Tametsi non bibit ægrotus: tamẽ ueneficij postulari potest qui posuit, propter uitiosam animi uoluntatem. Nam uehemẽter erat probabile id euenturũ, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi uoluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi uoluntate, adponas euentum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porrò si in loco nõ ad id destinato, puta in uia publica, aut in fundo alieno: arcu temet exerceas: lex tecum non agit: nisi si quem occideris, aut uulneraris, aut si cui damnũ dederis. Cæterum quod facis, tuo facis periculo. Quod siquid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neq; tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non uacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto discrimine dissita sint, inter quæ tu nihil interesse dicebas. Primũ non statim imputatur ad præmium, quod ad pœnam: idq; non à malignitate legũ latoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim à legum officio. Deinde discernitur animus: causa data dijudicatur: spectatur euentus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuũ faci-

tus

nus æstimari uis, expendamus. Finge te certam, ineuitabilem mortis causam Tyranno dedisse, sed imprudentem: nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur? Fortibus uiris præmia dantur, nō fortunatis tantum. Nam euicimus iamdudum opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium, ut pater sibi necē cōsciscēret: quod euenturū ne uates quidē quisq; præscire poterat, tu nec suspicari. Imo posteaq; rem plenam discriminis, fortunæ arbitrio cōmisisti: quia bene successit: hoc nomine lex te non postulat: at idem si male euenisset, temeritatis pœnas eras debiturus. Neq; ēm tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim æque formidandum erat, q̄ ne Tyrannus, simulatq; occiso filio se peti insidijs persensisset, omnia Tyrannidis mala in nos cōduplicaret? Iam ut de animo res tibi constet, causam dedisti non solum non idoneam, uerumetiam periculosissimam Reip. Vin hoc tibi argumēto euidentissimo demonstrari? Finge te quēpiam è ciuibus uitio occidisse: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit Tyrannus. Vtrum tu duplici cædis crimine tenebēris, an simplici? Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit: qui necato filio, seni causam mortis dederis: atq; his fermè tuis argumentis utetur. Indulgentissime filium adamabat: in illum omnem familiæ curā reclinauerat: illo se oblectabat. atq; hæc de priuato seneçum fide dicet, quæ tu de Tyranno minus dure (ne dicam

dicam ridiculè) dicebas. Addet ea te scisse: præuidisse futurũ, ut ille uitã fugeret orbatus filio: in quo uno omnia uitæ oblectamẽta collocarat. Nõ tibi defuisse iugulãdi senis uoluntatem: sed hoc tantũ egisse, ut miserabilius sua dextra perimeretur: ut odium tuum plenius miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenem necasse: in hunc usum gladium in uulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora in hoc cẽp in tuo negocio: & tamẽ negabis paternã necem ad te pertinere: atq; animi suspicionem, causæ qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse, quur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire, nec timere potuisse id, quod sit consequutum: quod rarum extet exemplum patris ob filij necẽ sponte fugientis è uita. Alioqui futurũ fuisse, ut & mater sibi fatum accerseret: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus aduersum dolorem animi uiribus ualere. Hæc non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficijs ualet, ne quid imputetur: id multo magis in hac causa ualet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à uoluntatis suspicione, quod causas parum idoneas dederis: hic ex causis multo minus idoneis propter personam Tyranni, uideri uis nõ modo quod euenit, fuisse suspicatus, uerumetiam certum præscisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quod tametsi uitio abs te data est causa, tamen

idonea non sit ad id quod euenit. Imo ipsi tota res imputabit', & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus: quod ciuitati citra causam idoneam, ciuem unum ademerit. Tibi non nisi unius filij mors imputabitur: etiã si mater quoq; & filiæ, & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe ubi summũ Reip. periculũ & uerteretur, & prætimeri probabiliter posset. Venio nũc ad quartũ illud præsidium iudices: quod iste tutissimum, ac penè inexpugnabile iudicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solum sit non habiturus, quo Tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: uerum uix etiam latebrã inuenturus, ubi temeritatis ac maleficij pœnam effugiat: quo nimirum intelligat, cq̃ non inimice, non curiose (ut agebat) secum agam: ut quum possim in crimen ac pœnam uocare, sat habeam ab honore non promerito seludere. Aut sibi deberi præmiũ, uel ob hoc uno nomine, quod iuuenem occiderit, iam plusq̃ Tyrannũ, tum Tyrannidis paratũ hæredẽ: etiãsi hunc euentũ Dij nõ dedissent, ut senex ipse uitam abrumperet. O deplorata impudentiam. Tu tibi præmiũ peteres, si Tyrannum suæ furiæ non essent ultæ? Dij quiduis potius deserint, cq̃ isthuc quod tu fingis. Sed tamẽ fingamus interim oratione: quandoquidẽ id tuto licet: tametsi ad solam mentionẽ inhorrescit animus. Tu ne inquã, occiso filio, relicto sene uiuo, Tyrãnicidæ præmiũ peteres?

An potius

An potius nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quæ dare poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſupplicijs exanimareris, aut in extremis Arcadis exul delitescerés: nos pro Tyranno iam immaniſſimũ carnificẽ patereмur: & tuũ caput ubicũq; terrarũ latitares, diris imprecationibus deuoueremus: qui nos tua incogitantia, uel præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatẽ conieciſſes. Sed re filius erat Tyrãnus (inquis) patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas Tyrãnos alebat? Nam de patre nemo unq̃ dubitauit, quin Tyranni uocabulum mereretur. Quando autẽ antehac unq̃ fando auditum eſt, duos una in ciuitate ſediſſe Tyrannos? id quod magis etiã natura repudiat, q̃ eodem in corpore gemina capita. In ijſdem aluearibus duo ſe reges pariter nõ ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In ijſdem luſtris non conuenit duobus inter ſe leonibus: & Tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadẽ urbe patitur? Non uides neceſſario fieri ut è duobus, aut alter alterũ oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuiſſe mauis in patre, & in filio? Si iuuenis aduerſus ſenem obtinebat Tyrannidem, quid à Rep. præmiũ poſtulas? Tyranni partes adiuuiſti, non Reip. Sin patri ceſſit: quid tandẽ illũ uocare potes, niſi Tyranni uel præfectũ, aut ſatellitẽ? Quandoquidẽ ſeniori Tyrannicã appellationẽ ne tu quidẽ audes detra-

here. Verum ut quoquo modo Tyrannidem omnẽ in adoleſcentẽ oratione deriuares: q̃ multa tu quidẽ non ex re, ſed pro cauſæ tuæ commoditate cõminiſcebaris? Cæterũ q̃ in his cõfingendis decori, quod in perſonis ſitum eſt, nullum habuiſti rationẽ? Sic em̃ (ut memini) inducebas in fabulã ſenẽ iam ætate mitẽ, & qui omnẽ Tyrannidis acerbitatẽ ob ſenectã exuiſſet: non ſecus atq; mala, quæ natura acerba, tempore miteſcunt, & in alium abeunt ſuccũ. Porrò iuuenẽ ferocẽ, illo incolumi gerentẽ Tyrannidẽ, iãq; patri uiuo ſuccedentẽ. Priuatus paterfamilias nõ fert filiũ ſe uiuo ſucceſſorem: & tu uis iſthuc credi in Tyranno? Ille nõ ſinit ullum è liberis rem domeſticã ex animi ſui libidine moderari: & Tyrannus ſeſe ueluti abdicans imperio, negociũ omne in adoleſcentẽ reiecerat? Non dubito, quin & ipſe uideris q̃ dura ſint iſta, & q̃ à cõmuni ſenſu abhorrẽtia. Verũ quid faceres? niſi tales perſonas induxiſſes, exitũ inuenire Tragœdia tua nõ poterat. Quæſo te, an unq̃ auditũ eſt Tyrannũ ætate miteſcere? Quando tu deſines ea quæ ſunt priuatorũ, quæ bonorũ principũ, Tyrãnis tribuere? Vt eodẽ igni cera molleſcit, limus dureſcit: ita ætate pleriq; reddũtur mitiores ac tẽperãtiores, Tyrãnus magis ac magis exaſperat. Vt tẽpus nonnullis pomis amaritudinẽ adimit, at uinis nonnullis acorẽ conciliat: itidem Tyrannis nõ adimit ſæuitiã ætas, ſed exagerat. Vis ipſiſſimã Tyrannici ingenij tibi demõſtrem imaginẽ

imaginem? Spinam cogita, quæ quo magis seneſcit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc teſta ſunt aſperiore. Vulgaribus ingenijs fortaſſe nonnulla uitia ſenecta uel detrahit, uel certe mitigat, etiã ſi plura irritat, nonnulla parit. At Tyrannorũ mentibus ad ſcelus, ad crudelitatẽ natis, ſcelere & immanitate imbutis atq; educatis, præter uitiorum omniũ incrementũ adferre ſenecta quid poteſt? Niſi forte libidinẽ adimit? Quanq; iſta Tyrannidis quantula tandem eſt portio? Sed eſto fuerit ſane propter ætatẽ ad uoluptates ſegnior, uerum erat faſtidioſior: unde fit, ut imbecillior ſit ad coitum, ad raptũ auidior. Fortaſſe pauciores huic execabantur ephebi, ſed inſigniores. Pauciores p ducebantur uirgines, ſed exquiſitiores. Quur nõ autẽ & plures? uidelicet quo ſenile faſtidiũ optione, & uarietate uinceret. Hoc ita eſſe, quot ego tibi teſtes citare poſſem? qui quo nobiliores ſunt, quo fortuna præſtantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitioſiſſimi ſenis cupiditate metuebant. An tu putas unà cũ uiribus ſeneſcere libidinem? Multo ſecus habet. Imo quantũ ætas improborũ hominũ facultati detrahit, tantũ adijcit cupiditati. Quanq; Tyrannicũ animũ his in rebus non tam uoluptatis uſus capit, q; noſtra delectat cõtumelia. Vt frigeat in ſene Tyranno Venus, certe feruet uigetq; malitia, ſæuitia, nocendi libido. Poſtremo totũ illud uitiorũ agmen, quæ propria Tyrannorũ ſunt, cu-

piditas,rapacitas,improbitas,impudẽtia,impietas,iracundia,uiolentia,impotẽtia,ſuſpicio,fraus,perfidia,crudelitas,implacabilitas,immanitas,periuriũ (Quid autẽ oportet omnia cõmemorare nobis oĩbus heu nimiũ nota?) horũ inquã nullũ nõ ætate fit acerbius: ppterea quod iuuenta nõnunq; naturæ bonitate uincitur: præterea quædã mala nondũ didicit: at ſenecta, ſiquid pudoris, ſi quid humanitatis, ſi quid melioris ingenij à natura inſitũ eſt: id omne multo ac diuturno flagitiorum uſu penitus exuit, & prorſum in immaniſſimã quandã feram abijt. Id ita eueniſſe iudices, in execratiſſimo illo ſene, quid ego coner argumentis docere: quũ ſua cuiq; memoria abũde ſatis exemplũ ſuppeditet? Quod ſi iuuenis ſeſe gerebat inſolentius, uidelicet patris abutens imperio: num tu hunc cõtinuo Tyranni nomine donabis? Ergo ex eadẽ Tyrannide ſexcentos Tyrannos faciles reddideris. Nam quis eſt omnino in Tyrãni familia, uel extremũ mancipiũ, qui nõ ipſe penè Tyranno ſit ferocior, uiolentior, ſceleratior? Filius, inquit, emolumẽtis imperij potiebat: patri præter nomẽ nihil ceſſit. Quaſi uero nõ ſit iſthuc omni Tyrannidi cõmune. Longe minima fructuum pars: qui ſolent ex Tyrannide capi, ad ipſum redeunt Tyrannũ. Quẽadmodũ in latrocinio ferri cõſueuit: prædæ cõmuniter in omnes diſtribuuntur, uel in eos potius quorũ opera capiunt. Alioqui nõ cohærebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit,

rit, plus etiã permittat ſuis, q̃ ſibijpſi. Solum nomẽ ſibi proprie uendicat. Et in nullos eſt Tyrannus indulgentior, q̃ in ſcelerũ miniſtros: quippe quorũ opera ſentiat ſuũ imperiũ cõtineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis, omnis miniſter familiaris, leno, Tyrãnidẽ quan dã in ciues exercet. Ridicule fecero, ſi hoc quoq; coner ar gumẽtatione ꝓbare iudices. Vidim⁹, ſenſimus, experti ſumus: niſi forte tã diutinæ calamitatis memoriã, tam pauculi dies obliterauerũt. Neq; eñ eſſet res uſq; adeo miſera Tyrãnis, ſi unius modo foret tolerãda uiolẽtia. Quot ferendi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris q̃ hominibus ſimiliores? Neq; deſunt, qui ſe ſimulẽt apud Tyrannũ ſceleribus ſuis gra tiã promeritos eſſe, quo nimirũ hoc nomine metuant à ciuibus. Horũ igit̃ unũquẽlibet Tyrãnũ appellabis? & pro quolibet occiſo Tyrannicidæ præmiũ petes? Nõ in tantũ omnẽ exues pudorẽ opinor. Sed pater ætate feſſus, omnẽ dominatũ in filiũ tranſtulerat: quicqd Ty rannicũ in urbe gerebat̃, id iuuenis uiolẽtia cõmitteba tur. Sed iſthuc quantũ abſit ab imagine ueri, quis tam cæcus ut nõ uideat? Quis tã obliuioſus, ut nõ poſſit ex perimento refellere? Ego tibi cõplures nominare ſatelli tes poſſum filio inſolentiores. Ad hæc ueriſimillimũ eſt nullius inſolentiã minus approbaſſe ſenẽ q̃ filĳ: uel qd̃ odit omnẽ Tyrãnidis affectatorẽ omnis Tyrãnus: uel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus inuidiæ

odĳq;

odijq; sibi conflari (Callidissimi autē Tyranni est, eatenus legitimū imitari regnū, quatenus obtineri Tyrānis possit) uel quod pater etiā pessimus, tamē liberorū nō nihil offendit uitijs, & ad crudelitatis ministeria alienis q; suis uti mauult. Quod si dam patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora designabat filius, profecto non Tyrannū agebat, sed insolentē satellitē. Sin approbāte patre, quasiq; per illū exercente Tyrannidē, utri tandē par erat imputari cōmissa, huic per quē gerebant, an ei cuius autoritate arbitrioq; fiebāt? Nō arbitror obscurū quin huic cui in manu erat, nutu ne fierēt, uetare. Quid aūt nō agūt p alios Tyrāni? Nā ipsi quidē neq; pueros emasculāt, neq; uirgines abripiūt, neq; proscribūt, neq; bona diripiunt, neq; phana dispoliant, neq; hæreditatibus manū injiciunt, neq; cōpilant ærariū, neq; tormentis excruciant, neq; quenq; iugulant, neq; armis uicos expugnant, neq; incendūt uillas. Totū hunc Tyrānicū ludū per ministros exercēt. In unū tamē Tyrannici nominis inuidia cōpetit, in unū occidendū lex præmiū instituit, in unū stringēdi ferri ius facit, illos suæ cognitioni reseruat. Quorū ut quisq; sua opera Tyrāno pfuit, ita aliud atq; aliud uocabulū imponi potest, certe Tyranni uocabulū nemini cōgruit, nisi uni illi, sub cuius ueluti clypeo, tota illa pniciosissimorū hominū colluuies latitat. Arbitror uobis iudices sæpenumero auditū esse, id qd eleganter à doctissimis uiris est scriptū, Tyrānis nō

longas

longas modo, uerũetiã plurimas esse manus: plurimos oculos, eosq; acerrimos: plurimas aures, easq; longissimas. Omnino prodigiosum quoddã est animal Tyrãnus: multósq; Titanibus illis Briareo & Encelado portẽtosius: centenis capitibus, centenis linguis, cẽtenis manibus, pedibusq;. Quot enim habet scelerũ ministros, totidem habere mẽbra uidetur. Atq; ut ex membris corpus, ita Tyrãnis ex huiusmodi constat ministris. Verũ ut illud quod corpus appellat, nihil est aliud q̃ quiddam omnibus ex mẽbris aggregatũ: ita in Tyrannide unũ quippiam est, quod neq; pes sit, neq; manus, nec ullum aliud membrũ: contineat aũt uniuersa: at ita contineat, ut ab ijs possit separari: idq; Tyrannus uocatur. Proinde exaggera quantũlibet iuuenis insolentiã, uiolentiamq;: præfectum arcis uoces licebit: oculum nominesque licebit, aut si mauis dextram: aut si ne id quidem satis, præcipuũ Tyranni caput dicas licebit: Tyrannũ certe uocare nequaq̃ potes. Vnũ enim illud portentũ Tyranni nomine censet: cuius autoritate, titulóq; cuncta hæc membra uelut animantur: idq; unum forti ciui permittit occidere. Non uult te in oculum aliquem inuolare: nõ sinit ut caput aliquod amputes: ne tale quiddã eueniat, quod de Lernæa hydra fabulãtur Poetæ: ut p uno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, plures acriores succedãt: pro una resciſſa dextera, multæ robustiores subpullulent: uniusui

tæ te dominũ, arbitrumq; cõstituit, qui sibi sit ausus Tyrani uindicare nomen: quo sublato futurũ sit ut membra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certe sanentur. At quid ego tecũ iam accuratis argumẽtationibus ago? Possum illico tuis te uerbis reuincere, ac ueluti tuo te laqueo capere. Iuuenẽ paulo ante magnũ patris satellitẽ nominabas. Non inficiabere. Rursum alio loco dicebas omnẽ Tyrannidẽ occupasse filium: solius appellationis honorẽ cessisse. Qui cõuenit eundẽ & satellitem, & Tyrannũ appellari? Tum si cessit, nõ igitur usurpauit Tyranni nomen. Contractus aũt uerbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hac tecũ formula contraxit: siquis Tyrannũ occiderit, præmiũ ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia cõmemoras? Id te lex uoluit occidere, quodcũq; illud esset animal, quod Tyrãnus diceretur. Magnũ (ut ipse fateris) satellitẽ occidisti, non Tyrannũ: qd tibi cũ lege rei est? At rẽ, inquis, legis sequutus sum, nõ syllabas: eum interfeci, qui caput erat Tyrãnidis, paratus hæres paterni dominatus: libertatẽ peperi: seruitutẽ sustuli: hoc lex sensit: huius rei autori præmiũ præstituit. Satellitẽ, inquã, occidisti: nihil morot quantũ, q; grauem, q; ferocem, q; scelestum: satellitem tamen occidisti Tyrãnidis, nõ caput: aut si caput, unũ è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi sentẽtia largiamur: fuerit sanè res tota Tyrãnidis filius: pater nihil nisi uocabulũ quoddã inane Tyrãni: quẽadmodũ in fabulis habet.

Echo

Echo nymphã, nil aliud ꝙ̃ merã quãdã fuiſſe uocẽ ſine corpore. Qui tibi licuit in re tanta, à uerbis legis diſcede re? præſertim ita dilucidis, ut perſpicuũ magis nihil eſſe poſſit, & cõmentitiã interpretationẽ domi tuæ natam in judiciũ adferre? Ego iudices nullum in Remp. exemplum pernicioſius induci poſſe iudico, ꝙ̃ ſi conſueſcant homines calumnioſi à præſcripto legum recedere: & interpretamẽto, quod ad prætexendũ facinus quiſq; ſuũ maxime idoneũ cõminiſci queat, id iudicibus obijcere. Quis aũt unq̃ meminit de legis ſententia quæri ſolere: niſi quũ in ſcripto quiddã apparet ambigue, obſcuréue dictũ: aut quũ ex uerbis & euẽtu abſurditas quæpiã extitit, eáq; manifeſta? In priore nõ cuiuſuis cõmentũ, ſed iuris prudentiũ reſpõſa, ſed iudicũ ſentẽtia recipi ſolet. In hoc poſteriore, neceſſitas ipſa compellit aliquãtiſper à legis uocibus deflectere: & æquitatem iuris potius, ꝙ̃ uerba ſpectare. Duplex itaq; periculũ uidetis iudices: alterũ ne ſuperſtitioſa cauillatiõe literarũ legis ab eo qd lex ſpectauit, abducamur: alterũ ne paſſim à præſcripto diſcedendo, leges omnis & iudiciorũ religionẽ ſubuertamus. Quorũ illud quidẽ multo leuius eſt: propterea quod uix unq̃ accidat, ut legiſlator obſcure quid uoluerit, explicuerit: aut abſurdũ quiddã exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimũ, pernicioſiſſimũq; Etẽ quæ tandẽ lex futura eſt, quã uerſutus calumniator, quo pœnam effugiat, nõ facile poſſit aliquo commento ſubuertere?

Neq; quiſq; elabetur è iudicio ueſtro nocẽs, niſi qui ſit uſq; adeo nullius ingenij, ut ne friuolã quidẽ aliquã cõmentatiunculã queat inuenire. Atq; ut cuiq; cõmodum erit, aut animi libido feret: ita pro ſene iuuenẽ, pro Tyranno ſatellitẽ, pro homicidio Tyrannicidiũ: & paſſim aliud p alio interpretabitur. Veſtra interim iudices religio, ueſtrũ iuſiurandũ, qua tandem ratione ſeruabitur quibus nihil futurũ eſt certi, quod in cognoſcẽdo ſequi mini: uerum ambiguas, diuerſaſq; litigatorũ coniecturas ſpectare neceſſum erit? Ergo quũ in omni cauſa maximopere cauẽdum eſt, ne ſine grauiſſima ratione à legis præſcripto diſcedatur: tum in hac non periculoſum modo, uerũetiam abſurdiſſimũ: quũ legis uerbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil æquius: interpretamento quod præter legis mentem inducitur, *nihil* peſtilentius. An credimus legis huius autorem uſq; adeo infantem, & uerborũ inopem fuiſſe: ut dicere non potuerit, qui quouis modo Tyrãnidẽ ſuſtulerit: huic præmiũ eſto, ſi modo iſthuc ſenſiſſet? Neq; uero fugit illũ, totã Tyrãnidẽ per ſatellites & præfectos exerceri ſolere, per multoſq; in his eſſe uel Tyrãnis ipſis ſceleratiores: atq; ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omniũ omnia miniſtrorũ ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos nõ tibi permittitur idem: nõ quod illos uita dignos

gnos iudicet lex, sed quod unius cæde totã Tyrannidẽ tolli uelit, non multorũ cæde reddi duriorem. Tuũ erat legi simpliciter parere: neq; eius uerba quasi plumbeã quandã regulam ad tuũ facinus accõmodare, uerũ ad illius præscriptum factorũ tuorũ rationem instituere. Præsertim in hoc exemplo, quo nõ aliud potest admitti pestilẽtius: ut ex legis arbitraria interpretatione, quẽ uelis interficiendi tibi pro tua libidine licentiã sumas. Non illud hoc spectandũ iudices, q̃ inuisus Reip. sit, q occisus est: q̃ maiore etiam supplicio dignus: uerũ id etiã atq; etiã perpẽdere oportet, exemplũ præter leges iugulandi homines, semel in ciuitatẽ receptũ, semel uestris sentẽtijs approbatũ: deniq; præmio cõpensatum, quo tandẽ licentiæ sit processurũ. Quod iste sibi in Tyranni filiũ licere uoluit, hoc alius sibi uolet in ditissimũ quẽq; ciuiũ licere. Quisquis pauper à locuplete cõtumelia afficiet, protinus Tyrannũ eum appellabit: & ueneno aut ferro adorietur. Postremo si cui magistratus nõ placebit: si cui iudex erit inuisus: nõ dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defensionẽ, Sophistã quempiam aut sycophantã consulet (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouam legis interpretationẽ uobis adducet: dicet nil aliud sensisse legislatorẽ, q̃ ut huiusmodi ciuiũ genus nõ nomine, sed re Tyrãnidẽ agentiũ, ferro, igni, ueneno tollat' à medio. Atq; ita breui futurũ est: ut qd' in uno factũ semel & ꝑbauimus, & gauisi sumus: id in

multis ſæpius & doleamus,& improbem⁹. Credite mihi,nō mediocre diſcrimen,neq; cōueniēter accipiendū ut titulo reperto, priuatus hominē indemnatū interficiat. Id ita eſſe facile liquebit,ſiquidē animaduertimus, nihil omniū eſſe,quod lex parcius,circūſpectiuſq; prouiderit. Etenim(ſi memini)tribus dūtaxat temporibus lex indulſit:ut quis citra iudiciū hominē occidat. Primum adulterū,ſed in uxore deprehēſum:id quod intēperanti & inſuperabili mariti dolori donatū eſt. At ita ſi corpus utrunq; pariter interimat: ſi argumentis idoneis deprehēſum fuiſſe doceat. Deinde in ui depellenda. At ita ſi demonſtres te mortē effugere nequiſſe,niſi mortem intuliſſes:id lex ita interpretat̄,quaſi ſeſe tueri potius ſit iſthuc,q̄ aliū occidere. Vterq; tamen facti ſui rationē reddere cōpellitur, ſtatim ſeſe ꝓdere, nec expectare donec in ius trahat̄:atq; (ut ita dicā) ultro ſemet reū facere cogit̄. Quod ſi omnia cōſtabunt argumenta:ita demū à lege dimittit̄,ut uenia,nō laude dignus eſſe uideatur. Poſtremo in Tyrānicidio:ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinē lex præmiū quoq; ꝓponit:at ita ſi eum quē tibi lex iſto uelut inſigni Tyrānici nominis denotauit,fortiter occideris:nō ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris:neq; patiet̄ te ius occidēdi permiſſum,latius q̄ ad unicū Tyranni caput trahere:niſi ſiquis obſiſtat, ut per illius necē tibi neceſſe ſit ad illū penetrare. Iamq; hoc factū tuū ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi

tio generi fortasse proxima uideatur, hostem in bello feriendi facultas: quã tuæ tamen libidini lex non permi sit. Nisi palam hostis sit declaratus: nisi in imperatoris uerba iuraris: nisi ille aciẽ eduxerit: nisi signa canere iusserit: tibi fraudi futurũ est, hostem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hostẽ occidi: nam pluſq; hostilia faciebat: nomẽ hostis tantũ aberat, re hostem agebat. Lex respõdebit, suarũ partiũ fuiſſe, hostem declarare: ac tuo fortasse ſcelere fruet: uerũ ne ſerpat exemplũ, pœnas de te ſumet. Quid autẽ aliud abs te factum est? Vnũ tibi lex nominatim designauerat: tu illius uocabulũ tuapte autoritate in alium transfers: quod niſi in unũ non potest cõpetere: neq; traduci debet ab eo cui lex attribuerit: ne tibi fas ſit aliquando quẽ uoles magiſtratũ, quẽ uoles iudicem, quẽ uoles ciuẽ, Tyrannũ appellare. Neq; uero ſine grauiſſimis cauſis lex tot uinculis aſtrinxit hanc in uitã alterius licentiã. Perpẽdit nihil maius eripi cuiq; poſſe, q; uitã: uidit in extinctũ facile uarias cauſas cõfingi etiã impune poſſe: quãdoquidẽ ille non ſit refutaturus, q ia cet. Vidit q; multis titulis ſuũ quiſq; dolorẽ poſſet prætexere, ſi poſt occiſum hoiem ulla cauſa recipiat, præter eas quæ legib⁹ ſint exp̃ſſæ. Quid q d grauatim ſibi q̃q; lex pmiſiſſe uidet, ut homini uitã eripiat: q; cõperta: q; multa requirit argumẽta: q; multa cõcedit reo: q; maligne agit cũ actore, quẽ nõ niſi ſuo periculo uult acuſare: quantũ ſpacij largit ei, qui defert: q; liberã iudicũ rejectionem.

iectionem. Quantū igitur à mēte legis abesse putas, ut cuilibet permittat, uel p̄ suo priuato dolore, uel domestica iuris interpretatiōe, hoc est subuersione, in ciuitatē uitam grassari? Neq; ad rem pertinet, quantū criminū aceruū exaggeres, quantūuis etiam uerorū, addo notorum: dicas parricidā, sacrilegū, incestum, proditorē, pecuniatorem, ueneficū interfeci. Tyrannū lex iubet occidi: at hic unus multis Tyrānis erat sceleratior, pestilentiorq; ciuitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi uerbo respōdebit. Nihil moror cū fuerit sceleratus, q̄ perijt: in unū Tyrannū tibi ius fecerā occidendi, in reliquos in ius trahendi. Si detulisses: auditus, reuictus, dānatus à me pa lam pœnas dedisset: omnicq; Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro saluberrimo exēplo, pernicioſissimū in ciuitatē induxisti: & legū instaurationē, à legis uiolatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me dam esse putas, cū multi sint in hac turba uita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, nō tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Quur tu mihi præire conaris? quur nullo mandāte magistratum occupas? & dum Tyrannicida uideri uis, Tyrannū imitaris? Nam quo alio nomine tātopere mihi est inuisus ille: nisi q̄d mihi parere recusat, & præire conatur? Ei demū ferrū tractare licebit, cuius manib⁹ ego pmisero. Si iuuenē occidisses, quod nō alia patuisset ad

Tyrannū

Tyrannũ uia, darem uenią neceſſitati: nũc occidiſti, nõ obſiſtentẽ, non auxilium ferentẽ patri, ſed patris opem implorantẽ. Huius unius cæde contentus diſceſſiſti: Tyrannũ nec impetiſti, in quẽ unũ tibi ius feceram. Meum erat expendere, utrũ ex uſu Reip. fuerit, an iuuenis occideretur: maluerã illũ exquiſitioribus excruciatũ ſupplicijs, exemplum omnibus ædere. Neq; hæc dico iudices, quaſi parũ gaudeã pariter cũ patre ſublatũ filium: utinam eadẽ opera ſimul omnes ſint oppreſſi, quibuſcũq; Tyrannus placet. Sed quis prohibet, ſimul & gaudere, quod deorũ bonitas nobis hãc rem bene uerterit: & tamen nõ cõmittere, ut huius temeritas ſi iudicio comprobetur, in legem atq; in exemplũ trahatur? Nec de iuuenis iniuria uindicandã nũc agitur, ſed de legis uiolatæ maieſtate. Non em̃ par eſt, ut cuiq; perſonæ præter ius extincti odiũ in ſcelere ſuffragetur. Neq; tam ſpectandũ in quẽ cõmiſſum ſit facinus, q̃ quo exẽplo cõmiſſum. Alioqui quur nõ eadem opera, fas ſit in Tyranni nepotes, pellacas, pueros, uxores, libertos, lenones graſſari? Bonam Tyrannidis partẽ uxor ſæpenumero ſuggerit. Ad ſummã immanitatẽ, nonnunq; libertus aliquis, aut uernula inſtigat: quur nõ & hos iugulas? Si tibi ius eſt æſtimatione priuata meritorum ciuem iugulare? Quid quod eſt aliquid Tyrãno nocẽtius: in quod tamẽ haud quaq; tibi ius ſit occidendi. Finge eſſe q̃ totã hãc urbẽ, templa, domos, curiam conatus ſit ĩncendere: imo qui

iam compluribus locis ignem subiecerit: sed incēdium subito exorto imbri restinctum, autorē non obscurum, uerum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuū factum approbabit? Non opinor. Atqui Tyrāno ille quanto erat nocētior? Tanto nimirū, quanto est atrocius ciuitatem semel sum ditus euertere, cp̄ expilare: ciues uniuersos uno igni fini re, cp̄ in pauca quædam sæuire capita. Et tamen in unū Tyrannū stringendi ferri potestas priuatim permittit. Illum deferendi modo ius habes? Hic in re tam aperta legis mentē calumniari, & nouo interpretamēto tuum facinus palliare: quid tandem aliud est, cp̄ legum auto ritatem euertere: atq; id per cuniculos quosdam agere, quod Tyrannus palam ac ui facere consueuit? In reci pienda lege fas est populo causam, æquitatem hq; legis excutere. Cæterū receptæ, & longo iam usu cōprobatæ, simpliciter oportet obtēperare. Neq; em̄ existimandū est maiores illos nostros uiros sine cōtrouersia sapien tissimos, ita sine grauissimis rationib⁹ instituisse, ut pri uatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finire tur. Primū ad iugulandi licentiā, fenestram aperiēdam ciuibus nō putauerunt: deinde perspiciebant Tyranni dem fatale quoddā esse Reip. malum, quod minore no xa toleraretur, cp̄ male exagitaretur. Neq; posse semel tolli, nisi Tyranni ipsius cæde. Quo submoto, uidelicet qui legibus imperabat, nō parebat: iam nihil opus esse

priuata

priuata audacia, nimirũ illis in Reip. administrationẽ uindicatis. Quod si Tyrãnus in ius uocari potuisset: ne hunc quidẽ tuæ dextræ arbitrio permisissent. Videbãt & illud: Tyrannidẽ nõnullam habere monarchiæ legitimæ speciẽ: hoc tantũ interesse, quod in monarchia populus Regi paret, Rex legib⁹: in Tyrãnide oĩa unius libidini subiecta sunt. Rex publicã spectat utilitatẽ, Tyrannus priuatim suam: unde publicitus expedit, ut Tyranno ueluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis uindex extiterit, qui legũ autoritatẽ in pristinũ statum restituat: atq; id unius (si fieri potest) capitis iactura. Nã hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totũ Reip. quasi corpus corripiũt, legum prudentia cõsueuit uti: ut exẽplo magis, cẽ admissi talione morbo medeat: ne dum ciuitatẽ sanare studet, magnã ciuitatis partẽ interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis nõ nisi in ipsos autores cõsueuit animaduerti: reliquis quos tempestas illa cõmouerat, dari uenia: aut uix etiã dari uenia, qui in publico Reip. tumultu quietẽ egissent. Quæ potest autẽ pestis esse fatalior, cẽ Tyrannis? Quæ sese lati⁹ in ciuitatis mẽbra diffundit? Quota quæq; urbis pars ab hoc uitio syncera põt esse? Omitto iam quicqd est ambitiosorũ: ære alieno obstrictorum, scelere cõtaminatorũ: barbarorũ (nam hæc tota sentina hominũ Tyrannide gaudet: ut in qua nullis maiora, cẽ sceleratis sint præmia) bonos etiam ciues hoc malum

inuoluit:dum uel timent fortunis ſuis,uel rectũ iudicã ſeruire tempori. In hoc itaq; rerũ ſtatu leges non extin ctæ,ſed oppreſſæ modo,cautim & circũſpicienter agũt: intelligunt hoc hulcus citra ſummã ciuitatis pernicie ex aſperari nõ poſſe:uni⁹ capitis diſpẽdio cõmode ſanari poſſe. Quare docto cuipiã medico præmiũ oſtendũt: digito demõſtrant,qd' mẽbrũ ſecari uelint,qbus abſti neri. Caput indicarunt illæ:tu dextram ſecuiſti. Illæ Ty rannũ:tu Tyranni ſatellitem occidiſti. Quo præmio di gnus? Nempe eo,quo qui morbo inſcite exagitato,to tum hominẽ in extremũ uitæ diſcrimen adducat:quo qui hominẽ legibus uetantibus occidat. Neq; ego nunc te cædis reum ago:aget alius fortaſſis,cuicũq; lubitum erit:uerũ illud modo conſiliũ fuit,oſtendere tibi q̃ inſi gnitæ ſit impudẽtiæ in ea cauſa,tam eximiã tibi uendi care laudẽ: tã egregia poſcere præmia, in qua nequeas obtinere,ſi modo tecum exactius,ac ſeuerius agatur,ut graueis pœnas effugias. I nũc & curioſum me uoca:qui tam cãdide,tamq; ciuiliter tecũ agam:ut quũ te poſſim in graue diſcrimẽ uocare,ſat habeam legis & Reip. cau ſam defendere:ne circũuenta præmiũ dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod nõ iudicibus mo do(quibus iſthuc iamdudũ liquere puto) uerũ tibi etiã ipſi cupio perſuadere: & facturũ me confido,ſi modo tantiſper animũ poſſis attendere. Vin igitur:ut quẽad modum tu faciebas,itidem & nos ſummatim totã cau

ſam ob

ſam ob oculos reuocemus? diſpiciamuſq; q̃ multa tuo in facto deſyderent ad id, ut legi ſatiſfeceris: & quantū tu ſis hallucinatus, quū multa diceres etiā ſupeſſe? Tria quædam requirit lex, & ita requirit: ut ſi quodlibet horum deſit: aut pœnā te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego nō unū aliquod, ſed unūquodq; deeſſe docebo. Quod ſi facio: utrū æquo animo cedes præmio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria hæc tibi conſtiterint: nō eſt quod Tyranni cidæ præmiū petas. Animus, uia, & effectus. Animus duo quædam complectitur: uel quid ſperaris, uel quid propoſueris. Nam ſi Tyrannū per imprudentiam occidiſſes: ſi præter propoſitū: nō magis profecto præmiū tibi debeatur, q̃ ſiquis Tyranno amiciſſimus idem feciſſet: nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe uideris: ita demū legi perſuaſum erit, te uoluiſſe occidere Tyrannū, ſi occideris. Non occidiſti: atq; id etiam quū tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrū Tyrannicidij propoſitum in arcem nō attuleris, an allatum repente mutaris. Iam quid ſperaris excutiamus. Quanq; iſthuc leges nō ita ualde curioſe penſiculātur: ſed tamē in tā abſoluto facinore partes omnis conſtare oportet. Quid enim ſi Tyrannū interfeciſſes, quo Tyrannidem ipſe occupares: utrum præmiū ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo priuatum animi tui dolorem ul

ciscereris, Tyrannũ occidisses, atq; id esset palam: num præmiũ auderes poscere? Quid, si latrones Tyrannum forte fortuna obuiũ obtruncassent: num ad hũc honorem aspirarent? Quid siquis Tyranno priuatim infensus, magna te pecunia conduxisset, quo ei Tyranno tenenũ dares, dedisseśq; num, quæso, tyrãnicidæ præmiũ postularet? Ego hic tecum nõ ago cõiecturis: nihil dico in uitam tuã: quæ quidem obscurior est, cũ ut tu alioqui tã glorioſus quicq; de ea ausus fueris dicere: illud unũ affirmare nõ dubitem: qui Tyrannũ quũ tuto licuerit, nõ occidit: planè noluit occidere. Qui eum occiderit, alius mors extremũ exitium Reip. uideretur allatura, potius cũ ullam cõmoditatẽ: is aut priuatim dolorẽ ulcisci uoluit, nõ libertatẽ publicam uindicare: aut emolumentum suũ sequutus est Reip. periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo nõ potest nisi gloriæ ieiunio adductus uideri, qui tã insolenter se iactat. Nõ potest nõ uideri lucrũ sequutus, qui tam improbe præmiũ flagitat. An nõ uides igitur quantopere hac parte à tota legis mente dissentias? quẽ illa tuæ uitæ periculo sua causa uoluit occidere, eum tu nõ solum uolens præteristi, uerũetiã periculose in Remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi, cum tu maximo nostro periculo tui cõpendij, aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animũ Tyrãnicida dignum ad facinus attulisse, lucri perinde ut uitæ contemptorẽ: magni tamen refert, qua

ratione

ratione Tyrannidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior: quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio iugulaſſe patrē: in non Tyranno Tyrannū. Largior iſthuc Delium aliquem tibi prædixiſſe: ut certum præſcire potueris, quod ipſe etiā uix diuinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet: uerū hoc pœnæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſanè Tyrānidē: idq; noua quadam & inuſitata ratione. Vides q̄ multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre præmiū: propterea quod ea uia ſuſtuleris, quæ legi nō probatur: quæ non expediat moribus ciuitatis: quæ nō ſit forti uiro digna. Age quid ſi Tyranni filium infantem in cunis iugulaſſes: & rurſum adfuiſſet Delius ille: per quē certum præſcire poſſes fore, ut necato puero, pater ſibi mortem accerſeret: atque id eueniſſet: utrum te tanquam Tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanq̄ immanem & ferum hominē execraretur: qui in eam ſæuieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda uideatur? Quid ergo? Vtetur tuo maleficio Reſpu. cæterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi Tyranni uxorem, quam ille miſere deamaret, per uim conſtupraſſes: atque ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è uita: utrum Tyrannicidij laudem flagitabis, an raptus & adulterij ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt. Conferam

feram tuo facto propiora. Quid si Tyranni medicus quum esses: ueneno ægrotanti dato, illum sustulisses utrum ut ueneficum oderit te Resp. an ut uirũ fortem admirabitur? Tyrannũ sublatum gaudebit: facti rationem, modumq; detestabitur. Quid si quũ te Tyrannus familiariter uteretur: tu in cõuiuio prætextu necessitudinis uenenum porrigeres? Denicq; si per magicas imagines, ac maleficas quasdam deuotiones Tyranno uitam ademisses: utrum à lege præmiũ, an pœnã expectares? Atqui Tyrannidem utcunq; sustulisti. Euentu gaudet lex. Verum exemplũ tam pernicioſum in Remp. nõ recipit: ut consuescant ciues scelus ulcisci scelere, patrem in filio iugulare. Vides quantum momenti sit in modo, uiáq;, ut factum tuũ approbetur? Quod lex permittit ut fiat: non statim permittit, ut id uia qualibet efficias. Adulterũ ferro occidere licet: ueneno aut incantamentis non licet. Quur ita? Quia pestilens exemplũ omnino tractare uenena. Nec id ulla causa quantũuis honesta, sinit in ciuitatẽ irrepere. Quid quod ne hostẽ quidẽ ueneno, aut malis artibus interficere fas est? Nã nusq; nõ improbat maleficia lex: & ueneno tincta tela etiã in bellis interdicta sunt. Quod si modus facti superat in his, in quibus nullum petitur præmiũ: quanto magis id fiet in his, in quibus summũ petitur? Lex triumphũ statuit ei, qui certum hostium numerũ fuderit. Fuderit alius quis nõ acie, sed aquis & pabulo ueneno tinctis. Vtrũ

ciues

ciues hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem: an potius ſicuti uenificum oderint, auerſabuntur, execrabũtur? Quid quod priuatis etiam in rebus uia, moduſq; perpẽditur: quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore: ut à quo conueniat omnẽ ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa: ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo leuaret: atq; ille nõ pharmacis, ſed maleficijs & incantamentis morbum exemiſſet: utrum præmiũ dabis, an magis hominẽ in ius trahes? iniuriæ malis artibus datæ reũ ages? Clamabit ille, morbo te leuaui: quia uia qd iſthuc tua refert? Hoc tãtũ ſpectabas: ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt ꝓmiſſa. Ingratũ te uocabit: q niſi ſua opera, ne eſſes quidẽ, qui præmiũ negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te præmiũ eſſe pollicitum, nõ Mago: neq; debere quicq̃, niſi rem malam ei, qui beneficiũ male dederit. Quanq̃ ne dediſſe quidẽ uidetur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incõmodum, nõ amouere. Dices eñ animo nocitum, dum corpori ſubuenitur. Atq; iſtam litẽ uincres, etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiã, & uincibilior eſt tecũ cauſa legi, cq̃ quæ tibi futura fuerat cũ medico. Nam ibi de priuata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi falſus eſt unus: hic legi fraus facta, per quã cautum oportuit, ne quiſq̃ ciuium circũueniatur. Ibi ſalus data; certa quidẽ & efficaci, ſed

ſuſpecta & improbata uia: hic nefario ſcelere (quur enim non ſic appellatur homicidiũ, quo in ciuem contra legẽ admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſp. quãdoquidẽ tuũ factum perinde habet, ac ſi medicus quiſpiam ad curam mercede conductus, uenenũ pro remedio miniſtret: quod tamẽ ægrotanti (ita ut nõ raro conſueuit accidere) per occaſionem morbũ adimat. Qui reualuit, ſuis fatis acceptũ ferret quod uiuat: tibi mortem, tametſi uitarit, imputabit. Neq; ſua referre putabit: utrũ imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco uenenũ porrexeris: ꝓpterea quod tui fuerat officij, aut non ſuſcipere negociũ: aut ſi dem ſimul, & artẽ, & induſtriã, ac diligẽtiam: & quicqd à probato artifice ſolet requiri, ad curã adferre. Sed age ſinimus adhuc poſſidere te, quod dudũ ſumus largiti: ut planè iſta uia Tyrannũ occideris, citra ullum Reipu. diſcrimẽ. Lex nõ approbabit facinus tuũ: niſi nõ tantũ à crimine, uerũetiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit: ne uidelicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in ciuitatẽ, ut maleficiũ omne ſeducat: incolumitatẽ ſuam quã cõueniebat, aut Deo cuipiã, aut certe Diꝑſſimo homini acceptã referri, ſceleri debere dicatur. Nõ approbabit, inquã, niſi Tyrannũ ipſum quẽ nominatim indicauit ipſa, quaq; ꝓmittit uia ſuſtuleris: ne per rimã iſtã periculoſum exẽplũ in Remp. irrepat. Poſtremo niſi ferro, nõ dãcularijs ac maleficis artibus: niſi uir-

tute:

tute: niſi manu: niſi uitæ tuæ manifeſto cõtẽptu Tyrã nũ trucidaris. Neq; eñ huc tãtũ ſpectat lex, ut Tyrãn⁹ in præſens ſubmoueatur: uerũ illud multo magis reſpi cit: ut oẽs mortales itelligãt in ea ciuitate uiros eſſe fortes, q nõ uereãtur uitæ ſuæ diſpẽdio patriæ cõmodis cõ ſulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiã in poſterũ ab affectatione Tyrãnidis deterreãtur: cũ uideãt iñ ea ciuitate nullum eſſe Tyrannis ſatis tutũ præſidiũ: quando quidẽ illud nemo neſcit, qui uitæ ſuæ ſit cõtemptor, eũ eſſe alienæ uitæ dominũ. Nam quod omnino ſatellitiũ, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma aduerſus huiuſmodi animũ Tyranni caput defendãt: qui patriæ libertatem ſua uita bene credat emi? Poſtremo aũt: ut maxime tibi conſtet animus: ut cõſtet uia: id quod eſt totius negocij caput, nõ effeciſti. Tantũ enim abes ut Tyrannũ occideris: ut quantũ in te fuit, Tyrannidem maiorẽ in modũ auxeris, interfecto Tyranni filio. Quid autẽ refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod uulgo dicunt nihil ueríus. Intempeſtiuã beneuolẽtiã nihil à ſimultate differre. Tantũ abeſt ut occideris Tyrannum: ut ne ſuſpicari quidẽ potueris id euẽturũ, ut ipſe ſemet occideret. Sed iuuenem occidiſti patre inſolentiorẽ: quid tum poſtea? ſi patri & huius ſcelera lex imputat? Magnũ pinde Tyrãni ſatellitẽ, nõ Tyrannũ occidiſti. Sed paratũ Tyrãnidis hæredẽ occidiſti: in Tyrãnidẽ ſuccedit, q prior, q pótior eſt

tior est in occupādo. Verū esto sanè, certum hæredem sustuleris: igitur qui Tyrānus erat futurus, interemisti. Atqui quod futurū est, id nōdum est. Porrò lex eū qui iam Tyrānus sit, tolli debet: non quē aliquando futurū diuines. An qui statuā ex pacto debeat, & rudem tum cum præstiterit: fidē persoluisse uideatur? Non arbitror. Vbi nunc igit̄ sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmiū postulandū supèrerant? Vides ꝯ ne unū quidem omniū tibi constet, quorū nihil oportebat deesse. Volui, inquis: id demum uoluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositū est cōmutatū. Hoc igit̄ præmij tibi debetur, quod ei, qui in Olympijs medio è cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is, qui laudauit in Olympijs, nec uicit. Sed occidisti denique uerū eum, quē neq; lex permittebat arbitrio tuo, neq; ex usu publico fuerat, occidi. At bene uertit ciuitati quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladē Atticis fuisse ferūt: de qua prouerbiū extat, quod Athenienſiū male consulta, in bonū exitū uertere consueuit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti: nō libertatem restituisti, sed numē aliquod huic urbi propitiū, quod euentum tuæ temeritati debitum, sua cōmoditate à nobis auertit, quod tuā stultitiā nobis uertit in occasionē restituendæ libertatis. Nō ego ingratū erga te populū constituo: imo tu populū ingratum in Deos reddere labo-

ras:

tas:quem quũ semel in periculũ uocaris,ne pro simpli ci Tyrannide duplicatã pateretur:nũc rursum in discri- men trahere conaris:ne ab iratis superis, in pristinã ser uitutem,aut grauius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienũ meritum insinuas? Quid tibi in eo negocio laudẽ uniuersam uen dicas:ex quo præter pœnã temeritatis, nihil ad te redi/ te merito possit? Si Reip.si iudicibus ꝓbare potes ani mum tuũ tyrannicida dignũ,qui nullũ periculum uitæ Reip.causa recusarit:si facinus nõ scelere,nõ pernicioso exemplo,sed legitima uia peregisti:si fortuna tuis egre gijs conatibus bene expetitũ dedit euẽtum,aude tyran nicidã te uocare:aude pulcherrimũ,ac penè diuinũ mu nus à Rep.poscere:aude nobis seruatas leges, restitutã ciuitatẽ:aude tẽpla,aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros,inuiolatas uirgines,impolluta matrimonia,de niq; hoc ipsum quod hic lege & apud iudices agimus, exprobrare:aude mihi minari,quod obstiterim: aude ciuitatẽ ingratitudinis insimulare,nisi laudẽ promeritã persoluerit:aude iudices,uel iniquos,uel corruptos da mitare,nisi suis sentẽtijs præmiũ tibi decreuerint. Con- tra:si suspectũ quid uolueris:si periculosum:si contra le ges:si cum scelere cõiunctum quod feceris:sit pudor,ac desine tandẽ improbe præmiũ flagitare:quod nulla ra tione ꝓmeueris:pœnã,si sapis,incipe deprecari. Isthuc fortassis ab æquitate iudicum, à ciuitate deorũ munere

læta, queas impetrare. Neq; em̃ putes unũ me te à præmio deterrere. Imaginare iſthac in cauſa pariter & leges, & Remp. & Deos tibi aduerſari. Puta leges his tecum uerbis agere. Si nos uere reſtitutas uideritis, ſine noſtram autoritatẽ primũ in hac tua cauſa ualere. Longe plus laudis ex hoc iudicio referes, ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuã cupiditatẽ noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primũ exemplũ in te ciuibus ædideris, reuixiſſe nos: ſi mõſtraris ciuitati iam nõ ex ſceleratorũ libidine, ſed ex noſtro præſcripto cuiq; uiuẽdũ eſſe. Atq; altera ex parte Remp. hac tecũ oratione uti puta. Si ciuẽ bonũ mihi præſtare ſtudes, noli hãc ſtultitiæ notã mihi inurere: ne in poſterũ re cognita, dicar ebrietate quadã gaudioni ei præmium decreuiſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos uix deniq; tã diutinis uotis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placaui, cõmoui, propitios reddidi: denuo per ingratitudinẽ iratos atq; infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat, ſaltẽ illorũ beneficio frui. Quod ſi te neq; leges, neq; Reſp. commouerit: certe Deorũ orationẽ uereri debes, quos ita tecũ agere puto. Quid tu te in noſtræ laudis poſſeſſionem ingeris? Quid honori noſtro inuides? Quur nõ ſinis nos in hac ciuitatẽ perpetuo benignos eſſe? Quur tuipſe tã ingratus exiſtis? Ciuitas hæc ſemel mihi reſtitutã libertatem debet: tu bis debes, cõmoditati noſtræ: & quod Rempſeruauim⁹, cuius tu pars es: & quod cõmoditate noſtra

tuam

tuam periculosam stultitiã,uel scelus potius in maximã felicitatẽ uerterimus. Etẽ nisi nos dextri, ꝓpitiꝰq; adfuissem⁹,quid aliud tu ꝯ perieras,& ꝑ te Resp: Quod si planè cõtendis,ut præmiũ aliquod feras:abunde magnũ præmiũ à nobis ꝓsolutũ est,qd ꝑ nos res à te male instituta,bene uerterit. A legib⁹ merito maior relata gratia:si nostræ ꝓsperitatis respectu,temeritatis simul & sceleris ueniã condonarint. A ciuitate satis amplã laudem feres:si ea patiat,ut in restitutæ libertatis historia tuũ quoq; nomẽ admisceat. Hac laudis parte cõtentus desine nobis debitũ uelle præripere:ciuitati munus nostrũ eripere:legibus autoritatẽ adimere. Sed finẽ facio, nimirũ extillata iã aqua. Quod supest nũc,uestræ partes sunt iudices statuere:utrũ secundũ leges,secundum Deos,secundũ Remp. sententiã dicere,an secundũ hũc glorioſum ostẽtatorẽ ꝓnũciare uelitis. Vtrũ hanc urbis felicitatẽ hui⁹ temeritati,hui⁹ sceleri acceptã ferre malitis,sæpius exprobrãdã,& breui fortassis à superis iratis (id qd abominor)auferendã:an in Deos qbus sine cõtrouersia tota debet,referre:eorundẽ pietate seruandã, agendã,benéq; fortunãdam. Vtrũ magis ex usu sit,ut primo hoc iudicio statim leges circũuentæ dicantur:an ut appareat legũ restitutarũ seueritatẽ,& iudicũ sapientiã aduersus unius,inquã,postulationẽ ualuisse.

DECLAMATIONIS ERASMICAE, QVAE LVCIANICAE RESPONDET, FINIS.

Erasmus

ERASMVS ROTE-

RODAMVS M. IOANNI PALVDANO RHETORI LOVANIENSIS ACA DEMIAE, S. P. D.

T INTELLIGAS humanissime Paludane, Erasmum illum tuum tametsi per omnes terras, mariáq; uolitarem tamẽ tui memoriam perpetuo secum circumferre: mitto quasi symboli uice Luciani dialogum: cui titulus, περὶ τῦ ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Quẽ in Italiam profecturus, in ipso penè procinctu latinum feci. In eo non sine uoluptate tanq; in speculo uidebis, aulicæ uitæ incommoda: quæ tu mihi sæpenumero commemorare solebas: nimirum expertus, & ueluti naufragio eiectus, ac uix isti liberæ, literariæq; uitæ redditus. Idcq; feci eo studiosius: ut meo exemplo te prouocarem, quo iam diu Græcanicis in literis uersatus, incipias & ipse aliquãdo audere aliquid. Quur enim nó dicam audere? Quum nullum sit mea sententia facinus audacius, q; si coneris ex bene Græcis, bene Latina facere. Vale, méq; tui amantissimum mutuum ama.

Luciani

LVCIANI LIBELLVS DE IIS QVI MERCEDE CONDVCTI, IN DIVITVM FAMILIIS VIVVNT.

DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

QVID TIBI primum amice, aut quid postremũ, quemadmodum uulgo dici consueuit, recenseam, ex his quæ tum facere, tum pati cogũtur, qui mercedis gratia sese in alienas domos cõuictumq; tradũt alienum, quiq; in locupletũ istorum amicitiam accensentur, si modo eiusmodi illorum seruitutem, cõuenit amicitiam appellare? Noui eñ permulta, atq; adeo pleraq; omnia, quæ illis ibi soleant accidere, non per louem quod ipse ea experimento cognorim (necq; enim mihi unq; experiũdi incidit necessitas, ac ne quando incidat Dij prohibeant) sed quod cõplures, qui in hoc uitæ genus inciderant, apud me soliti sint cõmemorare, partim qui in ipsis etiãdum malis constituti, quæ & quanta ferrent deplorabant, partim qui tanq; è carcere quodam profugi, nõ absq; uoluptate recordabant

dabantur cõmemorabantq; ea quæ fuerant perpeſſi. Imo iuuabat reuocare ob oculos, quas erumnas effugiſſent. Atq; hi quidem digniores mihi uiſi ſunt, quibus fides haberetur: ut qui eius ſacri ritus (ut ita dixerim) omnis omniáq; myſteria perdidiciſſent, cunctáq; ab initio ad finem uſq; perſpexiſſent. Hos igitur haud quaq; indiligenter, nec oſcitanter audire ſoleo, ueluti naufragium quoddam, ac præter ſpem obiectam ſalutem enarrantes. Cuiuſmodi ſunt iſti, qui in templis deraſo capite, complures ſimul obambulantes, immanes undas, procellas, ſublatos in cælum fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula reuulſa narrant. In primis autẽ geminos Caſtorem & Pollucem apparentes (Náhi peculiariter ad hanc Tragœdiam pertinent) aut aliũ deum quẽpiam repente, quemadmodũ in fabulis fieri conſueuit, exortum: ſummiſcq; antemnis inſidentẽ, aut iuxta clauum adſiſtentem: qui nauim ad litus aliquod molle dirigeret: ad quod appellens futurum eſſet, ut & ipſa paulatim ac lente ſolueretur: & ipſi tuto in ſolũ deſcenderent, idq; ope fauoréq; diuino. Atq; iſti igitur, permulta id genus ad præſentem cõmoditatem exaggerantes, cõmemorãt: quo uidelicet à pluribus ſtipem accipiant: ſi non calamitoſi modo, uerumetiã Dijs chari eſſe uideantur. Porrò ij dum eas quas in tectis tulerunt tempeſtates referrent, atq; immanes illas undas, quin etiã decumanos fluctus, ſi fas eſt dicere: & quéad

modũ

modũ primũ à littore soluerint mari trãquillo: cẽtũcẽ molestiarũ perpetua nauigatione sint perpessi: dum stiunt, dum nauseant, dum salo perfunduntur. Denicẽ quẽadmodũ infelici nauigio incautem quãpiam sub undis latentem, aut in scopulum aliquem præruptum, & asperum illiso, fractócẽ miseri ægre enatarint, nudi, cunctarumcẽ rerum inopes. Hæc inquã quũ referrent, mihi quidẽ uisi sunt permulta præ pudore subticere, uolentes cẽ ac sciẽtes obliuisci. At ego etiã illa, præterea autẽ & alia nonnulla ex illorum narrationibus coniectans, deprehendi quicquid erumnarũ cum eiusmodi conuictibus cõiunctũ est. Quæ quidem omnia haud grauabor optime Timodes tibi percensere. Iampridẽ emẽ mihi uideor animaduertisse, te de capessenda hac uitæ ratione cogitare. Nam olim quũ his de rebus sermo incidisset: mox ex his qui præsentes erant, quispiã mercenarium hoc uitæ genus laudare cœpit: fortunatissimos eos affirmans, quibus contigisset horum familiaritate, qui apud Romanos essent optimates: tum conuiuijs adesse opiparis, idcẽ immunes: præterea splendidis in ædibus diuersari: tum perigrinari omnigena cũ cõmoditate, uoluptatecẽ, alba interim in rheda (si forte libeat) resupinatos. Insuper ob hanc amicitiã, obcẽ cõmoditates quibus afficiuntur, etiã mercedem capere: id uero nõ mediocre uideri. Istis emẽ haud dubie citra sementem, ac culturã, quod aiunt, cuncta prouenire. Hæc

igitur atq; id genus alia quũ audires: animaduerti qué admodũ ad ea inhiaueris, cẽq; auide ad eſcam os apertum porrexeris: proinde nequid mihi certe in poſterũ poſſis imputare, neq; expoſtulare queas: quod quũ te conſpiceremus tantũ una cũ eſca deglutientẽ hamum, non reuocauerimus: neq; priuſcq; in guttur demergeretur, reuulſerimus: neq; præmonuerimus. Verũ poſtea cẽq; ceſſaſſemus, donec eo iam adacto atq; infixo trahi iam, ac ui duci conſpiceremus: tum quũ nihil opis afferri poſſit, fruſtra adeſſe nos atq; illachrymari. Hæc inq;, nequãdo poſſis dicere: quæ ſi dicantur, merito profecto dicantur: neq; à nobis refelli poſſent, quo minus pecral ſe uideremur: ut qui prius iſta non indicaſſemus: audi nũc ordine omnia. Ac rete quidẽ ipſum cuiuſmodi ſit, cẽq; nullum habeat exitũ: non intus mediis in ſinibus inuolutus, ſed foris tuto atq; per ociũ ante cõtẽplator: unci æris aculeum, reflexam hami aciem, ac tridentis cu ſpides manu tentãs, malácq; admotas experiẽs. Quod niſi uehemẽter acuta: niſi ſic illigantia, ut effugiendi nulla ſit facultas: niſi dira uulnera factura uideantur, acriter trahentia, & inexplicabiliter retinentia: nos quidẽ inter formidoloſos, atq; ob id etiã pauperes, famelicoſq; aſſcribito: ipſe uero ſumpta fiducia, uenatum iſtum, ſi uidetur, aggreditor: Lari in morem totam eſcam hiatu deglutiens. Atq; in uniuerſum quidẽ forſitan tua cauſa omnis hic ſermo dicetur. Quancq; non ſolũ de uobis philoſo

philosophis,aut his quicunq; uitæ institutum sibi dele gerunt cũ uirtutis studio coniunctius: uerũetiã de grã/ maticis,rhetoricis,musicis: breuiter de omnibus, qui in doctrinæ professione uersari,quæstũq; facere propo/ suerũt. Cæterũ quũ omnia sint inter istos cõmunia: ea/ demq; prorsus accidant omnibus:palam est, philoso/ phorũ conditionẽ nõ esse à reliquis eximiam. Imo hoc illis turpius ista contingere:quũ sint cũ aliis cõmunia:si ij qui cõducũt, nõ aliis præmijs eos ẽq; reliquos dignos iudicent: nihilóq; magis ẽq; cæteros in honore habeãt. Sed quicquid erit,quod narrationis series aperiet: eius culpã potissimũ in ipsos conferre par est,qui eiusmodi faciũt:deinde in eos.qui talia sustinẽt.Ego uero culpari nõ debeo, nisi forte ueritas & libertas in cõmemorãdo reprehensionẽ mereat. Ac reliquũ quidẽ hominũ uul gus: puta palæstricos quospiã, aut adulatores imperi/ tos,sordidóq; animo ac suopte ingenio humiles & ab/ iectos hoies: ne operæpreciũ quidẽ fuerit ab eiusmodi cõuictu dehortari: qppe nequaq; obtẽperaturos: neq; rursum æquũ sit illis uitio uertere, quod nõ relinquant suos cõductores,etiã plurimis ab illis contumelijs affe/ cti.Sũt em̃ ad eã uitæ rationẽ accõmodati,factíq;:neq; ea uidelicet indigni. Præterea ne habeant quidẽ aliud quippiam,ad quod sese conuertant, & in quo sese exer ceant:adeo ut siquis eam uitam illis adimat,ignaui illi/ co, consilijq; inopes, desidiosi atq; inutiles reddantur.

Quamobrē nec ipſi rem aliquā indignā patiantur, nec illi contumelioſe facere uideantur: ſi (quod aiunt) in mi tellam imminxerint. Etenim ad eaſipſas contumelias iam inde initio præparati, conferunt ſeſe in familiam, atq; hæc ſola illis ars ſuppetit ferre & perpeti quicquid acciderit. Cæterū eruditorū nomine, de quibus inſtitue ram loqui, merito indignandū, enitendūq; ut q̄ maxi me fieri poteſt, eos inde reuocatos, in libertatem uindi cemus. Videor autē recte facturus: ſi quibus de cauſis ſe quidam ad hoc uitæ genus conferunt, eas cauſas ex cuſſero: parumq; idoneas, atq; efficaces eſſe demōſtra uero. Siquidem eo pacto omnis illis præripietur excu ſatio: ſummuſq; ille titulus, quo ſuam ſpontaneā ſeruitutem ſolent obtexere. Iam igitur plericq; paupertatem & rerum neceſſariarū inopiā proponunt: atq; eam umbram ſatis idoneā exiſtimant: qua ſuū factū prætexāt, quod ultro ad eam uitā acceſſerint. Ac ſibi ſufficere credunt: quū aiunt ſe quiddam ignoſcendum facere: qui id quod eſt in uita moleſtiſſimū, nempe paupertatē, ſtudeant effugere. Poſtea in promptu Theognis, atq; illud plurimum in ore:

Nam quemcunq; uirum paupertas enecat.

Et ſiquæ alia terricula abiectiſſimi quiq; poetæ de paupertate prodiderunt. Equidē ſi uiderem ex huiuſmodi conuictu paupertatis effugiū aliquod uere cōtingere, non admodū anxie cū eis de uehementer amplectēda

libertate

libertate disceptarem. At posteaq; eiusmodi quædã accipiunt: cuiusmodi sunt ægrotantiũ alimenta (quẽadmodum egregius ille dixit orator) qui queant effugere quo minus in hoc ipsum parum recte sibi consuluisse uideantur: nimirũ semper illis manente eodem uitæ illius argumẽto? Semper em̃ manet paupertas, semper accipiẽdi necessitas: nihil quod seponat, nihil supersit quod reseruetur. Verũ quicquid datũ fuerit, ut detur, ut uniuersum etiã capiatur, prorsus omne insumitur: ita tamẽ, ut ne id quidẽ in usus sufficiat. Rectius aũt futurũ fuerat: si nequaq; causas eiusmodi cõminiscerent quæ paupertatẽ seruant, aluntq;: atq; eatenus dũtaxat opitulantur: uerũ quæ illam tandẽ aliquando tollant. Ac forsitan tibi hoc uolebas Theogni quũ diceres eam in altum mare ac præruptis de scopulis præcipitẽ dari oportere. Quod siquis semper pauper, semper egens, quũ semper mercede cõductus mereat, hoc ipso sese arbitretur aufugisse paupertatẽ: non uideo qui fieri possit, quo minus hic ipse sese fallere uideatur. Rursum alij negant sese paupertatẽ formidaturos: si modo reliquorum hominũ in morem possint suo labore, suáq; industria uictum suppeditare. At nunc sibi fractas esse corporis uires, seu senio, seu morbis: eóq; ad eam uitã mercenariam facilem uidelicet atq; cõmodam confugere. Age igitur, inspiciamus num uera prædicent: & num ea quæ dantur ex facili illis suppetant, non multo neq;

adeo

adeo maiore labore conſtent, & uulgo ſuus uictus. Nam id quidem etiam uotis expetendum, uti citra laborem, citra ſudorem, nullo negocio paratum argentum accipias. Verum & hæc abſint à uero: iſtud profecto ut dignum eſt, ne dici quidem ſatis poteſt: tantum laborum, tantum ſudorū in eiuſmodi conuictibus exhauriendum, ut hic ne ualetudo quidem ad id par ſit: quippe quū quotidie ſexcenta non deſint negocia, quæ corpus conficiant, adeò extremam uſq; deiectionem delaſſent. Verum hæc ſuo loco dicemus: quū etiam reliquas illorum incōmoditates commemorabimus. In præſentia ſat erat leuiter oſtendere, qui ſe aiūt hac de cauſa in ſeruitutem addicere ſeſe: ne iſtos quidē uero dicere. Supereſt iam ut eam cauſam referamus: quæ quidem ut eſt ueriſſima, ita ab illis minime profertur. Nempe ipſos uoluptatis gratia, & amplis illis ſpebus incitatos, ultro inuadere familias diuitum: auri argentiq; uim & copiam admiratos: præterea quod felices ſibi uideantur ob conuiuia, reliquaſq; eius uitæ delitias: ſperantes futurum, uti mox, nemine uitante, affatim aurum bibant. Hæc nimirum ſunt quæ illos adducunt: atq; ex liberis ſeruos conſtituunt. Non rerum neceſſariarum uſus, quem prætexebant: ſed rerum nō neceſſariarum cupiditas, atq; ingentium illarū & amplarum opum admiratio. Enimuero quēadmodum miſeros iſtos, atq; infelices amantes, callidi quidam & uete-

ratores

ratores amasij receptant & fastidiēter ducūt, lactantq; uidelicet quo iugiter amantes, ambiant ipsos atq; inseruiant. Cæterum ex amoris fructu, ne summo quidē osculo impertiunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendum amorem. Id igitur ne fiat, præcauent: diligenter & sui copiam subtrahunt. Alioqui spe semper retinent amantem: metuentes, ne desperatio minuat cupiditatis ardorem: amantēq; ab se alienet. Proinde semper arrident, pollicenturq;: semper facturi sunt: semperq; gratificaturi: semperq; ingentiū sumptuum rationem habituri: donec imprudentes ambo senuerint, atq; utriq; iam præterierit ætas: huic ad amādum: illi ad dandum. Atq; ita omni uita nihil illis peractum est ultra spem meram. Atqui uoluptatis cupiditate nihil non ferre: id quidē forsitan non usqadeo uitio uertendum: quin magis uenia danda: si quis uoluptate capiatur, & hanc undequaq; consectetur, quo possit ea potiri: quāq; turpe forsan ac seruile: si quis ea gratia semet in ius tradat alienū: propterea quod uoluptas, quæ ex libertate percipit': multo suauior est, q; ea quā ille libertatis iactura sectatur. Attamen hoc quoq; aliquo pacto ignoscendū illis sit: si modo consequantur. Verum enimuero ob solam uoluptatis spem, multas perferre molestias, equidem & deridiculū arbitror, & stultum: maxime quū uideant labores certos esse, manifestos, & ineuitabiles: porrò illud quod speratur, quod quidē

nihil aliud tandē eſt q̄ uoluptas, ne tam longo quidē tempore contigiſſe. Præterea aūt, nec ueriſimile uideri: ut contingat aliquādo: ſi quis modo rem recta reputet uīa. At Vlyſſis ſocij, dulci quadā guſtata loto reliqua negligebant: ac præſenti uoluptate deliniti honeſta cō temnebant: ut non prorſus cū ratione pugnarit in illis honeſtatis obliuio: nimirū animo uoluptatis illius ſen ſu occupato. Verū ſi quis famelicus alij cuipiā loto ſeſe ingurgitāti, neq; quicq̄ inde impertienti, aſſiſtat, idq; ſolā ob ſpem: quod credat fore, ut & ipſi aliquando de guſtandā lotū porrigat: aſſiſtat inquā ad hunc modū, recti atq; honeſti oblitus: dij boni q̄ hoc ridiculū, pla nēq; uerberibus quibuſdam Homericis dignum. Ergo quæ iſtos ad diuitū conuictū adducunt: & quibus im pulſi ſeſe illis dedūt, ad quodcū q; lubitū fuerit uerēdos: hæc ſunt, aut his fermè ſimillima. Niſi ſi quis & illos cō memorandos eſſe iudicat: quos hæc una res ad id com mouet: quod glorioſum arbitrant, cum illuſtribus atq; opulentis uiris habere conſuetudinem. Sunt enim qui hoc quoq; præclarū ac magnificum ſupráq; plebē eſſe exiſtiment. Nam ego quidē, quod ad me proprie attinet, recuſarim uel cum Perſarum rege conuiuere dun taxat, conuictorq; uideri, ſi nullus ex eo conuictu fru ctus ad me redeat. Quum itaq; cauſa eius uitæ ſuſcipiē dæ ſic illis habeat: age iam conſyderemus apud noſ metipſos: primū cuiuſmodi ſint illis perferenda priuſ q̄ admittantur

q̄ admittantur: priusq̄ obtineant. Deinde cuiusmodi in ipsa iam uita constituti patiantur. Postremo quæ tandem catastrophe, quis fabulæ exitus illis contingat. Neq̄ enim illud dicere possunt: hæc tametsi molesta sint, tamen assuesci facile: neq̄ ad id multo opus esse labore: sat esse si uelis modo: postea reliqua omnia factu fore facilia. Imo necesse est ut primum diu sursum ac deorsum cursites: mane excitatus assidue proforibus obuerseris, ut perdures: quum protruderis: quum excluderis: quum improbus interdum atq̄ importunus uideris: cum ianitori male Syrissanti, ac nomenclatori Libyco subijceris: quumq̄ nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quin etiam uestitus tibi est apparandus supra tuæ rei facultatem, pro dignitate eius cuius conuictum ambis: deligendus color, quo ille potissimum gaudeat: uti ne discrepes, neue oculos illius offendas. Postremo uti gnauiter assectere necesse est: uel antecedas potius, à famulis protrusus: ac ueluti pompam quandam expleas. At ille interim cōpluris iam dies ne aspicit quidē te. Quod si quādo res tibi felicissime uerterit, si te respexerit, si accersiuerit, dixeritq̄ quicquid illud fuerit, quod illi forte in buccam uenerit: tum deniq̄, tum plurimus sudor, tum multa oculorum caligo, tum intempestiua trepidatio, tum Sannæ eorum qui adsunt, hæsitantiam tuā ac perplexitatē ridentiū. Qua quidem nō raro accidit: ut quū

oportuerit respondere: quis fuerit rex Achiuorũ: mille naues illis fuisse respõdeas. Atq; id si qui sunt modesti pudorẽ uocãt: immodesti timiditatẽ nominãt: improbi insciriã. Ita fit, ut tu primã hanc diuitis comitatẽ, tibi periculosissimã expertus, ita discedas: ut tantã animi tui imbecillitatẽ ipse cõdemnes. Porrò ubi multas iam noctes insomnes duxeris: ubi plurimos dies cruentos egeris: haud quidẽ Helenæ gratia per Iouem: neq; ob Priameia Pergama: uerũ spe quinq; obolorũ: cõtigerit aũt & deus quispiã tragicus qui tibi sit auxilio: iam illud restat, ut exploreris excutiarisq;: num literas noris. Atq; ea quidẽ disceptatio nõ iniucũda est ipsi diuiti: quippe qui laudat interim, ac felix esse prædicat. Cæterũ tibi uidet, de uita ipsa, déq; omni fortuna tũ certamen esse paratũ: propterea quod tibi uenit in mentẽ, idq; merito futurũ, ut alius nemo sit admissurus, si prius ab hoc reiectus, ac repudiatus uideare. Interim in uarias curas distraharis oportet: partim dũ inuides ijs qui pariter ex æquo tecũ examinant. Finge em̃ & alios esse, qui eiusdẽ fortunæ tibi sint cõpetitores: te uero tibi uideri cũcta parũ absolute respõdisse, metuentẽ interim simul & sperantẽ, ac misere de illius uultu pendentem: qui si quid parũ probet eorũ quæ dixeris, peristi. Sin arridẽs auscultat, hilarescis & spe bona fultus cõsistis. Porrò cõsentaneum est: esse nõ paucos: qui tibi aduersentur, atq; alios in tuũ locũ uelint inducere. Horũ

unusquisq;

unuſquiſq; dãculum uelut ex inſidijs in te iaculat'. Iam uero illud cõſydera: quale ſit uirũ ꝓmiſſa barba, cana coma, examinari: nunquid bonæ rei didicerit: & alijs quidẽ didiciſſe uideri: alijs ſecus. Superior interim uita, & oñis anteacta ætas tua curioſius diſquirit'. Quod ſi quis aut ciuis inuidia, aut uicinus leui quapiã de cauſa ꝓuocatus, te deferat, & adulterũ dicat: uel pæderaſten: is ꝓtinus, iuxta uetus illud ꝓuerbiũ: ex Iouis tabulis teftis. Porrò ſi pariter oẽs bene de te prædicent: ſuſpecti, leues, ac largitione redempti uidebunt'. Nam admodũ omnia tibi cõſtent oportet. Nihil prorſus ſit, quod tibi queat obſiſtere. Alioqui nunq; obtinueris. Age ſanè. Hoc quoq; cõtigit: ac bona quapiã fortuna cũcta tibi feliciter ceſſerũt: & probauit ipſe doctrinã tuã: & amicorũ præcipui, quibuſq; ille huiuſmodi in rebus plurimã habet fidẽ, nõ dehortant'. Ad hæc uult etiã uxor. Nõ refragat' domus præfectus, neq; itẽ diſpenſator. Nemo tuã inſimulauit uitã: dextra omnia, & omni ex parte bene promittũt ſacra. Viciſti igitur o fortunate, & corona tus es Olympia. Quin Babylonẽ magis cepiſti, aut Sardorũ arcem occupaſti. Habebis copiæ cornu & gallina ceũ lac emulgebis: iam ſanè par eſt, ut aliquando præmia capias, maxima uidelicet, & quæ laboribus tantis reſpondeant: ne corona tua frondea dũtaxat ſit: ſimul ut merces haudquaq; cõtemnenda præſtituatur: eaq; cõmode ad uſum, citraq; negotiũ perſoluatur: utq; re-

liquus itē honos tibi præter miniſtrorum uulgus ſup-
peditetur. Cæterum à laboribus illis, à luto, à curſitatio-
nibus, à uigilijs, in otium te recipias: uti id quod uulgo
ſolent optare mortales, porrectis pedibus dormias. nil
hilq; iam facias præter ea ſola, quorum gratia primū
receptus es & in quæ cōductus. Ita enim conſentaneū
fuerat Timocles: neq; ingēs malū erat futurū: ſi qs ſub
dita ceruice ferat iugū, leue nimirū & portatu facile q̄
q; omniū maxime, auro illitū. Atqui lōge ſecus res ha
bet: imo nihil horū reperiet. Siqdē in medijs ipis idge
nus cōuictib⁹, ſexcētæ res accidūt: uiro ingenuo neutiq;
toleranda. Quæ quū audieris: ipſe tecū ordine reputa
to: nū quiſq; ea ꝓpeti queat: cui quidē cū eruditioe uel
minimū commercij fuerit. Exordiar autem ſi uidetur à
primo conuiuio: unde conſentaneū eſt te conſuetudi-
nem illam cōſpicaturū. Primum igitur, adeſt tibi quiſ-
piam: qui te iubeat ad conuiuiū accedere: famulus nō
incomis: qui tibi prius placandus datis in manum, ne
uidearis inciuilis, ut minimum quinq; drachmis. At il-
le Accizans, ſeq;, quum maxime cupiat, cupere diſſimu
lans, Apage inquit. Egone quic q̄ abs te? Addit & illa,
abſit, dij prohibeāt. Tandē flectitur atq;, obtemperat,
ac diſcedit, te late diducto rictu ſubſannans. Tu porrò
nitida ſumpta ueſte, mūdiſſimēq; cultus, lotus accedis,
ſollicitus interim, ne prior alijs aduenias. Nam id inur
banū: quēadmodū poſtremum uenire, graue. Proinde

media inter

media inter utrunq; obseruata opportunitate ingrederis, teq; sanè quam honorifice excipiunt. Tum arrepta manu te quispiam iubet accumbere, paulo supra diuitem: inter duos fermè ueteres amicos. At tu perinde atq; in Iouis ædes ueneris, nihil nō admiraris, & ad omnia quæ gerūtur suspensus inhias: propterea quod noua tibi atq; inuisa sint cuncta. Interim familia te spectat: omnesq; qui præsentes sunt, quid agas obseruant. Neq; uero ea res curæ non est ipsi diuiti: quippe qui famulis aliquot præmonitis negocium dederit, ut oculis obseruent, quemadmodum te geras in pueros aut in uxorem: num subinde, ex obliquo respectes. Ac reliqui quidem conuiuæ, simulatq; te uident propter imperitiam ad ea quæ fiūt attonitum, ac stupefactum, derident danculū, coniectantes te nunquā antea apud alium quempiam cœnasse, nouumq; tibi esse ut mantile apponatur. Proinde, sicuti uerisimile est, præ hæsitantia sudes oportet, ac neq; cum sitias, audeas potum poscere, ne uinosus uideare: neq; uarijs appositis opsonijs, & in ordinem quendam extructis, scire posses, cui prius aut posterius manum admoueas. Quare ad eū qui proximus accumbit respectes necesse est: atq; eundem imitatus, conuiuij rationem & ordinem discas. Alioqui anceps sedes, & uarians, animoq; penitus perturbato, & ad omnia quæ illic geruntur obstupescens. Atq; interim quidem, diuitis admiraris felici-

tatem

tatem, propter auri uim & eboris, tantasq; delitias. Interim tuã ipse deploras infelicitatem: qui quum nullius sis rei, tamen uiuere te credas. Nonnunq; & illud in mentem uenit, fore ut admirandam & expetendã quidam uiuas uitam: quippe qui sis omnibus delitijs illis fruiturus, cunctorumq; ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te semper bacchanalia festa celebraturum. Quin & adolescentuli formosi præministrãtes, ac silentio arridentes, suauius in posterum hoc uitæ genus pollicentur: ut Homericum illud nunq; desinas in ore habere,

Haud uitio uerti debet si Troia pubes
Armatiq; simul Danai, sub Marte laborum
Pondera tanta ferant.

ob tantam uidelicet felicitatem.

Accedunt ad hæc inuitatiunculæ ad bibendum. Ac postulato perq; ingenti scypho quispiam, præbibit tibi, præceptorem, aut aliud quiddam deniq; te appellãs. At tu recepto scypho quid uicissim oporteat respõdere, ppter eiusmodi morũ imperitiam ignoras: iãq; rusticanus, & inelegans esse uideris. Cæterũ ea propinatio multorũ ueterũ amicorũ inuidiam in te cõcitauit: è quibus nonnullos iãdudũ tuus accubitus dampnabat: quod modo quũ aduenerís, ijs anteponare: q multorũ annorũ seruitutẽ exhauserint. Protinus itaq; talia quædã de te inter illos dicta ferunt. Illud scilicet malis nostris

lis noſtris deerat: ut etiam ijs qui nuper in familiã cõmigrarũt, poſthabeamur. Et ſolis græculis patet urbs Romana. Et quid habẽt: q̃obrẽ nobis debeãt anteponi? Num mirificam quandã utilitatẽ adferre uidentʼ: quũ uerbula quædã miſera dicuntʼ? Rurſum alius, hæc. An non uidiſti: quantũ biberit: quẽ admodũ cibos appoſitos auide corripiens deuorarit? Homo inelegans, ac fame enectus: qui ne per ſomnũ quidẽ unq̃ fuerit albo pane ſaturatus: multo minus aue Numidica, aut Phaſiano: è quibus nobis uix oſſa reliqua fecit. Porrò tertius, fatui inquit priuſq̃ quinq; abeant dies, uidebitis hũc nihilo pluris fieri q̃ nos. Nam nũc quidẽ, nõ ſecus atq; calcei noui ſolent, in precio eſt, & habeʼ charus: ue rũ ubi crebro iam fuerit calcatus, lutoq; deformatus, tum miſere ſub lecticam abijcietur cymmicibus, quẽad modũ nos, oppletus. Atq; inter illos talia pmulta de te iactantʼ. Ex quibus aliquot iam tũ etiã ad calumniãdum inſimulandũq; te incitantʼ. Omne igitur illud cõuiuiũ tui plenũ: ac plericq; de te ſermones. Tu uero propter inſolentiã atq; inſuetudinẽ plus q̃ ſat eſt hauris nini tenuis & acris: eoq; iãdudum aluo tibi cita diſcruciaris: uerũ neq; decorũ tibi ante alios è cõuiuio diſcedere: neq; rurſum manere tutũ. At ꝓducta interim in longũ potatione dũ ſermo alius ex alio naſcitur: dum ſpectacula alia poſt alia proferũtur in cõuiuiũ (nã uniuerſum fortunæ ſuæ ſtrepitum tibi cupit oſtentare) nõ

mediocriter diſcruciaris: cui non liceat, neq; uidere quæ geruntur: neq; auſcultare, ſiquis uoce, citharaue canat egregie dilectus adoleſcentulus. At laudas tamen innitus, cæterum animo illud optas: ut aut terræmotus repens ortus ea cuncta diſcutiat: aut incendium aliquod renuncietur: quo ſimul conuiuium tandem aliquando dirimatur. Habes amice primum illud ſcilicet & ſuauiſſimum conuiuium: quod mihi quidē haud quaq; ſuauius ſit cepis, candidóq; ſale, libere quū uelim ex his & quantū uelim edenti. Verum ut ne tibi commemorem ructus acidos, qui deinde ſequuntur: ut ne nocturnos uomitus: mane uobis erit de mercede pacto tranſigendum: quantū, & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo præſentibus duobus aut tribus amicis, accerſito te, & conſidere iuſſo, ſic loqui incipit. Facultates noſtræ cuiuſmodi ſint, iam perſpicere potuiſti: q̄ nullus in his faſtus: ſed citra oſtentationē, moderata ac populariaq; oīa: ſed mediocria omnia ac plebia. Sic aūt animū inducas uelim: ut exiſtimes oīa nobis fore cōmunia. Nā ridiculū profecto: ſi quū chariſſimā poſſeſſionum meārū partē, puta meā ipſius uitā, aut per Iouē, liberorum etiam (ſi fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam: nō aliarū item rerum te mecū ex æquo dominū ac poſſeſſorē exiſtimē. Cæterū quādo certi quippiā eſt præfiniendum: equidem uideo uitæ tuæ frugalitatē, & animum paucis contentum. Neq; nō intelligo haud mercedis ad

cedis adductum ſpe te in noſtram ueniſſe familiam: uerum aliarum gratia rerum: puta noſtræ in te beniuolẽtiæ cauſa: tũ honoris: qui tibi præter cæteros omnis cõtinget. Attamẽ præfiniendũ eſt aliquid. Quin ipſe magis quod uidebitur ſtatuito: habita ratione, uir amiciſſime, munerũ etiã illorũ quæ quotannis feſtis diebus à nobis accepturus uideris. Neq; eẽ uel iſta nobis fuerint neglectui futura: etiam ſi nunc hæc pactione nõ cõplectamur. Scis autem cõplures per annum eiuſmodi munerũ occaſiones incidere. Horum igitur habita ratione, moderatius nimirum præmiũ nobis præſcribas. Præterea decet etiam uos homines eruditos, pecuniã negligere. Hæc ille dicens, totumq; te uaria ſpe labefactans, mitem ſibi ac tractabilẽ reddidit. Tu porrò qui dudum talẽta, ac multa nummũ milia ſomniaras, ſolidos agros, & familias, ſentis quidẽ tacitus apud te hominis ſordes ac parſimoniã: nihilominus blanditẽ tibi pollicitatio tamẽ: atq; illud cõmunia futura ſunt oẽia ratũ & uerũ fore arbitraris: ignarus eiuſmodi dicta,

Summis è labrijs, nõ imo è corde profecta.

Tandẽ præ pudore ipſe ſtatuendi ius defers. Verum ille facturum ſeſe negat. Cæterum ex amicis præſentibus quẽpiam in eo negocio ueluti medium intercedere iubet: qui ſalarij modum pronuntiet eum: qui neq; ipſum grauet, ut cui plurimas tum alias in res magis his neceſſarias ſumptus ſit faciendus: neque

rursus ei qui laturus est, sit omnino indignus. Atq; is seniculus quispiam, diuitis æqualis, una cũ illo à pueris adulando educatus. Eho tu inquit: num inficias ire potes: quin unus sis qui in hac urbe uiuunt omniũ fortunatissimus: cui primũ contigerit: quod pluribus miseræ cupientibus, uix à fortuna dari possit: nempe ut in huius hominis cõsuetudinẽ admittaris, ut cõmunes penates habeas, ut in familiã inter Romanos primariã recipiaris? Id nimirũ tũ Crœsi talenta, tũ Midæ diuitias superat: si modo modestũ esse noris. Eqdẽ nõ paucos noui magni nominis uiros: q cupiissent, etiã si quid ultra dandũ fuisset, gloriæ dũtaxat causa, cũ isto uiuere, & familiares apud hũc atq; amici uideri. Quapter haud inuenio: quibus modis tuã prædicem felicitatẽ: qui quidem ad hanc tam expetendam fortunam, etiam præmio addito admitteris. Proindè, mihi satis esse uidet: nisi plane es insolens: si tantũ accipias: simulq; pronunciat, sanè minimum quiddam, præsertim ad spes illas tuas: attamen boni consulas necesse est. Neq; eñ iam possis effugere: quũ intra retia tenearis. Frenum igitur recipis, mussitans, ac dissimulans, ac initio quidem non magnopere illi reluctans, faciléq; sequeris: ut quod nõ admodũ te torqueat, neq; stringat, donec illi tandem paulatim assueueris. Tum uero ij qui foris sunt mortales, hoc ipso nomine tuam fortunam admirantẽ: quod te conspiciant intra cancellos uersantẽ, ac nullo prohibente in

bẽte introeuntem, prorſuſq; præclaris illis opibus delitijſq; domeſticũ quendam ac familiarem eſſe factum. At ipſe nondũ uidere potes: q̃obrem illi te felicẽ exiſtiment: niſi quod gaudes tamẽ téq; ipſe fallis, ſemp futura meliora fore exiſtimans. Cæterũ contra atq; ſperaris euenit: & quẽadmodum adagio dicitur: iuxta Mandrabuli morẽ negocium procedit: in ſingulos (ut ita dixerim) dies, deterius ac retro relabens. Vnde paulatim uelut in luce dubia, tum demũ diſpiciens intelligere incipis, aureas illas ſpes, nihil aliud fuiſſe, q̃ ampullas quaſdam inauratas, porrò graues, ueri, ineuitabiles, perpetuiq; labores. Sed quinam iſti ſint, forſitan me rogabis. Neq; enim uideo inquies: quid in hac conſuetudine ſit adeo moleſtũ: neq; intelligo iſta quæ commemoras, grauia atq; intoleranda. Audi igitur uir egregie: nõ moleſtiam modo negocij perpendens, uerũ fœditatẽ, humilitatẽ, prorſuſq; ſeruilitatẽ, uel præcipue interim conſyderans. Principio memineris ex eo tẽpore, te iam neq; liberũ, neq; ingenuũ poſſe uideri. Noueris enim te hæc omnia genus, libertatẽ, progenitores, ante limẽ relinquere: quũ in huiuſmodi ſeruitutẽ temetipſum addicens in ædes ingrederis. Siquidẽ libertas tibi comes ire recuſarit, ad uitam tam indignam, tam humilẽ te cõferenti. Seruus itaq; (tametſi nomine ipſo grauiter offenderis) ſeruus inquã, uelis nolis, futurus es: neq; unius ſeruus uerũ cõpluriũ: operãq; ſeruilem præſtare co-

geris,obſtipo capite,à diluculo in ueſperam uſq; idq; mercede uili atq; indigna. Adde,quod ne placebis quidem admodum,neq; domino ſatiſfacies,neq; ab illo magnifies:ut qui non à puero fueris ad ſeruitium inſtitutus,ſed ſero didiceris,atq; ætate multum aliena coepturis ad id erudiri. Excruciat autem te priſtinæ libertatis memoria,animo recurſans:faciſq; ut interdum reſilire conere,reluctariſq;:atq; ob id ipſum fit:ut ſeruitus tibi moleſtior accidat. Niſi forte illud tibi ad libertatem ſufficere putas:quod non fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus:aut quod non ſic,uti Bithynicū aliquod mancipium,uociferante præcone diuendaris. At qui tum uir egregie:quum inſtãte nouilunio, Pyrrhis & Zopyrionibus immixtus,manum itidem,ut alij ſeruuli protendis,capiſq;,quodcũq; illud tandẽ eſt quod datur:hæc uidelicet eſt auctio. Nã præcone nihil opus erat homini qui ipſus ſui fuerit præco:quiq; ipſe ultro ſibi multo tempore dominum ambierit. Age iam o ſceleſte(cur enim non dicam præſertim in eum qui ſe philoſophum eſſe dicat:)ſi quis te pirata inter nauigãdũ captum,aut ſi quis prædo in ſeruitutem tradidiſſet:teipſum deplorares,tanq; indignam fortunæ iniuriã patientem. Aut ſi quis manu iniecta,te duceret,in ſeruitutem aſſerẽs,leges indamares: omnia faceres,acerbe ferres:& o terra,o dij,magno clamore uociferareris. Nũc uero:quum ipſe te,ob paucos obolos, id ætatis in qua

etiam ſi

etiam si seruus natus esses, tamen tempestiuum fuisset iam ad libertatē aspirare: cū ipsa uirtute ac sapientia tuo adductū uendideris: nihil illa reueritus, quæ p multa ab egregio Platone, Chrysippo, Aristotele disserun tur: quū libertatem laudant, seruitutem damnant. An non te pudet: quū inter homines assentatores, & emptitios, ac scurras uersans ex æquo cum illis æstimaris: quū in tanta Romanorū turba, solus peregrino in pal lio uersaris: quūq; Romanam linguam perperam ac barbare sonas: præterea, quū agitas cōuiuia, tumultuosa, magna hominū turba cōferta: quorum plericq; colle ctitij, quidam sunt & improbi? Atq; inter hos laudas odiose, bibisq; præter modū: deinde mane ad tintinabulum expergefactus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, una sursum ac deorsum circūcursas: hesterno luto etiādū tibijs adhærēte? Vsq; adeo ne te lupini, aut holerū agrestiū tenuit pœnuria? Vsq; adeo tibi defuerūt fōtes frigida manātes aqua, ut p despationē ad ista deuenires? Haud puto. Quin potius palā est: te, nō frigidæ aquæ, neq; lupini, sed bellariorū, atq; opsoniorū, uinicq; odorati cupiditate captū eo uenisse. Quæ dū lupi piscis in morē auidius appetis: tuo merito euenit: ut hamus tibi fauces trāsfixerit. Itaq; p̄sto sūt hui⁹ intē perātiæ, gulæq; autoramēta. Ac pinde atq; simia à trū co reuinctus collo, reliqs qdē oīmibus risui es: at ipse tibi delitijs affluere uideris, cui cōtigerit, affatim expleri caricis. Cæterū

ricis. Cæterꝝ libertas, ingenuitas, una cũ ipſis gẽtilibus, ac tribulibus, hæc nimirũ euanida cuncta, atq; iſtarũ rerum ne memoria quidẽ ulla: cꝫ cꝫ hoc quoq; ferẽdum ſi uita iſta cũ hac turpitudine dũtaxat eſſet coniuncta: quod è libero ſeruũ uideri facit: nõ labores etiã accederent, cum illa ſeruorum colluuie cõmunes. Sed uide, nũ quæ tibi imperãtur, leuiora ſint his: quæ Dromoni aut Tybio mandantur. Nam doctrinæ quidẽ, cuius rei cupiditate ſimularat te in familiam ſuam accerſiſſe ſe, percꝫ exigua illi cura eſt. Quid emꝫ (ut dici ſolet) cõmercij aſino cũ lyra? An nõ uides uidelicet: cꝫ miſere macerentur immodico deſyderio, uel Homericæ ſapientiæ, uel Domeſthenicæ grauitatis ac uehementiæ, uel Platonicæ ſublimitatis? Quorum me herde ex animis ſi quis aurũ, argentũ, atq; harũ rerum curas tollat: nihil fuerit reliquũ, præter faſtũ, molliciem, laſciuiam, luxũ, ferocitatẽ, imperitiam. Atq; ad iſta nihil prorſum opte. Verũ quoniam tibi barba ingens propendet à mento: quoniãcꝫ uultu ipſo graue quiddã & uenerãdũ præte fers, tũ quia pallio græcanico decẽter amictus es: nortũtcꝫ iã omnes te grãmaticũ eſſe, ſeu rhetorẽ, ſeu philoſophũ: pulchrũ ille ſibi putat: ut & eiuſmodi quiſpiã anteambulonũ ſuorũ pompæ pmixtus eſſe uideat. Futurũ emꝫ hac re ut græcanicarũ diſciplinarũ ſtudioſus, reliquáecꝫ omis doctrinæ neq; negligẽs, neq; rudis eſſe putetur. Vnde fit ut in periculũ uir egregie ueniat ne non

ne non tam ob admirandas illas artes, quin magis ob barbam palliúmq; conductus esse uideare: proinde ut perpetuus apud illum conspiciaris oportet: neq; absis uncq̃: uerum ut diluculo relictis stratis, in famulitio temet exhibeas conspiciendum: neq; locum in acie deseras. Porrò ille iniecta nonnuncq̃ tibi manu, quicquid forte in mentem inciderit, de hoc tecum nugatur, obuijs ostendãs, cq̃ ne per uiam quidẽ ingrediẽs, incurius sis literarum, quin ut illud ipsum etiam otium: quod inter inambulandum datur, in re quapiam honesta collocet. At tu miser interim, nunc cursim, nunc gradatim, nunc scansim pleruncq;, nunc descensim (Nam scis huiusmodi esse urbem) obambulans, tum sudas, tum spiritũ anhelus trahis. Deinde illo intus cum amico quopiam, ad quẽ accessit, cõfabulante, quum tibi interim locus desit, ubi uel assidere queas: librũ uidelicet stans in manum sumis, quoq; fallas tædium, legis. Post ubi ieiunium te sitientemq; nox occuparit, incommode lotus, intempestiue, puta nocte ferme concubia, ad cœnam accedis: haud perinde deinceps in pretio habitus, neq; conspiciendus his qui adsunt. Verum si quis aduenerit recentior: tu post tergum reijceris. Itaq; in angulum aliquem abiectissimũ retrusus, accumbis: testis duntaxat ac spectator eorum quæ apponuntur, canũ ritu ossa circũrodens, si fors ad te perueniat: uel aridũ maluæ folium, quo reliqua inuoluunt, si fastidiatur ab

ijs qui supra te accumbunt, præ fame libenter arreptu/
rus. Audi iam & aliud cõtumeliæ genus. Quid quod ne
quũ quidẽ soli tibi apponitur. Neq; em̃ cõuenit ut u
semper eadem requiras: quæ hospitibus atq; ignotis
ministrantur: quandoquidem hæc tua sit inscitia atq;
inurbanitas. Neq; auis eiusmodi tibi apponitur: qua/
lis alijs. Verum diuiti illi pinguis & succulenta: tibi pul/
lus dimidiatus: aut palumbus aliquis aridus atq; insipi
dus: non auis uidelicet: sed manifesta contumelia ludi/
briumq;. Neq; uero raro fit: ut siquando desit alibi, mi
nister repente te inspectante submouens ea, quæ tibi
erãt apposita alijs apponit: illud tibi ad aurem immur/
murans: tu profecto noster es. Quod siquando inte/
rim dissecetur, uel porca fœta, uel ceruus: aut structore
tibi modis omnibus propitium habeas oportet: aut
certe Promethei partem feres: nempe ossa adipe circũ/
tecta. Nam quod ei qui supra te accumbit patina sinis
adstare, quoad satiatus repudiet: te contra tam celeri/
ter prætercurrat: quis tandem isthuc ferat, qui modo
sit ingenuus, cuiq; tantum insit bilis, quantum uel cer/
uis adest? Atq; illud equidem nondum dixi: quod reli
quis suauissimum ac uetustissimum uinũ bibentibus,
tu solus malum quoddam & pingue bibis. Proinde il/
lud semper cura: ut auro, argentoue bibas: ne colore
prodente, palam fiat, te usq; adeo contemptum, negle/
ctũq; esse cõuiuam: q̃q̃ bene tecũ ageretur: si uel illud
ipsum

ipſum ad ſatietatem uſq; bibere liceret. At nũc ubi crebrius popoſceris, miniſter audiſſe diſſimulat. Adde iã multas interim & alias eſſe res: quæ te diſcrucient: imo nihil eſſe fermè, quod non ſit acerbum: maxime quum tibi cinædus aliquis anteferẽ: quin pluris te fit is, qui ſaltandi docet artem: qui iocos Ionicos contexit Alexandrinus quiſpiam homunculus. Nam qui tibi ſperes tu ut in accubitu æqueris iſs, qui uoluptates & amatoria ſubminiſtrant? qui literulas in pectore geſtant? Proinde in obſcuro quopiam conuiuũ latibulo tectus, præcp pudore abſtruſus, ſuſpiras: uti coniectandũ eſt: teq; ipſum deploras, ac fortunam incuſas tuam: quæ tibi ne pauxillulum quidẽ leporis ac uenuſtatis aſperſerit. Ac prorſus ita uideris affectus: ut optes poeta fieri: ut amatorias conſcribas cantiones: aut ſi id non contingit, uel eam aſſequi facultatem, ut poſſis ab alijs conditas digne canere. Vides enim quibus in rebus ſitum eſt: ut quis efferatur, plurimiq; fiat. Quin & illud ferre queas: ut magi quoq;, aut arioli perſonam (ſi neceſſe ſit) induas: ex horum genere qui amplas hæreditates, qui imperia, qui cumulatas opes pollicentur. Quando quidem hos quoq; uides non mediocriter à diuitibus amari, plurimiq; fieri. Eáque uel unumquodlibet horum fieri percupias: uti ne prorſus rejiculus, atque inutilis appareas. Atqui ne ad iſta quidem docilis es infelix: proinde ſubmittas te oportet, muſſi-

teſq; ac tacitus feras, dam apud te plorans, ac negle
ctui habitus. Etenim ſi te famulus aliquis ſuſurro de
ferat: qui ſolus omnium non laudaris, puerum hez
ſaltantem, aut cithara canentem: iſta ſcilicet ex re non
leue diſcrimen impendet. Quapropter terreſtris in mo
rem ranæ, ſitiens uociferereris neceſſe eſt: id operã dam
ut in laudantium numero inſignis ac præcipuus appa
reas. Quin ſæpicule, ſilentibus reliquis, tibi ficta quæ
dam laus proferenda: quæq; multam ſapiat aſſenta
tionem. Iam uero magnopere ridiculum eſt, cum eſuri
as interim ſitiaſq;, unguentis collini, ac uertice geſtare
coronam. Siquidem id temporis non diſſimilis uidea
ſepulchrali columnæ, uetuſti cuiuſpiam cadaueris, quæ
geſtare ſolet ea, quæ manibus inferuntur. Nam huic
infuſo unguento, impoſitáq; corona, ipſi & bibunt, &
edũt apparatas epulas. Porrò ſi etiam zelotypus quiſ
piam fuerit, ſintq; illi uel pueri formoſi, uel uxor puel
la: neq; tu prorſus à Venere Gratijſq; fueris alienus, p
fecto non ſatis tuta res, neq; periculum negligendũ: p
pterea quod regis plures ſunt oculi: qui quidem nõ ue
ra ſolum uident: ſed ſemper ueris aliquid addunt ad
cumulum, ne conniuere uideantur. Quas ob res, uultu
demiſſo tibi eſt accumbendum: quemadmodũ in Per
ſicis conuiuijs fieri mos eſt, uerito, ne quis eunuchus
ſentiat te in concubinam aliquam conijcientem ocu
los: moxq; alter eunuchus, cui iamdudum arcus in ma
nu tenſus

nu tensus est, quia uideris quæ uidere nephas: inter bibendum, malam iaculo transfigat. Iam peracto conuiuio, ubi paululum dormieris: ad galli cantum expergefactus: O me miserum inquis, o fortunatum, cuiusmodi quondam conuictus: quos amicos reliqui: tum uitã tranquillam & ocij plenam, somnum quẽ meapte cupiditate metiri soleo: deambulationes liberas, atq; ex his in quale barathrum memet præcipitem dedi? Et deum immortalem, cuius tãdem rei gratia? Aut quod nam istud magnificum præmium? At ne fieri quidem potuit, ut mihi unc̃q; alias plures commoditates suppeterent quantum suppetebant. Tum autem accedebat, libertas, atq; oñia p̃ meopte arbitrio faciẽdi facultas. Nunc porrò iuxta id quod prouerbio iactatũ est: Leo chordula uinctus sursum ac deorsum circumferor. Quodq; omnium est miserrimum, maximéq; deplorandum: neq; efficere possum ut placeam, neq; gratiã emereri queo: propterea quod harum rerum sum imperitus ac rudis, maxime compositus collatusq; cũ his qui hæc uelut artem profitentur. Proinde iniucundus sum, ac neutic̃q; aptus conuiuijs, quippe qui ne risum quidem concitare norim. Quin ẽtiam sentio me nõ raro molestum esse & importunum: quum adsum: maxime, quum ipse seipso festiuior esse conatur. Nam illi tetricus uideor. In summa nullam inuenio uiam, qua me illi accommodem. Etenim si meam ipsius autoritatem

ac ſeueritatem tueri pergo, iniucundus uideor: ac propemodum horrendus ac refugiendus. Contra ſi riſero: uultumq; cꝫ poſſum maxime ad hilaritatem compoſuero: faſtidit ilico ille, & auerſatur. Ac prorſus tale quiddam mihi uidetur: quale ſit, ſi quis in perſona tragica comœdiam agere tentet. Poſtremo quam tandem aliam uitam mihi uiuam demens, poſteaq; hanc præſentem alteri uixerim? Dum hæc tecum loqueris iam ſonuit tintinabulum: iamq; ad eadem tibi redeundum eſt: obambulandum: ſtandum: ſed ceromate inunctis ante femoribus poplitibuſq;: ſi modo uelis par eſſe certamini, præmioq; tollendo idoneus. Deinde cõ uiuium idem & eadem apparatum hora. Iamq; adeo diuerſa uiuendi ratio ſuperioriq; contraria: tum inſomnia, ſudor, defatigatio, paulatim quaſi ſuffoſſis cuniculis inducunt uel tabem: uel pulmonis *exhulceratio*nem: uel inteſtini tormina: uel egregiam illam podagram. Reluctaris tamen ſedulo: ac frequenter quũ ualitudo poſcat uti lecto decumbas, ne hoc quidem licet: eo quod aſſimulari morbus quo munia officiaq; iuſta defugias exiſtimatur. Hinc præter omneis perpetuo palles: ſemperq; iamiã morituro uidere ſimilis. Et hactenus quidem de his quæ domi ferenda ſunt. Quod ſi quando fuerit peregrinandum (ut ne interim referã alia incommoda) ſæpe fit, ut pluuio cælo, ubi poſtremus ueneris (Nam is locus tibi ſorte contigit) uehicu-

lum op

lū opperiaris: donec nullo iā reliquo loco ubi diuerse-
ris, pxime coquum aut heræ cōptorem te reclināt: ne
ſtipulis quidē affatim ſubſtratis. Neq; uero tibi refer
re grauabor: quod mihi Theſmopolis iſte Stoicus nar
rauit ſibi accidiſſe: rem pfecto nimiſq; ridiculā: quæ ta
men eadem poſſit & alij cuiuis accidere. Conuiuebat
enim cum opulenta quadam ac delicata muliere ex il-
luſtribus iſtis & urbanis. Eam, quum aliquando pere-
gre proficiſceretur (nam id primū aiebat ſibi maximo-
pere deridiculum accidiſſe) in curru ſibi uiro nimirum
philoſopho adiunxiſſe cinædum quempiam picatis
cruribus: derasa barba. Quem illa honoris (ut conijcio)
gratia ſecum ducebat. Quin nomen quoq; cinædi
commemorabat. Aiebat enim Chelidonium uoca-
ri. Iam primum illud cuiuſmodi fuerit uide: iuxta ui-
rum ſeuerum tetricumq;, tum ſenem canóq; mento
(Scis autem quam profundam ac uenerabilem bar-
bam habuerit Theſmopolis) aſſidere nihili homi-
nem & effœminatum: picturatis oculis: lubrico uul-
tu: fracta ceruice: non Chelidonem per Iouem, id
eſt hirundinem, ſed uulturem magis, reuulſis bar-
bæ plumis. Quod ni magnopere illum fuiſſet de-
precatus, ne faceret: futurum fuiſſe: ut flammeum
etiam in capite geſtans aſſideret. Præterea autem
perpetuo hoc itinere moleſtias innumerabiles per-
tuliſſe ſeſe: illo cantillante garrientéque: demum

(niſi

(niſi idem hominem coercuiſſet)in rheda etiam ſalutante. Addebat ſecundo loco tale quiddam ſibi fuiſſe mandatum. Accerſito illi mulier Theſmopoli inquit, ita tibi dij bene faciant: magnum quoddam officium abs te requiram, quod caue recuſes, neq; expectes ut quicq̃ te ſim rogatura ſtudioſius. Atq; hoc(ut eſt credibile)omnia ſe facturũ pollicito, hoc inquit, te rogo quandoquidem uideo te uirum probum, diligẽtem & amãtem caniculam quam noſti Myrrhinam, in uehiculum recipe, eamq; mihi ſerua: curans ne quid illi deſit. Nã miſera grauida eſt, atq; adeo propemodum iam propinqua partui. At iſti ſceleſti & imorigeri miniſtri, nó dicam huius, ſed ne mei quidem ipſius magnopere rationem habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre beneficium facturum, ſi chariſſimam mihi iucundiſſimamq; caniculam ſeruaris. Recepit Theſmopolis quum illa tantopere rogaret ac propemodum etiam fleret. Porrò ſpectaculum erat ſupra modum ridiculum. Canicula è pallio prominens proſpectansq; paulo infra barbam ac ſubinde immeiens (Tametſi hæc quidem Theſmopolis reticuit)ac gracili uoce latrans(huiuſmodi enim catellæ iam in deliciis ſunt)neq; non philoſophi mentũ oblingens, maxime ſi quid pridiani iuris inhæreret. Porrò Cinædus aſſeſſor ille, quum non inſulſe ſuper conuiuiũ dicteria quædam iecisſet in eos qui aderãt, ac deniq; & ad Theſmopolim uſq;

polim uſq; dicacitas peruenisset: de Thesmopolide, inquit, unũ hoc possum dicere, eũ è Stoico Cynicũ iã nõ bis esse factũ. Equidẽ audiui caniculã etiã peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi delitijs illudunt: uel (ut uerius dicam) huiusmodi cõtumelijs ac ludibrijs tractant eos, qui cum ipsis uiuũt: paulatim eos cicures ac mansuetos ad ferendas contumelias reddentes. Præterea autem & Catcharorũ Oratorem noui: qui iussus super cœnam declamabat: neutiq; inerudite per Iouem, imo grauiter & absolutissime: ac laudabat interim ab illis bibentibus, quũ non ad aquæ modum, sed ad uini amphoram oraret. Atq; eam molestiam, ob ducentas drachmas perpeti ferebatur. Verum hæc quidem fortassis utcunq; toleranda. Porrò si diues ipse, aut poeticus fuerit, aut historicus, qui sua ipsius scripta in conuiuio recitare gaudeat: tum uero maxime futurum est, ut discrucieris ac dirumparis. Nempe quũ admirari, quũ assentari, quũ nouos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autẽ qui & formæ nomine studeant admirandi uideri. Eos nunc Adonidas, nunc Hyacinthos appelles necesse est, etiam si illis naris non nunq; cubitali hiet specu. Quod ni laudaris, protinus in lapidicinas dionysiacas asportaberis: tanq; qui illi tum inuideas, tum insidieris, maléq; uelis. Ad hæc & sapientes & rhetores sint necesse est. Quod si etiam rustice quippiã dixerint: tum uero iuxta illud, quod dici so-

litū est: Atticæ atq; Hymetti plenā orationē uideri uolunt: atq; in legem abire, ut deinceps ita loquātur homines. Quanq; quæ uiri faciunt, ferri forsitan queant. At uero mulieres (nā mulieribus etiā illud studio est, ut doctos aliquot in suo cōuictu cōductitios habeant: quicq; sese mercede affectētur:) Quando quidē hoc quoq; ad reliquū cultū, elegātiamq; pertinere putant, si dicantur eruditæ, si philosophi, si carmina cōponere Sapphicis haud multo inferiora: ob hæc sanè hæ quoq; conductitios Rhetores, Grāmaticos, Philosophos circūferunt. Hos autē adire solent (id quod ipsum est ridiculū) tum temporis, quū uel comuntur, aut capillos in orbem reigant, uel in cōuiuio. Nam aliàs nō suppetit illis otium. Porrò sæpenumero fit: ut interim dum Philosophus quippiam disserit: interueniēs ancilla, literulas ab adultero porrigat. Ac prædari illi de pudicitia sermones intermittūtur, opperiētes donec illa rescripserit adultero, atq; ita redeat ad auditionē. Porrò siquando post multū tēporis instātibus saturnalibus: aut panathenæis, misera quæpiā umbella tibi mittatur, aut tunicula semiputris ac detrita: tum denicq; plurima missitētur oportet. Atq; aliquis qui statim subausultarit, herum id facere destinantē, præcurrit, ac primus rei index, abiensq; non exiguum precium aufert qui renūciarit. At mane plus uedecim te adeunt idem apportantes nuncij: quorum quisq; cōmemorat q; multa dixerit, quemadmodum

submonuerit.

ſubmonuerit, quẽadmodũ adhortãs cõmodiora ſubiecerit. Omnes itaq; donati præmio diſcedunt: at nõ ſine murmure tamẽ, qui nõ plura dederis. Porrò ſalariũ ipſum, ſex fermè obolorũ. Idóq; ſi tu poſtules, grauis atq; importunus haberis. Proinde quo illud aliquando auferas: primum ipſi hero aduleris, ſupplexq; fias neceſſe eſt: deinde captandus & diſpenſatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam eſt ſeruitutis genus. Neq; uero negligendus is, quem in cõſilium adhibet: neq; item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur uel uestiario, uel medico, uel cerdoni cuipiam. Vnde fit ut ſera atq; intempeſtiua, eóq; inutilia præmia tibi accedãt. Cæterum inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim ſtruuntur in te: apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat, ſiquid aduerſum te dicatur. Quippe qui perſpiciat te laboribus aſſiduis iam detritum: & ad obeunda munia famulatus daudicantem, atque obaudientem, ac podagra ſubinde grauari. Proinde poſteaquàm id quod erat in te florentiſſimum decerpſit: æuique partem maxime frugiferam ac præcipuum corporis uigorem detriuit: iamque te lacerum panniculum reddiderit: tum modis omnibus circumſpicit in quod ſterquilinium te portatum abiiciat, atque alium perferendis idoneum, in tuum ſubſtituat locum. Ibi inſimulatus, uel quod puſionem illius tentaris, uel quod homo ſenex uxoris ancillam uirginem uitiaris,

uel alio quouis impositō crimine: noctu obuolutus & præceps datus extruderis, discedisq; desertus ab omnibus, atq; omniū inops rerum optimā podagram uni cum senecta cōmitem ducens. Quū interim quæ quondam sciueris, tanto temporis spacio dediceris: tū uentrem culeo reddideris ampliorem, tibiq; parauerisinexplebile quoddam & implacabile malū. Etenim gula quibus assueuit, flagitat. Quæ cum negantur, indignatur. Adde quod præterea nemo te posthac receptum est in familiā: utpote cuius iam præterierit ætas: quicq; similis euaseris equis senio affectis: quorū ne pellis quidem perinde ut aliorum animātium est usui. Quin ex hoc ipso quod eiectus es, calumnia cōp potest proxime ad ueri similitudinem conficta, facit ut aut adulter, aut ueneficus, aut aliud quippe tale uidearis. Nam accusatori uel tacenti fides habet. Tu uero Græculus, moribꝰ leuibus, & ad omne facinus facilis. Siquidē huiusmodi nos omnes esse ducūt: idq; iure optimo: uideor em̄ mihi causam aduertisse, quāobrem eiusmodi de nobis obtineant opinionē. Nam plericq; qui in familias accedunt: propterea quod alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationem ac maleficia profitentur, cōciliationē amorū, abductiones in hostes: atq; id quū faciunt, doctos sese affirmant: pallijs amicti, barbisq; neutiq; contemnendis onusti. His rebus fit, ut nō iniuria eandē de reliquis omnibus habeāt opinionē: quādo eos quos præcipuos

esse

esse iudicant, uideant tales. Maxime uero, posteaq̃ animaduerterint, q̃ sint in cõuiuijs, reliquóq̃ cõuictu adulantes, q̃ ad lucrum humiles ac seruiles: deinde eiectos eosdem iam oderũt: neq̃ id iniuria, ac modis omnibus adnituntur, ut eos funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cuncta illa uitæ suæ mysteria in uulgus efferant: quippe qui nihil non exacte norint: quiq̃ illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos male angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris: quorũ aurei quidem umbilici, purpurea foris pellis: cæterum intus aut Thyestes est liberos in conuiuio comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Tereus cũ duabus pariter sororibus rem habẽs. Eiusmodi sunt & illi, splendidi, conspicuiq̃. Porrò intus sub purpura uarias occulunt Tragœdias. Quorum unumquẽq̃ si euolueris, explicueriscq̃, fabulam non mediocriter longam reperies, Euripidis cuiuspiam, aut Sophodis. Cõtra foris nil nisi purpura splendida, aureiq̃ umbilici. Harum itaq̃ rerum sibi conscij oderunt illos, atq̃ insidias parant, siquis penitus ab illis defecerit, qui eos probe cognitos depingat, qualescq̃ sint euulget. Iam uero libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginem quãdam huius uitæ tibi depingere: ut eã contemplatus scire queas, num ex usu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam uel Apellem quẽpiam, uel Parrhasium, uel Aetionem, uel Euphranorem ad hanc depingendã tabulam

adhibere. Verum quoniã fieri potis nõ eſt, ut aliquem artificem tam egregium atq; abſolutum nanciſcamur in præſentia tenuem quandã pro mea uirili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur ueſtibulũ ſublime atq; inauratum: neq; id humi ſitum in ſolo, uerũ procul à terra in ædito collis faſtigio. Præterea inacceſſum ſeruet & abruptum, lubricóq; aditu: ita ut plerũq; qui ſe iam ad ſummũ uſq; uerticem penetraſſe ſperarant, lapſo pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia ſedeat, tota (ſicuti uidetur) aurea: maiorẽ in modum ſoſpitoſa, atq; amabilis. Porrò amator ubi uix tandem cõſcendit: iamq; ad fores acceſſerit, obſtupeſcat oculis in aurum defixis, deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo nitore eſt, ac uerſicoloribus amicta, manu prehẽſa introducat: mire iam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſq; illũ antecedat, ducatq; tũ aliæ mulieres illum excipiẽtes, puta Fallacia, Seruitúsq;, tradãt Labori. At is miſerum penitus defatigatũ tandem Senectæ tradat iam morbidum, coloréq; cõmutato. Poſtremo Cõtumelia, arreptum illum ad deſperationem pertrahat. Ex hoc quidem tempore Spes auolans emanescat. Tum ille nõ per aureum illud atrium per quod ingreſſus fuerat: ſed per poſticum quoddã & occultum exitum extrudatur nudus, uentricoſus, pallidus, ſenex, leua quidem pudorem occultans, dextra uero ſeipſum ſtrãgulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo inuſtra

lachrymans.

lachrymans, & miſerum bis etiam conficiens. Atq; hic quidem eſto picturæ finis. Cæterum tu Timodes opti me ipſe diligenter conſyderatis ſingulis expendenum è re tua ſit ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longe diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit: Deum in culpa non eſſe, uerum qui ſua ſponte delegerit.

LVCIANI DE IIS QVI MERCEDE CONDVCTI, IN DIVITVM FAMILIIS VIVVNT, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

HIERONYMO

BVSLIDIANO PRAEPOSITO ARIENSI CONSILIARIO REGIO, ERASMVS ROTERODAMVS S. P. D.

RVMOR IAMPRIDEM hic perſeuerat, acerbior cꝫ ut uerum eſſe libeat credere: ſed conſtantior tamen, cꝫ ut uanus credi poſſit: PHILIPPVM principem noſtrum, è uiuis exceſſiſſe. Quid querar mi Buſlidiane, quid uociferer, quẽ incuſem, hominũue, Deũue? Quæ cõploratio tam Tragica, quæ huic tam atroci uulneri ſufficiat? Nimio: heu nimio

ben animo cōstantis Hispaniæ quæ quidē primū Fra
cōrum Sodalitatū Archiepiscopum Bizontinū nobis
abstulit, nec tanti viri iactura contenta, principem
etiam cum absorbuit his quo (si minere modo liceret)
cōtinuo habeat hic orbis, nec maius, neque melius
Quæso quid quæso supererat etiam adolescentulis
in quem spes saltem exerceret? Sed o dirum fortunæ ludi
o mortem saltem misericordiam: o mors iniquissima
omnium, ut semper præstantissima quæque quoque
modo tollis è medio, nisi oculis ostensa protinus subdu
cis. Cæsus ego tecum hic potissimū deplorem? MAXI
MILIANI de patris, qui tali fit orbatus filio: quē mul
tis etiam imperiis anteponebat? An liberorū ma
gis quibus asserat ti summa natura, tam pius sit ereptus pa
ter? An patriæ potius tui de charissimo principe, cuius
fortunæ quidē tam præpropere contigerit luctus? An
orbis denique universi cui tam singulare lumen sit adem
ptum? Quæ ti ante dicē. Hoc nimirū hoc tempestas illa
barbara, qua medio è cursu in Britanniā depulsus est, por
tendebat. Abiere fatis tuis palam ab Hispania reipsa
rebus. Eandem Panegyrico qualicūque laudandi iuvenē
Tum autem hoc Deus quot mihi panegyricos, quot co
piosos polliebar? Et en repente cōmutatis rebus, epi
taphium paro miser. Eamus nūc nos homunculi, & hu
manis desinis fidamus: quū eos etiā pro sua libidine
mors rapiat, quos quā iustissime utique tā opere omnia
refert

refert. Sed quid ego mi Hieronyme: dum meo indul
geo dolori, tuum exhulcero? Quod reliquū est precor
ut superi propitij liberis paternam quidem felicitatem:
sed cum diui FEDERICI uiuacitate copulatā largian-
tur. Tibi item in moderandis illis fraternos successus:
sed uitam fraterna diuturniorem. Literis his: ne ad tan
tum, tamque doctum amicum nullo literario munuscu
lo comitatæ uenirent, dialogos aliquot Luciani, comi-
tes addidi: quos pauculis his diebus, dum obsidio-
nis metu Florentiam profugeremus, Latinos
feci: hoc nimirum agens, ne nihil
agerem. Nam in præsen
tia quidem in
Italia
mire frigent
studia, feruent bella.
Summus Pontifex Iulius
belligeratur, uincit, triumphat,
planéque Iulium agit. Vale, & am
plissimo patri Nicolao Ruterio episco-
po Atrebatensi etiam atque etiam Erasmū
cōmendato. Bononiæ. XV. Calendas Decembres.
M. D. VI.

CNEMONIS AC

DAMIPPI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

CNEMON.

OC ILLVD est quod uulgo dici consueuit, Hinulus leonẽ. DAM. Quid isthuc est, quod tecũ stomachare Cnemon? CNE. Quid stomacher rogas? Equidẽ hæredem reliqui quẽdam præter animi sententiam, uidelicet æstu delusus miser, is quos maxime mea cupiebam habere præteritis. DAM. Sed isthuc quinã euenit? CNE. Hermolaum nobilem illum diuitem, quũ orbus esset, imminente morte captabam, assidens atq; inseruiens. Neq; ille grauatim officium meũ admittebat. At interim illud quoq; mihi uisum est scitum, consultumq; ut testamentũ proferrem, ac publicarem, quo illum rerum mearũ in solidum hæredem instituera: nimirũ ut ille uicissim idem faceret, meo prouocatus exemplo. DAMIP. At quid tandem ille? CNE. Quid ille suo in testamento scripserit, id quidem ignoro. Cæterum ego repente atq; insperato è uita decessi, tecti ruina oppressus. Et nũc Hermolaus mea possidet:

possidet: lupi cuiuspiam in morem ipso hamo cũ esca pariter auulso. DAMIP. Imo non escam modo cũ hamo: quin etiã te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; technam istam, in tuũ ipsius caput struxeras. CNE. Sic apparet, idq; adeo deploro.

ZENOPHANTAE ET CALLIDEMIDAE DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ZENOPHANTES.

AT TV Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quẽadmodum Diniæ parasitus quũ essem, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti: aderas enim moriẽti. CAL. Aderã Zenophãtes. Porrò mihi nouũ quiddam, atq; inopinatum accidit. Nam tibi quoq; notus est Ptœodorus ille senex. ZENOP. Orbum illum dicis, ac diuitem: apud quem te assidue uersari cõspiciebam? CAL. Illum ipsum semper captabã, colebamq; id mihi pollicens fore, ut meo bono q̃primũ moreretur. Verũ quũ ea res in longũ proferretur: sene uidelicet, uel ultra Tithonios annos uiuẽte, compendiariã quãdam excogitaui uiam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidẽ empto ueneno, pocillatori persuaseram: ut simulatq; Ptœodorus potum posceret: bibebat autem prolixius, præsentius in calicem iniiceret, haberetq; in promptu,

porrecturus illi. Quod si feciſſet: iureiurando confirmabam, me illum manumiſſurum. ZENOP. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddam narraturus mihi uideris. CAL. Vbi iam loti ueniſſemus: puer duobus paratis poculis, altero Pœodoro cui uenenũ erat additũ, altero mihi, neſcio quo modo errans: mihi uenenum, Pœodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit: at ego protinus humi porrectim ſtratus ſum, ſuppoſititiũ uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophãta? Atqui nõ cõuenit amici malis illudere. ZENO. Rideo profecto: nam elegãter ac lepide tibi hæc res euenit. Porrò ſenex ille, quid interim? CAL. Primum ad caſum ſubitum atq; inexpectatum ſanè conturbatus eſt. Deinde ſimulatq; intellexit, id quod acciderat: puta pocillatoris errore factum: riſit & ipſe. ZENOP. Recte ſanè. Tametſi non oportuit ad compendiũ illud diuertere: ſiquidem ueniſſet tibi populari, uulgatáq; uia, tutius certiúsq;, etiam ſi paulo ſerius.

MENIPPI ET TANTALI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

QVID EIVLAS o Tantale: aut quid tuam deploras fortunam, ſtagno imminens? TAN. Quoniam ſiti enecor Menippe. MEN. Vſqadeo piger es, atq; iners: uti nõ uel pronus incũbens bibere

bíbere noris,uel caua uola hauriens? TAN. Nihil profecero,ſi procumbã. Refugit enim aqua, ſimulatq; me propius admoueri ſenſerit: quod ſiquando hauſero, oriq; coner applicare:prius effluxit,q; ſumma rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua, haud ſcio quomodo rurſus manũ meam aridam relinquit. MEN. Prodigioſum quiddam de te narras Tantale. Verũ dic mihi: iſthuc ipſum,quorſum opus eſt bibere,quũ corpore careas? Nã illud quod eſurire poterat,aut ſitire:in Lydia ſepultum eſt. Cæterũ tu quũ ſis animus:quinam poſthac aut ſitire queas,aut bibire? TAN. Atqui hoc ipſum ſupplicij gen⁹ eſt:ut anima perinde quaſi corpus ſit,ita ſitiat. MEN. Age hoc ita habere credimus: quãdoquidẽ affirmas te ſiti puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud uideo alteros inferos:ſiquis hos relinquat:neq; locum alium in quem morte demigret quiſpiam. TAN. Recte tu quidem dicis. Verum hoc ipſum ſupplicij genus eſt:ſitire,quũ nihil ſit opus. MEN. Deſipis Tantale:& uti uerum tibi fatear,nõ alio potu uideris egere,q; ueratro mero. Nam diuerſum quiddam pateris, ijs quos canes rabioſi momorderint: ut qui non aquam,quẽadmodum illi,ſed ſitim horreas. TAN. Ne ueratrum quidem recuſarim bibere Menippe,ſi liceat modo. MEN. Bono es animo Tantale:certum habens, nunq; fore,ut uel tu,uel reliquorum Manium quiſpiam

bibat: Neq; enim fieri potest. Quanq; non omnibus quēadmodum tibi, pœna adiudicata est: ut siuāt, aqua illos non expectante.

MENIPPI AC MERCVRII DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

AT VBINAM formosi illi sunt, ac formosæ Mercuri? Ducito me, dū cetó q; utpote recens huc profectū hospitē. MER. Haud mihi licet per ociū Menippe: quin tu isthuc ipso è loco dextrorsum oculos defle cte. Illic & Hyacinthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda: breuiter quicquid est ueterū formarū. ME. Equidem præter ossa nihil uideo, caluariasq; carnibus rema datas: inter quæ omnia, nihil sit omnino discriminis. MER. Atqui hæc sunt quæ Poetæ cuncti mirātur, ac celebrāt: ossa scilicet quæ tu uideris contēnere. ME. At Helenā saltē mihi cōmonstra. Nam ipse quidē haud queā dignoscere. MER. Hæc uidelicet caluaria, Helena est. ME. Et huius scilicet ossis gratia, mille naues ex uniuersa Græcia, acto delectu, sunt impletæ: tantaq; tum græcorū, tum barbarorū multitudo cōflixit: tot urbes sunt euersæ? MER. Cæterū Menippe non uidisti mulierem hanc uiuam: quod si fecisses, forsan diceres tu quoq; ni

tio dandum

tio dandum non esse:

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui siquis flores etiã arefactos, marcidosq; cõtempletur: posteaq; coloris decus abiecerint, deformes nimirũ uideantur. At ijdem, donec florent, colorẽq; obtinent, sunt speciosissimi. ME. Proinde illud iam demirot Mercuri: si Græci nõ intellexerunt, sese pro re usq; adeo momẽtanea, quæq; tam facile emarcesseret, elaborare, MER. Haud mihi uacat tecum philosophari: quare delecto loco, ubicũq; uelis, prosterne temet, ac recũbe. Mihi iam aliæ sunt traducendæ umbræ.

MENIPPI, AMPHILOCHI, TROPHONII DISCEPTATIO, DES. ERASMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

VOs nimirũ Throphonie atq; Amphiloche, quũ sitis mortui: tamẽ haud scio quonã modo, phanis estis donati, uatesq; credimini, ac stulti mortales Deos esse uos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur imputandũ, si per insciãi illi de mortuis huiusmodi opinantur? ME. Atqui nõ ista fuissent opinati: ni uos, tũ quũ uiueretis, eiusmodi quædã portẽta ostẽtassetis: tanq; futurorũ fuissetis præscij, quasiq; prædicere potuissetis, siqui percõtarentur. TRO. Menippe, nouerit Amphilochus hic, ipsi, p sese respondendũ esse. Cæterũ ego Heros sum: uaticinorq; siquis

litū est: Atticæ atq; Hymetti plenā orationē uidentur lunt: atq; in legem abire, ut deinceps ita loquātur homines. Quanq; quæ uiri faciunt, ferri forsitan queant. At uero mulieres (nā mulieribus etiā illud studio est, ut doctos aliquot in suo cōuictu cōductitios habeant: quicq; sese mercede affectētur:) Quandoquidē hoc quoq; ad reliquū cultū, elegātiamq; pertinere putant, si dicantur eruditæ, si philosophi, si carmina cōponere Sapphicis haud multo inferiora: ob hæc sanè hæ quoq; conductitios Rhetores, Grāmaticos, Philosophos circūferunt. Hos autē adire solent (id quod ipsum est ridiculū) tum temporis, quū uel comuntur, aut capillos in orbem rēgant, uel in cōuiuio. Nam aliàs nō suppetit illis otium. Porrò sæpenumero fit: ut interim dum Philosophus quippiam differit: interueniēs ancilla, literulas ab adultero porrigat. Ac prædari illi de pudicitia sermones intermittūtur, opperiētes donec illa rescripserit adultero, atq; ita redeat ad auditionē. Porrò siquando post multū tēporis instātibus saturnalibus: aut panathenaicis, misera quæpiā umbella tibi mittatur, aut tunicula semiputris ac detrita: tum denicq; plurima missitētur oportet. Atq; aliquis qui statim subausultarit, herum id facere destinantē, præcurrit, ac primus rei index, abiensq; non exiguum precium aufert qui renūciarit. At mane plus tredecim te adeunt idem apportantes nuncij: quorum quisq; cōmemorat q; multa dixerit, quemadmodum

submonuerit

ſubmonuerit, quẽadmodũ adhortãs cõmodiora ſubiecerit. Omnes itaq; donati præmio diſcedunt: at nõ ſine murmure tamẽ, qui nõ plura dederis. Porrò ſalariũ ipſum, ſex fermè obolorũ. Idq; ſi tu poſtules, grauis atq; importunus haberis. Proinde quo illud aliquando auferas: primum ipſi hero aduleris, ſupplexq; fias neceſſe eſt: deinde captandus & diſpenſatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam eſt ſeruitutis genus. Neq; uero negligendus is, quem in cõſilium adhibet: neq; item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur uel ueſtiario, uel medico, uel cerdoni cuipiam. Vnde fit ut ſera atq; intempeſtiua, eóq; inutilia præmia tibi accedãt. Cæterum inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim ſtruuntur in te: apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat, ſiquid aduerſum te dicatur. Quippe qui perſpiciat te laboribus aſſiduis iam detritum: & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atque obaudientem, ac podagra ſubinde grauari. Proinde poſteaquàm id quod erat in te florentiſſimum decerpſit: æuique partem maxime frugiferam ac præcipuum corporis uigorem detriuit: iamque te lacerum panniculum reddiderit: tum modis omnibus circumſpicit in quod ſterquilinium te portatum abiiciat, atque alium perferendis idoneum, in tuum ſubſtituat locum. Ibi inſimulatus, uel quod puſionem illius tentaris, uel quod homo ſenex uxoris ancillam uirginem uitiaris,

uel alio quouis impoſito crimine: noctu obuolutus & præceps datus extruderis, diſcediſq; deſertus ab omnibus, atq; omniũ inops rerum optimã podagram uni cum ſenecta cõmitem ducens. Quũ interim quæ quondam ſcieueris, tanto temporis ſpacio dediciſſe: tũ uentrem culeo reddideris ampliorem, tibiq; parauerisinexplebile quoddam & implacabile malũ. Etenim gula ea quibus aſſueuit, flagitat. Quæ cum negantur, indignatur. Adde quod præterea nemo te poſthac receptura eſt in familiã: utpote cuius iam præterierit ætas: quiq; ſimilis euaſeris equis ſenio affectis: quorũ ne pellis quidem perinde ut aliorum animãtium eſt uſui. Quin ex hoc ipſo quod eiectus es, calumnia q̃ poteſt proxime ad ueri ſimilitudinem conficta, facit ut aut adulter, aut ueneficus, aut aliud quippe tale uidearis. Nam accuſatori uel tacenti fides habet. Tu uero Græculus, moribꝰ leuibus, & ad omne facinus facilis. Siquidẽ huiuſmodi nos omnes eſſe ducũt: idq; iure optimo: uideor em̃ mihi cauſam aduertiſſe, quãobrem eiuſmodi de nobis obtineant opinionẽ. Nam plericq; qui in familias accedunt: propterea quod alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationem ac maleficia profitentur, cõciliationẽ amorũ, abductiones in hoſtes: atq; id quũ faciunt, doctos ſeſe affirmant: pallijs amicti, barbiſq; neutiq; contemnendis onuſti. His rebus fit, ut nõ iniuria eandẽ de reliquis omnibus habeãt opinionẽ: quãdo eos quos præcipuos eſſe

esse iudicant, uideant tales. Maxime uero, posteaq̃ animaduerterint, q̃ sint in cõuiuijs, reliquóq; cõuictu aduslantes, q̃ ad lucrum humiles ac seruiles: deinde eiectos eosdem iam oderũt: neq; id iniuria, ac modis omnibus adnituntur, ut eos funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cuncta illa uitæ suæ mysteria in uulgus efferant: quippe qui nihil non exacte norint: quiq; illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos male angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris: quorũ aurei quidem umbilici, purpurea foris pellis: cæterum intus aut Thyestes est liberos in conuiuio comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Tereus cũ duabus pariter sororibus rem habẽs. Eiusmodi sunt & illi, splendidi, conspicuiq;. Porrò intus sub purpura uarias occulunt Tragœdias. Quorum unumquẽq; si euolueris, explicerisq;, fabulam non mediocriter longam reperies, Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Cõtra foris nil nisi purpura splendida, aureiq; umbilici. Harum itaq; rerum sibi conscij oderunt illos, atq; insidias parant, siquis penitus ab illis defecerit, qui eos probe cognitos depingat, qualesq; sint euulget. Iam uero libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginem quãdam huius uitæ tibi depingere: ut eã contemplatus scire queas, num ex usu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam uel Apellem quẽpiam, uel Parrhasium, uel Aetionem, uel Euphranorem ad hanc depingendã tabulam

adhibere. Verum quoniã fieri potis nõ eſt, ut aliquem artificem tam egregium atq; abſolutum nanciſcamur in præſentia tenuem quandã pro mea uirili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur ueſtibulũ ſublime atq; in auratum: neq; id humi ſitum in ſolo, uerũ procul à terra in ædito collis faſtigio. Præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricóq; aditu: ita ut plerũq; qui ſe iam ad ſummũ uſq; uerticem penetraſſe ſperarant, lapſo pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia ſedeat, tota (ſicuti uidetur) aurea: maioré in modum formoſa, atq; amabilis. Porrò amator ubi uix tandem cõſcendit: iamq; ad fores acceſſerit, obſtupeſcat oculis in aurum defixis, deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo multo eſt, ac uerſicoloribus amicta, manu prehẽſa introducat: mire iam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſq; illũ antecedat, ducatq; tũ aliæ mulieres illum excipiẽtes, puta Fallacia, Seruitusq;, tradãt Labori. At is miſerum penitus defatigatũ tandem Senectæ tradat iam morbidum, coloréq; cõmutato. Poſtremo Cõtumelia, arreptum illum ad deſperationem pertrahat. Ex hoc quidem tempore Spes auolans eum neſcat. Tum ille nõ per aureum illud atrium per quod ingreſſus fuerat: ſed per poſticum quoddã & occultum exitum extrudatur nudus, uentricoſus, pallidus, ſenex, leua quidem pudorem occultans, dextra uero ſeipſum ſtrãgulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo frustra lachrymans.

lachrymans, & miserum bis etiam conficiens. Atq; hic quidem esto picturæ finis. Cæterum tu Timodes optime ipse diligenter consyderatis singulis expende: num è re tua sit ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longe dissimiles tam turpiter exoctiaris. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius, qui dixit: Deum in culpa non esse, uerum qui sua sponte delegerit.

LVCIANI DE IIS QVI MERCEDE CONDVCTI, IN DIVITVM FAMILIIS VIVVNT, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

HIERONYMO BVSLIDIANO PRAEPOSITO ARIENSI CONSILIARIO REGIO, ERASMVS ROTERODAMVS S. P. D.

RVMOR IAMPRIDEM hic perseuerat, acerbior cꝫ ut uerum esse libeat credere: sed constantior tamen, cꝫ ut uanus credi possit: PHILIPPVM principem nostrum, è uiuis excessisse. Quid querar mi Buslidiane, quid uociferer, quẽ incusem, hominũue, Deũue? Quæ cõploratio tam Tragica, quæ huic tam atroci uulneri sufficiat? Nimio: heu nimio

heu nimio cõstitistis Hispaniæ: quæ quidẽ primũ Franciscum Buslidianũ Archiepiscopum Bizontinũ nobis ademistis: neq; tanti uiri iactura contentæ, principem etiam eum absorbuistis: quo (si uiuere modo licuisset) nihil unq̃ habuit hic orbis, neq; maius, neque melius. Quanq̃ quid, quæso, supererat etiam adolescenti, nisi uti iam ipse sese superaret? Sed o dirum fortunæ ludũ: o nouam fatorum inuidentiam: o mors q̃ iniqua: tam etiam inuida, ut semper præstantissima quæq; q̃ocyssime tollis è medio, uixq; oculis ostensa protinus subducis. Cuius ego uicem hic potissimũ deplorem? MAXIMILIANI ne patris, qui tali sit orbatus filio: quẽ unũ multis etiam imperijs anteponebat? An liberorũ magis: quibus ætate tã immatura, tam pius sit ereptus pater? An patriæ potius: cui de charissimo principe, tam serum gaudiũ, tam præproperus contigerit luctus? An orbis demũ uniuersi: cui tam singulare lumen sit ademptum? idq; tã ante diẽ. Hoc nimirũ hoc tempestas illa fatalis, qua medio è cursu in Britãniã depulsus est, portendebat: uidelicet fatis illũ palam ab Hispania reijcientibus. Equidem Panegyrico qualicũq; laudaui iuuenẽ. Tum autem bone Deus: quot mihi panegyricos, q̃ copiosos pollicebar? Et en repente cõmutatis rebus, epitaphium paro miser. Eamus nũc nos homunculi, & fortunulis nostris fidamus: quũ eos etiã pro sua libidine mors rapiat, quos q̃ diutissime uiuere tãtopere omniũ

refert.

refert. Sed quid ego mi Hieronyme: dum meo indul
geo dolori, tuum exhulcero? Quod reliquū est precor
ut superi propitij liberis paternam quidem felicitatem:
sed cum diui FEDERICI uiuacitate copulatā largian-
tur. Tibi item in moderandis illis fraternos successus:
sed uitam fraterna diuturniorem. Literis his: ne ad tan
tum, tamque doctum amicum nullo literario munuscu
lo comitatæ uenirent, dialogos aliquot Luciani, comi-
tes addidi: quos pauculis his diebus, dum obsidio-
nis metu Florentiam profugeremus, Latinos
feci: hoc nimirum agens, ne nihil
agerem. Nam in præsen
tia quidem in
Italia
mire frigent
studia, feruent bella.
Summus Pontifex Iulius
belligeratur, uincit, triumphat,
planéque Iulium agit. Vale, & am
plissimo patri Nicolao Ruterio episco-
po Atrebatensi etiam atque etiam Erasmū
cōmendato. Bononiæ. XV. Calendas Decembres.
M. D. VI.

CNEMONIS AC DAMIPPI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

CNEMON.

HOC ILLVD est quod mihi ego dici consueuit, Hinulus leonẽ. DAM. Quid isthuc est, quod tecũ stomachare Cnemon? CNE. Quid stomacher rogas? Equidẽ hæredem reliqui quẽdam præter animi sententiam, uidelicet astu delusus miser, is quos maxime mea cupiebam habere præteritis. DAM. Sed istuc quinã euenit? CNE. Hermolaum nobilem illum diuitem, quũ orbus esset, imminente morte captabam, assidens atq; inseruiens. Neq; ille grauatim officium meũ admittebat. At interim illud quoq; mihi uisum est scitum, consultúmq; ut testamentũ proferrem, ac publicarem, quo illum rerum mearũ in solidum hæredem instituera: nimirũ ut ille uicissim idem faceret, meo prouocatus exemplo. DAMIP. At quid tandem ille? CNE. Quid ille suo in testamento scripserit, id quidem ignoro. Cæterum ego repente atq; insperato è uita decessi, tecti ruina oppressus. Et nũc Hermolaus mea possidet:

possidet: lupi cuiuspiam in morem ipso hamo cũ esca pariter auulso. DAMIP. Imo non escam modo cũ hamo: quin etiã te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; technam istam, in tuũ ipsius caput struxeras. CNE. Sic apparet, idq; adeo deploro.

ZENOPHANTAE ET CALLIDEMIDAE DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ZENOPHANTES.

AT TV Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quẽadmodum Diniæ parasitus quũ essem, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti: aderas enim moriẽti. CAL. Aderã Zenophãtes. Porrò mihi nouũ quiddam, atq; inopinatum accidit. Nam tibi quoq; notus est Pœodorus ille senex. ZENOP. Orbum illum dicis, ac diuitem: apud quem te assidue uersari cõspiciebam? CAL. Illum ipsum semper captabã, colebamq; id mihi pollicens fore, ut meo bono cẽprimũ moreretur. Verũ quũ ea res in longũ proferretur: sene uidelicet, uel ultra Tithonios annos uiuẽte, compendiariã quãdam excogitaui uiam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidẽ empto ueneno, pocillatori persuaseram: ut simulatq; Pœodorus potum poscceret: bibebat autem prolixius, præsentius in calicem iniiceret, haberetq; in promptu,

porrecturus illi. Quod si feciſſet: iureiurando confirmabam, me illum manumiſſurum. ZENOP. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddam narraturus mihi uideris. CAL. Vbi iam loti ueniſſemus: puer duobus paratis poculis, altero Pœodoro cui uenenũ erat additũ, altero mihi, neſcio quo modo errans: mihi uenenum, Pœodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit: at ego protinus humi porrectim ſtratus ſum, ſuppoſititiũ uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophãta? Atqui nõ cõuenit amici malis illudere. ZENO. Rideo profecto: nam elegãter ac lepide tibi hæc res euenit. Porrò ſenex ille, quid interim? CAL. Primum ad caſum ſubitum atq; inexpectatum ſanè conturbatus eſt. Deinde ſimulatq; intellexit, id quod acciderat: puta pocillatoris errore factum: riſit & ipſe. ZENOP. Recte ſanè. Tametſi non oportuit ad compendiũ illud diuertere: ſiquidem ueniſſet tibi populari, uulgatáq; uia, tutius certiúſq;, etiam ſi paulo ſerius.

MENIPPI ET TANTALI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

QVID EIVLAS o Tantale: aut quid tuam deploras fortunam, ſtagno imminens? TAN. Quoniam ſiti enecor Menippe. MEN. Vſqadeo piger es, atq; iners: uti nõ uel pronus incũbens bibas

bíbere noris,uel caua uola hauriens? TAN. Nihíl profecero,ſi procumbã. Refugit enim aqua, ſimulatq; me propius admoueri ſenſerit: quod ſiquando hauſero, oriq; coner applicare:prius effluxit,q; ſumma rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua, haud ſcio quomodo rurſus manũ meam aridam relinquit. MEN. Prodigioſum quiddam de te narras Tantale. Verũ dic mihi: iſthuc ipſum,quorſum opus eſt bibere,quũ corpore careas? Nã illud quod eſurire poterat,aut ſitire:in Lydia ſepultum eſt. Cæterũ tu quũ ſis animus:quinam poſthac aut ſitire queas,aut bibire? TAN. Atqui hoc ipſum ſupplicij genꝰ eſt:ut anima perinde quaſi corpus ſit,ita ſitiat. MEN. Age hoc ita habere credimus: quãdoquidẽ affirmas te ſiti puniri. At quíd hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud uideo alteros inferos:ſiquis hos relinquat:neq; locum alium in quem morte demigret quiſpiam. TAN. Recte tu quidem dicis. Verum hoc ipſum ſupplicij genus eſt:ſitire,quũ nihil ſit opus. MEN. Deſipis Tantale:& uti uerum tibi fatear,nõ alio potu uideris egere,q; ueratro mero. Nam diuerſum quiddam pateris, ijs quos canes rabioſi momorderint: ut qui non aquam,quẽadmodum illi,ſed ſitim horreas. TAN. Ne ueratrum quidem recuſarim bibere Menippe,ſi liceat modo. MEN. Bono es animo Tantale:certum habens, nunq; fore,ut uel tu,uel reliquorum Manium quiſpiam

bibat: Neq; enim fieri potest. Quanq; non omnibus quēadmodum tibi, pœna adiudicata est: ut sitiāt, aqua illos non expectante.

MENIPPI AC MERCVRII DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

AT VBINAM formosi illi sunt, ac formosæ Mercuri? Ducito me, docetóq; ut pote recens huc profectū hospitē. MER. Haud mihi licet per ociū Menippe: quin tu isthuc ipso è loco dextrorsum oculos defle-cte. Illic & Hyacinthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda: breuiter quicquid est ueterū formarū. ME. Equidem præter ossa nihil uideo, caluariasq; *carnibus* rema datas: *inter* quæ omnia, nihil sit omnino discriminis. MER. Atqui hæc sunt quæ Poetæ cuncti mirātur, ac celebrāt: ossa scilicet quæ tu uideris contēnere. ME. At Helenā saltē mihi cōmonstra. Nam ipse quidē haud queā dignoscere. MER. Hæc uidelicet caluaria, Helena est. ME. Et huius scilicet ossis gratia, mille naues ex uniuersa Græcia, acto delectu, sunt impletæ: tantaq; tum græcorū, tum barbarorū multitudo cōflixit: tot urbes sunt euersæ? MER. Cæterū Menippe non uidisti mulierem hanc uiuam: quod si fecisses, forsan diceres tu quoq; ui-

tio dandum

tio dandum non esse:

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui siquis flores etiã arefactos, marcidosq; cõtempletur: posteaq; coloris decus abiecerint, deformes nimirũ uideantur. At ijdem, donec florent, colorẽq; obtinent, sunt speciosissimi. ME. Proinde illud iam demirot Mercuri: si Græci nõ intellexerunt, sese pro re usq; adeo momẽtanea, quæq; tam facile emarcesseret, elaborare. MER. Haud mihi uacat tecum philosophari: quare delecto loco, ubicũq; uelis, prosterne temet, ac recũbe. Mihi iam aliæ sunt traducendæ umbræ.

MENIPPI, AMPHILOCHI, TROPHONII DISCEPTATIO, DES. ERASMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

VOs nimirũ Throphonie atq; Amphiloche, quũ sitis mortui: tamẽ haud scio quonã modo, phanis estis donati, uatesq; credimini, ac stulti mortales Deos esse uos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur imputandũ, si per insciãi illi de mortuis huiusmodi opinantur? ME. Atqui nõ ista fuissent opinati: ni uos, tũ quũ uiueretis, eiusmodi quædã portẽta ostẽtassetis: tanq; futurorũ fuissetis præscij, quasiq; prædicere potuissetis, siqui percõtarentur. TRO. Menippe, nouerit Amphilochus hic, ipsi p sese respondendũ esse. Cæterũ ego Heros sum: uaticinorq; siquis

siquis ad me descenderit. At tu uidere nunc̄ omnino Lebadiā adijsse: neq; eñ alioqui ista nō crederes. ME. Quid ais? Equidem nisi Lebadiam fuissem profectus, ac linteis amictus, offam ridicule manu gestans, per angustum aditū in specum irrepsissem: nequaq; fieri potuisset, ut te defunctum esse cognoscerem, perinde atq; nos, solácp; præstigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinādi artem, quid tandē est Heros: neq; enim intelligo. TROP. Est quiddā partim ex homine, partim ex deo compositum. MEN. Nempe, quod neq; sit homo, quēadmodum audio, neq; deus: uerum pariter utrunq;. Ergo dimidia illa tui, ac diuina pars, quo nūc recessit? TROP. Reddit oracula Menippe in Boeotia. MENIP. Haud intelligo quid dicas Trophonie: nisi quod illud plane uideo, te totum esse mortuum.

CHARONTIS AC MENIPPI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

CHARON.

REDDE naulum sceleste. MEN. Vocifrare, siquidē isthuc tibi uoluptati est Charon. CHAR. Redde, inquā, quod pro traiectiōe debes. MENIP. Haud quaq; auferre queas, ab eo qui nō habeat. CHAR. An est quisq;, q ne obolum quidem habeat? MEN. Sit ne alius quispiam præterea, equidem ignoro: Ipse certe non habeo. CHAR. Atqui

Atqui præfocabo te per Ditẽ impuriſſime, ni reddas. MEN. At ego illiſo baculo tibi cõminuã caput. CHAR. Num ergo te tam longo traiectu gratis tranſuexero? ME. Mercurio meo nomine tibi reddatur: ut q me tibi tradiderit. MER. Belle mecum agatur per Iouem: ſiquidẽ futurum eſt, ut etiam defunctorũ nomine perſoluam: CHAR. Haud omittam te. MEN. Quin tu igitur hac gratia perge ut facis, nauim trahere: quanq; quod non habeo, quinam auferas? CHAR. At tu neſciebas, quid tibi fuerit adportãdum? MEN. Sciebam quidẽ: uerum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi ſemper in uita manendum? CHAR. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe tranſuectum? MEN. Haud gratis, o præclare: ſiquidem & ſentinam exhauſi, & remũ arripui, & uectorum omniũ unus non eiulaui. CHAR. Iſta nihil ad naulum, obolum reddas oportet: neq; eũ fas eſt ſecus fieri. ME. Proinde tu me rurſum in uitã reuehe. CHA. Belle dicis: nimirũ ut uerbera etiã ab Aeaco mihi lucrifaciam. MEN. Ergo moleſtus ne ſis. CHA. Oſtende qd habeas in pera. MEN. Lupinũ ſi uelis, & Hecatæ cœnã. CHA. Vnde nobis hunc canẽ adduxiſti Mercuri? tum qualia garriebat inter nauigandũ? uectores oẽs irridens, ac dicteriis inceſſens: unuſq; cãtillans, illis ploratibus. MER. An ignoras Charon, quẽ uirũ trãſuexeris? planè liberũ, cuiq; nihil oẽino curæ ſit. Hic eſt Menippus. CHA. Atqui ſi unq; poſthac te recepero. ME. Si re-

ceperis, o prædare. Ne possis quidem iterum recipere.

CRATETIS AC DIOGENIS DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

CRATES.

MOERICHVM diuitẽ, noueras ne Diogenes? illũ inquã supra modũ diuitẽ illum Corintho profectũ: cui tot erãt naues onustæ mercib⁹, cuius cõsobrinus Aristeas: quũ ipse q̃q; diues esset, Homericũ illud i ore solebat habere

Aut me confice tu: aut ego tete.

DIOG. Cuius rei gratia sese captabant inuicẽ Crates?

CRA. Hæreditatis causa, quũ essent æquales, uterq; alterũ captabant. Iamq; testamẽta publicauerãt ambo: in qbus Mœrichus (si prior moreret) Aristean omniũ rerum suarũ dominũ relinquebat. Mœrichũ uicissim Aristeas: siquidẽ ipse prior è uita decederet. Hæc igitur quũ essent in tabulis scripta, illi inter sese captabãt: & alter alterũ adulationibus, obsequijsq; superare cõtendebat. Porrò diuini: haud scio utrũ ex astris id qd futurũ sit cõiectãtes, an somnijs quẽadmodũ Chaldæi faciũt: quin & Pythius ipse, nũc Aristeã uictorẽ fore, pnuncia bat, nũc Mœrichũ, ac trutina quidẽ interim ad hunc, interim ad illũ ꝓpendebat. DIOG. Quid igit̃ tandẽ euenit? Nã audire est operæpreciũ Crates. CRA. Eodẽ die mortui sunt ambo. Cæterum hæreditates ad Eunomiũ

ac Thra-

ac Thrasydem deuenerunt, quorũ uterq; cognatus illis erat. Atqui de his nihil prædixerãt diuini futurũ, ut tale quippiã accideret. Etẽ quũ Sicyone Cirrhã uersus nauigarẽt: medio in cursu, obliquo orto Iapyge, eo sunt depulsi. DIOG. Recte factũ. At nos quũ nos essem⁹ in uita, nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neq; eẽ ego unq; optabã, ut moreretur Antisthenes: quo ni mirũ baculus illius ad me rediret hæredẽ (habebat aũt egregie ualidũ) quem ipse sibi parauerat oleaginũ: neq; tu Crates opinor desyderabas, ut me mortuo, in possessionũ mearũ successionẽ uenires: puta dolij, ac peræ: in qua quidẽ lupini Chœnices inerant duæ. CRAT. Neq; eẽ mihi quicq; istis reb⁹ erat opus. Imo ne tibi quidẽ Diogenes: siquidẽ quæ ad rem ptinebãt: quæq; tu Antistheni succedẽs accepisti: deinde ego succedẽs tibi, ea nimirũ multo sunt potiora, multóq; splendidiora, q̃ uel Persarũ iperiũ. DIO. Quænã sũt ista quæ dicis? CRA. Sapientiã, inquã, frugalitatẽ, ueritatẽ, dicẽdi, uiuẽdiq; libertatẽ. DIO. Per Iouẽ memini me in istiusmodi opũ hæreditatẽ Antistheni succesisse, tibiq; eas lõge etiam maiores reliquisse. CRA. Verũ reliq mortales hoc possessionũ gen⁹ aspnabant: neq; qsq; nos ob spẽ potiũ dæ hæreditatis obsequijs captabat: sed ad aurũ omneis intẽdebãt oculos. DIO. Nec iniuria. Neq; eẽ habebãt: q̃ facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent, qppe timosi iã, uitiatiq; delitijs, nõ aliter q̃ uasa carie putria.

Quo fit,ut ſiquãdo quis in illos infundat, uel ſapiẽtiã uel libertatẽ,uel ueritatẽ,effluat illico,perſtilletq; fundo q̃d immiſſum eſt cõtinere nõ ualẽte. Cuiuſmodi quidam & Danai filiabus aiunt accidere,dum in doliũ pertuſum hauſtã aquã importãt. At ĩdẽ aurũ dentibus & unguibus,omniq; ui ſeruabant. CRA. Proinde nos hic quoq; noſtras poſſidebimus opes. Illi ſimulatq; huc uenerint:obolũ duntaxat ſecum ferent:ac ne hunc quidẽ ulterius,q̃ ad portitorẽ.

NIREI AC THERSITAE DIALOGVS,DES.ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

NIREVS.

ECCE deniq; uel Menippus hic iudex erit uter noſtrum ſit formoſior. Dic Menippe an nõ tibi uideor forma præſtantior? ME. Imo quinã ſitis prius arbitror *indicãdum*. Nam hoc opinor ſcito eſt opus. NIR. Nireus ac Therſites. MEN. Vter Nireus,uter Therſites? Nondũ enim uel hoc ſatis liquet. THER. Iam unum hoc uinco:quod tibi ſum ſimilis,neq; tantopere me præcellis,quantopere te cæcus ille Homerus extulit,unũ omniũ formoſiſſimum appellans. Quin ego faſtigiato uertice, rariſq; & impexis capillis ille:nihilo te inferior uiſus ſum arbitro. Iam uero tempus eſt,uti pronũcies Menippe:utrũ altero formoſiorem exiſtimes. NIR. Mirum ni me Aglaia Charopéq; prognatum: Qui uir pulcherrimus unus:

Omnibus

Omnibus è Graijs Priameia ad Pergama ueni.
MEN. Atqui nõ item ſub terram opinor pulcherrimus ueniſti: quippe qui reliquis quidem oſſibus, alijs appareas aſſimilis: porrò caluaria, hoc uno inſigni à Therſitæ caluaria dignoſci poſſit: quod tua delicata eſt, ac molliçula. Quandoquidẽ iſthuc habes effœminatũ, ac neutiq; uiro decorum. NIR. Attamen Homerum perconta re: qua ſpecie tum fuerim, quũ inter Græcorum copias militarem. MEN. Tu quidem ſomnia mihi narras. At ego ea ſpecto, quæ uideo, quæq; tibi adſunt in præſentia. Cæterũ iſta norũt, qui id temporis uiuebant. NIR. Quid igitur tandem? An non ego formoſior Menippe? MEN. Neq; tu, neq; quiſq; alius formoſus hoc loco. Siquidem apud inferos æqualitas eſt, pareſque ſunt omnes. THER. Mihi quidem uel hoc ſat eſt.

DIOGENIS AC MAVSOLI, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

DIOGENES.

HE TV Car, quare tandem inſolens es, tibiq; places, ac dignũ te credis, qui unus nobis omnibus anteponare? MAV. Primũ regni nomine o tu Siopenſis: quippe qui Cariæ imperauerim uniuerſæ: præterea Lydiæ quoq; gentibus aliquot. Tum autem & Inſulas nõnullas ſubegerim. Miletum uſque peruenerim, pleriſque Ioniæ

partibus uastatis. Ad hæc formosus eram, ac procerus, ac bellicis in rebus prævalidus. Postremo, quod est omniū maximū, in Halicarnasso monumētū erectum habeo, singulari magnitudine: quantū uidelicet defunctorum alius nemo possidet, neq; pari etiā pulchritudine cōditum: uiris scilicet atq; equis, pulcherrimo è saxo ad uiuam formā absolutissimo artificio expressis: adeo ut uel phanū aliquod simile haud facile quis inueniat. Num iniuria tibi uideor has ob res mihi placere, atq; efferri? DIOG. Num ob imperiū ais, ob formam, atq; ob sepulchri molem? MAV. Per Iouem ob hæc inquā. DIOG. Atqui o formose Mausole, neq; uires iam illæ, neq; forma tibi iā adest. Adeo ut si quē arbitrū de formæ præcellentia delegerimus: haud quaq; dicere possit, quāobrē tua caluaria meæ sit anteferenda: siquidem utraq; pariter tum calua, tū nuda: utriq; dentes pariter ostēdimus, pariter oculis orbati sumus, pariter naribus simis, ac sursum hiātibus deformati. Cæterū sepulchrū, ac saxa illa preciosa, Halicarnasseis forsitan iactare licebit, & hospitibus gloriæ causa ostentare, tanq; qui magnificam quandā apud se structuram habeant: uerum qd hinc cōmoditatis ad te redeat uir egregie, nequaq; uideo, nisi forsan illud cōmodū uocas, quod plus oneris atq; nos sustines, sub tam ingentibus saxis pressus, ac laborās. MAV. Ita ne nihil illa mihi cōducūt omnia? planéq; pares erūt Mausolus ac Diogenes? DIO. Imo

haud

haud pares, inquam, uir dariſſime. Nam Mauſolus diſ cruciabitur: quoties earũ rerum in mentem ueniet, quibus in uita florere cõſueuit. At Diogenes interim eum ridebit. Atq; ille quidem de ſuo illo monumẽto: quod eſt in Halicarnaſſo memorabit, ab uxore Artemiſia, atq; ſorore parato: contra Diogenes ne id quidem ſuo de corpore nouit, nunquid habeat ſepulchrum. Neq; enim illi res ea curæ eſt. Verum apud uiros excellentiſſimos ſui memoriam, famamque reliquit: ut qui uitam peregerit uiro dignam, tuo monumento Carum abiectiſſime celſiorem, ac tutiore in loco ſubſtructam.

SIMYLI AC POLYSTRATI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

SIMYLVS.

VENISTI tandem & tu Polyſtrate ad nos, quum annos uixeris haud multo pauciores centum opinor. POLY. Nonaginta octo Simyle. SIMYLVS. Sed quinam triginta iſtos annos egiſti, quibus mihi fueras ſuperſtes. Nã ipſe perij te fermè ſeptuagenario. POLYSTRATVS. Quàm ſuauiſſime profecto, etiam ſi hoc mirum tibi uidebitur. SIMYLVS. Mirum uero, ſiquidem tibi primũ ſeni, deinde inualido, poſtremo etiam orbo quicquàm poterat eſſe in uita ſuaue? POLYSTRATVS. Principio nihil erat quod nõ poſſem: præterea pueri formoſi cõplures

complures aderant: tum mulieres nitidissimæ, unguenta, uinum mire fragrãs: postremo mensæ uel siculis illis lautiores. SIMY. Noua narras. Nam ego te planè sordidũ ac parcissimũ esse sciebã. POLY. Atqui uir prædare, ex alienis arcis opes mihi subscatebãt. Tum diluculo p tinus q̃ plurimi mortales ad fores meas uentitabant: mulq; ex oĩ rerũ genere quæ terrarũ ubiuis pulcherrimæ reperiũtur, munera deportabant. SIMY. Nũ me defuncto regnũ gessisti? POLY. Minime: uerũ amãtes habebam innumeros. SIMY. Non possum non ridere. Tu ne amantes, tantus natu quum esses: uixq; tibi dentes supererent quatuor? POLY. Habebam per Iouem, equidẽ optimates ciuitatis. Quumq; essem tum senex, tum caluus, sicuti uides: præterea lippiens etiam, ac senio cæcutiens: Postremo naribus muccosis: tamen cupidissime mihi inseruiebãt: adeo ut is felix uideretur, quẽcunq; uel aspexissem modo. SIMY. Num tu quoq; quẽ admodũ Phaon ille. Venerẽ aliquã è Chio trãsuexisti: ut ob id optanti tibi illa dederit, rursum ad iuuentã redire, ac denuo formosum atq; amabilem fieri? POLY. Haudquaq̃. Quin magis quum talis essem, qualem dixi: tamẽ supra modum adamabar. SIMY. Aenigmata narras. POL. Atq; notissimus est hic amor, quũ uulgo sit frequẽs: nẽpe erga senes orbos ac diuites. SIM. Nũc tua forma, unde tibi ꝓfecta fuerit intelligo uir egregie: nimirũ ab aurea illa Venere. POL. Verũtamẽ nõ parũ

multas

multas commoditates ab amantibus tuli Simyle, propemodum etiam adoratus ab illis. Porrò fæpius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorũ. Interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, alium alius anteire nitebatur. SIMY. Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? POLY. Palam quidẽ affirmabam, me unumquemq; illorum relicturum hæredem. Idq; illi quum crederent futurum, certatim se quisq; obsequentiorem atq; adulantiorem præbebat. Cæterum alteras illas ueras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui in quibus omẽs illos plorare iussi. SIMY. At postremæ illæ tabulæ, quem pronunciabant hæredem? Num è cognatis quempiam? POLY. Non per Iouem, imo nouitium quendam, ex formosis illis adolescẽtulis, natione Phrygem. SIMY. Quot annos natum Polystratem? POLY. Viginti fermè. SIMY. Iam intelligo quibus obsequiis ille te demeruerit. POLY. Attamen multo illis dignior, qui scriberetur hæres, etiam si barbarus erat ac perditus. Quem iam ipsi etiam optimates coluint, captantq;. Is igitur mihi extitit hæres. Iamq; inter patricios numeratur, subraso mento, barbaróq; cultu ac lingua. Quin eum Codro generosiorẽ, Nireo formosiorem, Vlysse prudentiorem esse prædicant. SIMY. Non laboro, uel totius Græciæ sit imperator, si libet, modo ne illi potiantur hæreditate.

VENERIS ET CVPIDINIS DIALOGVS, DES. ERAS. ROT. INTERP.

VENVS.

Vid tandem in causa est Cupido, ut quum reliquos Deos omnis adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinẽ, Iunonem, me denique matrem, ab una Minerua temperes, utcp aduersus hanc nec ullum habeat incendium tua fax, & iaculis uacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas, neq; iaculari noris? CVPI. Equidem hanc metuo mater. Est enim formidabilis truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadã supra modum uirili. Proinde si quando tenso arcu petam illam, galeæ cristam quatiens, expauefacit me, moxq; formidine tremere occipio, sic ut arma mihi è manibus excidant. VENVS. Atqui Mars an non erat hac formidabilior? Et hunc tamẽ superatum exarmasti. CVPIDO. Imo ille cupide me recipit, atq; ultro etiam inuitat. Verum Minerua semper adductis supercilijs obseruat. Quin aliquando temere ad illam aduolaui facem propius admouens. At illa si quidem ad me accesseris inquit, per parentem Iouem, quouis modo te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptum in tartara dabo præcipitem, aut ipsa te discerpam. Plurima item id genus comminabatur. Ad hæc acribus obtuetur oculis, postremo

& in

& in pectore faciem quandam gestat horrendam, ui/peris capillorum uice comatam. Hanc nimirum maxi/mopere formido. Territat enim me, fugiócz quoties eam aspicio. VENVS. Esto sane. Mineruam metuis ut ais, atcz huius gestamen gorgona reformidas, idcz quum Iouis ipsius fulmen non formidaueris. Cæte/rum Musæ quam ob causam abs te non feriuntur, atcz à tuis iaculis tutæ agunt? Num & hæ cristas quatiunt, aut gorgonas prætendunt? CVPI. Has quidem reue/reor mater. Sunt enim uultu pudico ac reuerẽdo, præ/terea semper aliquo tenentur studio, semper cantioni/bus animum intentum gerunt. Quin ipse etiam non raro illis assisto, carminis suauitate delinitus. VENVS. Esto nec has adoriris, propterea quod sint reuerendæ, at Dianam, qua tandem gratia non uulneras? CVPI. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem us/quam sum potis, quippe perpetuo per montes fugi/tantem. Ad hæc alterius cuiusdam sui cupidinis illa te/netur cupidine. VENVS. Cuius o gnate? CVPI. Nem/pe uenatu ceruorum & hinnulorum, quos infectatur ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huius/modi studio tenetur. Tametsi fratrem eius qui nimi/rum arcu ualet & ipse, feritcz eminus. VENVS. Teneo gnate, eum sæpenumero sagitta uulneraſti.

MARTIS AC MERCVRII DIALOGVS,

DES. ERAS. ROT. INTERP.

MARS.

AVdistin Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iuppiter? q̃ superba, quanq; dictu absurda? Ego, inquit, si uoluero, catenã ex æthere demittam, unde si uos suspensi me ui detrahere conemini, luseritis operam. Nunq; em̃ me deorsum trahetis. Contra ego uos uelim in altũ attrahere, nõ uos modo, uerũetiã tum terrã ipsam, tũ mare pariter subuectũ in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoq; audisti. At ego si quidem cum uno quolibet singulatim cõferat, ita præstantiorem eum esse, uiribusq; superiorẽ, haud quaq; negauerim, uerum unum tam multis pariter in tantũ antecellere, ut eum ne pondere quidem uincere queamus, etiam si terrã ac mare nobis adiunxerim⁹, id neutiq; crediderim. MERCV. Bona uerba Mars. Neq; em̃ fas tutum est ista loqui, ne quid forte mali nobis hæc petulantia cõciliet. MARS. An uero credis apud quemlibet hæc dicturum me? Imo apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maxime ridiculum uidebatur, tum quum hæc minitantem audirem, haud queam apud te reticere. Etem̃ memineram, quum non ita multo ante Neptunus, Iuno, ac Pallas,

ac Pallas, mota aduersus eum seditione machinarent, comprehensum illum in uincula conijcere, quantopere formidarit, utcp in omnem speciem sese uerterit. Idcp cum tres duntaxat essent Dij. Quod ni Thetis misericordia commota, Briareum Centimanum illi auxiliatum accersiuisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru uinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiamcp. MERCV. Tace. Bona uerba. Necp enim tutum est ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

MERCVRII ET MAIAE DIALOGVS, DES. ERAS. ROTEROD. INTERP.

MERCV.

EStne uero mater Deus quisq̃ in cælo me miserior? MAIA. Caue ne quid istiusmodi dixeris Mercuri. MERCV. Quid non dicam? qui quidem tantũ negociorum solus sustineam, quibus delassor, in tam multa ministeria distractus? Nam mane protinus surgendum est mihi, statimcp uerrendum cœnaculum, ubi Dij compotant. Tum ubi curiam in qua consultant undicp strauero, ac singula ita ut oportet composuero, Ioui necessum est assistere, ac perferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cursitare, insuper quum redeo, puluerulentus adhuc, Ambrosiam apponere cogor. Porrò priusq̃

nouitius iſte pocillator aduenisſet, ego nectar etiam miniſtrabam. Quodq; eſt omnium indigniſſimũ, ſoli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, uerum id quoq; temporis neceſſe habeo defunctorũ animas ad Plutonẽ deducere, maniumq; gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neq; enim mihi ſufficiebant ſcilicet diurna negocia, dum uerſor in palæſtris, dum in cõcionibus præconis uices ago, dum oratores inſtruo, ni hæc quoq; prouincia accedat, ut ſimul etiam umbrarum res diſponam. Atqui Ledæ filij alternis inter ipſos uicibus apud ſuperos atq; inferos agitant. Mihi neceſſe eſt quotidie, tum hoc, tum illud pariter agere. Deinde duo illi Alcmena ac Semele miſeris prognati mulieribus, ocioſi in conuiuijs accumbunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis miniſtro ſcilicet. Quin nunc quum recens à Sidone Cadmi filia reuerſus eſſem. Nam ad hanc me legarat, uiſum quid ageret puella, priuſq; reſpiraſſem, & adhuc anhelum de uia, rurſum ad Argos emandauit uiſurum, qui cum Danae ageretur. Rurſum inde in Bœotiam profectus inquit, obiter Antiopam uiſito. Adeo ut planè iam patiturum me negarim. Q d' ſi mihi licuiſſet, lubens profecto feciſſem, id q d' ſolent ij qui in terris duram ſeruiũt ſeruitutẽ. MAIA. Miſſa facita gnate. Decet enim per omnia morẽ gerere patri, quũ ſis iuuenis. Ac nunc quo iuſſus es, Argos contende. Deinde in Bœotiam, ne ſi ceſſaris,

ceſſaris, fueriſq; lentior, plagas etiam auferas. Nam iracundi ſunt qui amant.

VENERIS ET CVPIDINIS DIALOGVS. VENVS.

CVpido Gnate, uide quæ facis flagitia. Non iam de his loquor quæ te impulſore mortales in terra uel in ſe quiſq;, uel inuicem alij in alios faciũt, uerum de his ago, quæ apud ſuperos quoq; deſignas, qui quidẽ Iouem ipſum cogis uarias aſſumere formas, in quod cunq; tibi pro tempore uiſum fuerit, eum uertens. Tum lunam è cælo deuocas. Quin & ſolem aliquoties cõpellis lentum apud Clymenen ceſſare aurigandi muneris oblitum. Nam quicquid iniuriæ in me matrem etiam committis, audacter ac tanq; tuto facis. Verum tu quidem o Deorum omnium confidentiſſime, Rheam inſuper ipſam iam anum, præterea Deorum tam multorum parentem, eo perpuliſti, ut puſionẽ adamet, atq; in Phrygiũ illum adoleſcentulum depereat, ac tua iam opera inſanit, iunctiſq; leonibus, adhibitis item Corybantibus, quippe qui & ipſi furore quodã ſunt afflati, per Idam montẽ ſurſum ac deorſum oberrat, ipſa quidem Attis amore eiulans. Cæterum Corybantũ alius ſuum ipſe penẽ enſe deſecat, alius demiſſa coma per mõtes fertur inſanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo

cymbalo perſtrepit, breuiter omnis undiquaq; Ida tumultus atq; inſaniæ plena eſt. Proinde cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat, quandoquidē te produxi malum ingens, ut ſiquando reſipiſcat Rhea, uel potius ſi pergat inſanire, Corybantibus imperet, ut te correptum diſcerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me ſollicitat metus, quod uideam tibi periculum imminere. CVPIDO. Otioſo animo eſto mater, ſiquidem leonibus etiam ipſis iam familiaris ſum factus, ita ut ſæpenumero conſcenſis eorum tergis, prehenſáq; iuba, equitis more inſidens, illos agitem. At uero illi interim mihi caudis adblandiuntur, ac manum ori inſertam receptant, lambuntq;, deinde mihi reddunt innocuam. Porrò Rheæ ipſi quando tandem uacauerit, ut me ulciſcatur, quum in Atte ſit tota? Poſtremo quid ego pecco, quū res pulchras ut ſunt, offero ac demonſtro? uos ne appetite res pulchras. Quare his de rebus, ne in me crimen conferte. Num uis ipſa tu mater, uti neq; tu poſthac Martem ames, neq; ille te? VENVS. Vt es pernicax, & nulla in re non ſuperas. Attamen horum, quæ dixi alias quando memineris.

DORIDIS ET GALATEAE DIALOGVS, DES. ERASMO ROT. INTERP. DORIS.

Ormoſum amantē Galatea, nempe Siculum iſtum paſtorē, aiunt amore tui

tui deperire. GAL. Ne ride Doris: etenim qualis qualis est, Neptuno patre ꝓgnat⁹ est. DOR. Quid tũ postea, si uel Ioue ipso sit progenitus: quum usq; adeo agrestis atq; hispidus appareat: quodq; est omniũ deformissimum, unoculus? An uero credis genus illi quicq; profuturum ad formã? GAL. Ne isthuc quidẽ ipsum, quod hispidus est, atq; agrestis, ut tu uocas illum deformat: quin uirile magis est. Porrò oculus media in fronte decet etiã: quo quidem nihilo segnius cernit, q̃ si duo forent. DOR. Videris Galatea non amantẽ habere Polyphemum, sed illum potius adamare, sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo: sed tamen insignẽ istam uestrã insultandi, opprobrandiq; petulantiã ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam isthuc facere uidemini: propterea quod ille cum forte aliquãdo gregem pasceret suũ: nosq; è littorali specula in littore ludentes cerneret in ꝓminentibus Aetnæ pedibus: qua uidelicet inter montẽ & mare littus sese in longum porrigit, uos ne aspexerit quidem: at ego omniũ unà uisa sim formosissima, eoq; in unam me coniecerit oculum. Ea res uos male habet. Nam argumentũ est, me forma præstantiorẽ esse, ac digniorem, quæ amer: uos cõtra fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendũ uideri: si primum pastori, deinde lusco formosa uisa sis? Quãq; qd aliud ille potuit in te probare, præter cãdorẽ? Is illi placet opinor, quod caseo & lacti assueuerit:

proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrũ iu dicat. Alioqui ubi libebit scire, qua sis facie: de scopulo quopiam in aquam, siquando tranquilla steterit despe ctans, temetipsam cõtemplare: uidebis aliud nihil, nisi perpetuũ candorem. Verum is quidem non probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GAL. Atqui ego illa imodice candida, tamẽ eiusmodi habeo amatem: quũ interim è uobis nulla sit, quam uel pastor, uel nauta, uel portitor aliquis miretur. Cæterum Polyphemus (ut alia ne dicam) etiã canẽdi peritus est. DOR. Tace o Galatea. Audiuimus illum canentẽ, quum nuper pruriret in te: sed o sancta Venus, asinum rudere dixisses. Nam lyræ corpus simillimũ erat ceruino capiti ossibus renudato: tum cornua perinde quasi cubiti prominebant. Iis iunctis, inductisq; fidibus: quas ne collope quidẽ circũtorquebat, agreste quiddã & absonũ cantilabat: quũ aliud interim ipse uoce caneret, aliud lyra sue cineret. Ita ut tẽperare nobis nequierimus, quin rideremus amatoriã illam cantionẽ. Nam Echo ne respõdere quidẽ illi uoluit balanti, quũ sit adeo garrula. Imo puduisset, si uisa fuisset stridulũ illius, & ridiculũ cantum imitari. Ad hæc gestabat in ulnis Amasius iste delitias suas, ursi catulũ pilis hirtum, ipsi nõ dissimilẽ. Quis aũt nõ inuideat tibi amicũ istum Galatea? GAL. Quin tu igitur Dori, tuũ ipsius amicũ nobis cõmonstra: q meo sit formosior, qui q; doctius ac meli?, uel uoce canat, uel cithara?

tithara? DOR. Mihi quidē nullus est amator: neq; me hoc nomine iacto, quasi sim uehemēter amabilis: uerū tamen istiusmodi amicū, qualis est Polyphemus nēpe totus hircū olens, tum crudis uictitans carnibus, & hospites, siqui appulerint deuorās, tibi habeas, eumq; tu mutuum ames.

DIOGENIS ET ALEXANDRI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

DIOGENES.

QVID hoc rei Alexander? Itane defunctus es tu quoq; pinde atq; nos omēs? ALEX. Vides nimirum Diogenes. Tametsi mirādum non est, si homo cum fuerim, defunctus sim. DIOG. Nū ergo Iuppiter ille Hammon mentiebatur, cum te suum filium esse diceret, an uero tu Philippo patre prognatus eras? ALEX. Haud dubie Philippo. Neque enim obijssem, si Hammone parente fuissem progenitus. DIOGENES. Atqui de Olympiade etiam consimilia quædam ferebantur: puta draconem quendam cum ea fuisse congressum, uisumq; in cubiculo: ex eo grauidam peperisse te. Porrò Philippum errare, fallicq; qui se tuum patrem esse crederet. ALEXAN. Inaudieram quidem & ipse ista quemadmodum tu: at nūc uideo neq; matrē, neq; Hāmonios illos uates sani quicq;, aut ueri dixisse. DIO. Attamē istud illorū mēdacium

cium Alexãder ad res gerendas haudquaq; tibi fuit inutile; ꝓpterea quod uulgus te uerebatur, metuebaiq; quũ deum esse crederet. Sed dic mihi: cuinã tam ingẽs illud imperium moriẽs reliquisti? ALEX. Id equidem ignoro Diogenes. Celerius em̃ è uita submouebar, q̃ ut esset ocium de illo quicq; statuendi: praeter id unum quod moriens Perdiccæ anulum tradidi. Sed age: quid rides Diogenes? DIOG. Quid ni rideam? An non me miniſti quid Græci fecerint: cũ nuper tibi arrepto imperio adularẽtur, principem̃q; ac ducem aduersus Barbaros deligerent? Nonnulli uero in duodecim Deorũ numerũ referrent, ac phana cõstituerẽt: deniq; sacra faceret tanq; Draconis filio? Sed illud mihi dicito: ubi te sepelierunt Macedones? ALEX. Etiamdum in Babylone iaceo tertium iam diem. Porrò Ptolemæus ille fatelles meus, siquando detur ocium, ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Aegyptum deportaturũ me: atq; inibi sepulturũ, quo uidelicet unus fiam ex Dijs Aegyptijs. DIOG. Non possum nõ ridere Alexander: qui quidem te uideam etiam apud inferos desipientẽ: sperantem̃q; fore, ut aliquando uel Anubis fias uel Osiris. Quin tu spes istas omittis o diuinissime? neq; enim fas est reuerti quẽq;, qui semel paludẽ transmiserit, atq; intra specus hiatum descenderit: propterea quod neq; indiligens est Aeacus, neq; contemnendus Cerberus. Verum illud abs te discere peruelim: quo

feras animo, quoties in mentem redit, quanta felicitate apud ſuperos relicta huc ſis profectus: puta capitis cuſtodibus, ſatellitibus, ducibus: tum auri tanta ui, ad hoc populis, qui te adorabãt. Præterea Babylone: Bactris, immanibus illis beluis, dignitate, gloria: deinde quod eminebas cõſpicuus, dum uectareris, dum amiculo candido caput haberes reuinctum, dum purpura circũamictus eſſes? Nunquid hæc te diſcrutiant, quoties recurſant animo? Quid lachrymas ſtulte? An non id te ſapiens ille docuit Ariſtoteles: ne res eas quæ à fortuna ꝓficiſcant, ſtabiles ac firmas exiſtimares? ALEX. Sapiẽs ille? quum ſit aſſentatorum omniũ perditiſſimus. Sine me ſolum Ariſtotelis facta ſcire; cꝫ multa à me petierit, quæ mihi ſcripſerit: deinde quemadmodum abuſus ſit mea illa ambitione, qua cupiebã eruditione cæteris præſtare: quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me, nũc ob formam tancꝫ & ipſa ſummi boni pars quædã eſſet: nunc ob res geſtas atcꝫ opes: Nam has quoꝫ in bonorum numero collocandas eſſe cenſebat: ne ſibi uitio uerteret, quod eas acciperet. Planè præſtigioſus uir ille quidem erat, ac fraudulentus ò Diogenes. Quancꝫ illud fructus ſcilicet ex illius ſapientia fero, quod nunc perinde quaſi ſummis de bonis excrucior: ob iſta quæ tu paulo ante cõmemoraſti. DIO. At ſcin quid facies? Oſtendam tibi moleſtiæ iſtius remedium. Quãdoquidem his in locis ueratrũ non prouenit: fac ut Lethei flu

minis aquam auidis faucibus attrahens, bibas: iterúmq; ac sæpius bibas. Atque eo pacto desines de bonis illis Aristotelicis discruciari. Verum enim, Cletum etiam illum & Calisthenem uideo: cumq; his alios complures taptim huc sese ferentes, quo te discerpant, pœnásque sumant, ob ea quæ quondam in illos commisisti. Quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius (ut dixi) bibas.

MENIPPI ET CHIRONIS DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

EQVIDEM inaudiui Chiron, te Deum quum esses, tamen optasse mortem. CHIR. Vera nimirum sunt ista quæ audisti Menippe. Planéque mortuus sum sicuti uides, quũ mihi liuerit immortalem esse. MENIP. At quænam te mortis cupido tenebat rei uidelicet, quam uulgus hominũ horreat? CHIR. Dicam apud te: uirum neutiq; stultum atq; imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. MEN. Quid? An iniucundum erat, te uiuere, lucemq; tueri? CHIR. Erat inquam Menippe. Nam quod iucundum uocant, id ego neutiq; simplex, sed uariũ quiddam esse arbitror. Verum quũ ego semper uiuerem, atque ijsdem perpetuo rebus uterer, sole, luce, cibo, tum horæ eædem recurrerent: reliqua item

itē omnia, quæcunq; contingunt in uita, reciproco quodam orbe redirent: atq; aliis alia per uices succederent. satietas uidelicet eorum me cepit. Neque enim in eo uoluptas est sita, si perpetuo fruaris iisdem: sed omnino in permutādo posita est. MENIP. Probe loqueris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos agitur uita, quinā tibi procedit: posteaquàm ad hanc tanquàm ad potiorem te contulisti? CHIRON. Haud insuauiter Menippe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodū populare. Nihil autē interest, utrum in luce quis agat, an in tenebris: præterea neq; sitiendum est nobis quēadmodum apud superos, neque esuriendum: sed eiusmodi rerum omniū egentia uacamus. MENIP. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas: néue eodē tibi recidat oratio. CHIRON. Quamobrem isthuc ais? MENIP. Nempe: si illud tibi fastidio fuit, quod in uita semper iisdem, similibusq; rebus utendum erat: quum hic itidem similia sint omnia, eūdem ad modum parient fastidium. At de integro tibi quærenda erit uitæ commutatio, atque hinc quopiam aliam in uitam demigrandum: id quod arbitror fieri nō posse. CHIRON. Quid igitur faciundum Menippe. MENIPPVS. Illud nimirum, uti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & uulgo prædicant, præsentibus rebus sis contentus, bonicq; consulas quod adest: neque quicquàm in his esse putes, quod ferri non queat.

Menippi

MENIPPI ET CERBERI DIALOGVS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

MENIPPVS.

IEVS Cerbere, quãdoquidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quũ & ipse sim canis: dic mihi per Stygiam paludem, quomodo sese habebat Socrates quum huc accederet? Verisimile est autem te, Deus quum sis, non latrare modo, uerũetiam humano more loqui, si quando uelis. CER. Quũ procul adhuc abesset Menippe, uisus est constanti atq; interrito adire uultu: perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, ac tãq; hoc ipsum uellet ijs, qui procul à specus ingressu stabant, ostendere: uerũ simulatq; despexit in hiatum, uidit q; profundum atq; atrum antri recessum: simulq; ego cunctante etiam illũ aconito mordẽs pede correptum detraherem: infantiũ ritu eiulabat, suosq; deplorabat liberos: nihilq; non faciebat, in omnẽ speciem sese cõuertens. MEN. Num igitur fucate sapiens erat ille: neq; uere mortem contemnebat? CER. Haud uere. Cæterũ ubi uidit id esse necesse, audaciam quandã præ se ferebat: quasi uero uolens id esset passurus, quod alioqui uolẽti, nolenti tamẽ omnino fuerat ferendum: uidelicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totũ de uiris istiusmodi uere possim dicere: ad fauces usq; specus intrepidi sunt, ac

fortes:

fortes:porrò intus quum sunt,nihil mollius neq; fractius.MENIP.Cæterum ego quonam animo tibi uisus sum subīsse specum?CERBE.Vnus mortaliū Menippe sic mihi uisus es subire: ut tuo dignum erat genere:& prior te Diogenes:propterea quod neutiq; ad acti subieritis,aut intrusi:uerum tum ultronei:tum ridentes:atq; omnibus plorare renūciantes.

LVCIANI DIALOGORVM DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE,FINIS.

PRAEFATIO SEV

HERCVLES GALLICVS LVCIANI,DES. ERASMO ROTEROD. INTERP.

ERCVLEM GALLI lingua gētis uernacula Ogmium uocant. Porrò deum ipsum noua quadam atq; inusitata figura depingūt: decrepitus est apud illos:recaluaster:reliquis capillis, si qui reliqui sunt, plane canis:cute rugosa:& in aterrimum exusta colorem:cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontem potius,aut Iapetum quēpiam ex his qui apud inferos uersantur,diceres.In summa:quiduis po

tius & Herculem esse coniiceres ex imagine. Atq; tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit: ut qui tum leonis exuuium indutus sit: tum dauam dextra teneat: tum pharetram humeris aptatam portet: tum arcum tensum læua prætendat. Deniq; modis omnibus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperā facere Gallos: quū eum eiusmodi fingerent effigie: quo nimirum illum turpibus picturis ulciscerentur: quod olim in regionē ipsorum incursasset: prædas agens id temporis quum Geryonis armenta uestigans occidentaliū gentiū pleraſq; regiones peruastaret. At nondum etiam dixi id quod erat in imagine maxime nouum atq; mirādum. Siquidem Hercules ille senex ingentē admodum hominum multitudinem trahit: omnibus ab aure reuinctis. Porrò uincula catenulæ tenues auro electroue cōfectæ, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. Atqui quum uinculis usq; adeo fragilibus ducātur: tamen neq; de fugiēdo cogitant, quum alioqui cōmode possint: neq; prorsus obnituntur aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: uerum alacres ac læti sequunt, ducentem admirantes, ultro festinantes omnes, & laxatis funiculis, etiam anteuertere studentes. Perinde quasi grauiter laturi, si soluerentur uinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi uidebat omniū absurdissimū. Etenim quū non inueniret pictor unde catenularum

nularũ ſummas anſas necteret: uidelicet dextera iam clauam, læua arcũ tenente, ſummam dei linguam perterebrauit, atq; ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipſe nimirũ ad eos qui ducebantur, uultũ & oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quũ diutius aſſiſtens eſſem contemplatus, admirãs, hæſitans, indignãs: Gallus quiſpiam, qui propius aſtabat, noſtratiũ literarum non indoctus: id quod dedarauit: quum Græcanicam linguam abſolute ſonaret, philoſophus opinor ex eo genere philoſophorũ: quod apud illos eſſe fertur. Ego tibi hoſpes inquit, picturæ iſtius ænigma explicabo. Nam uidere uehementer ad eam attonitus ac ſtupefactus. Orationẽ nos Galli nequaq; arbitramur eſſe Mercurium: quẽadmodum uos Græci: uerũ Herculi illam tribuimus: ꝓpterea quod hic Mercurio longe robuſtior extiterit. Nã quod ſenex fingit, nihil eſt qd' mirere. Siqdẽ una facũdia cõſueuit in ſenecta demũ abſolutũ uigorẽ oſtẽdere: ſi modo uerũ ueſtri dicũt poetæ,

Obduci iuuenum denſa caligine pectus.
Contra ſenectam poſſe quiddam dicere:
Rudi iuuenta melius ac præclarius.

Hinc uidelicet apud uos & Neſtoris lingua melle profluit: & Troianorũ concionatores Lirioeſſan ædunt, uidelicet floridã quandã uocem. Nam liria ſi ſatis cõmemini, flores appellantur. Proinde quod ab auribus uinctos ad linguã trahit ſenex hic Hercules: q nõ aliud cꝫ

ipſe eſt ſermo: ne id quidem debes admirari: qui quidē nō ignores linguæ cum auribus eſſe cognationē. Neq; uero ad contumeliam illius illud pertinet: quod ea patuſa eſt. Nam memini inquit, & Iambicos quoſdā uerſiculos è comœdijs apud uos diſcere,

Siquidem uiris loquacibus
Extrema lingua perforata eſt omnibus.

Quin de eodem hanc in ſumma habemus opinionē, ut quicquid egit, id oratione facundiaq; cōfeciſſe putemus: utpote uirum ſapientem: ac perſuadendo pleraq; ſibi ſubegiſſe. Iam tela illius nimirū rationes ſunt, acutæ, miſſiles, citæ, atq; animum fauciantes. Vnde penniger dicta uos quoq; nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem quum huc me conferens mecū interēundum perpenderem: num decorum iam eſſet: ut tā grandis natu, quiq; iam pridem ab his doctrinæ certaminibus memet abdicaſſem, rurſum me tam multorū iudicum calculis exponerem iudicandum: in tempore ſubijt animum meum eius picturæ recordatio. Nā antehac uerebar: ne cui ueſtrum uiderer hæc admodū puerīliter agere, quaſiq; præter ætatē iuuenari. Proinde ne quis Homericus adoleſcētulus, illud mihi impingeret dicens,

Aetas iam perijt tua. Tum illud,
Ac te corripuit carioſa ſenecta: miniſter
Inualidusq; tibi, & ſegnes tardiq; caballi.

Videlicet

Videlicet eo ſcommate pedes meos notans. Verũ quo ties ſenex ille Hercules recurrit animo, ad quiduis addu cor: ut faciam: neq; me pudet hæc audere: quũ ſim ipſi æqualis imagini. Itaq; robur, celeritas, forma, & ſi qua ſunt alia corporis bona, ualeant: cunq; his tuus o Teie uates, cupido, ubi me mẽto ſubcano uiderit, auro rutilantibus alis, ſi uidebitur uel aquilas præteruolet: neq; laborabit Hippodides, imo nunc uel maxime tempeſtiuum fuerit: facundia repubeſcere, florere, uigere, & cẽſ licet plurimos ab auribus ducere: ac ſæpius arcu ferire: quandoquidem periculũ non eſt: ne quando quis præter ſpem pharetrã inanem reperiat. Vides quibus modis ætatem meam, meamq; ſenectutem ipſe conſoler animemq;: adeo ut non ſim ueritus, nauim iam olim in terram ſubductam denuo reuellere, ſuiſq; inſtructã armis, medium in pelagus demittere. Contingant autẽ à uobis o dij, afflatus ſecundi: quando nunc uel maxime, præſente bono, atq; amico uento nobis eſt opus. Quo ſi digni modo uidebimur: in nos quoq; dicat aliquis Homericum illud,

Quos profert ſenior pannis è uilibus armos.

LVCIANI HERCVLIS GALLICI DESYDERIO ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

EVNVCHVS SIVE

PAMPHILVS LVCIANI, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

NDE NOBIS aduenis Luciane: seu quidnã rei rides? Semper tu quidem & aliàs consueuisti nobis hilaris ac festiuus, occurrere: uerum isthuc magis aliquid solito uidet esse: de quo risum nec cõpescere queas. LVCIANVS. E foro tibi adsum o Pamphile: porrò mox efficiam, ut tu quoq; meũ rideas: simulatq; audieris cuiusmodi litis aduerim actioni: duobus philosophis inter sese contendentibus. PAMPHI. Iam isthuc ipsum pfecto ridiculũ est quod ais: philosophos inuicem lites agitare. Nã etiã si quid magni fuisset negocij, inter ipsos modeste, citrà q; pugnã, cõtrouersiã cõpositã oportuit. LVCIA. Quid ais? Tranquille cõponant illi: qui quidẽ solida plaustra cõuicijs onusta, alter in alterũ effuderint, uociferantes miráq; peruicacia contendentes? PAMPHI. Videlicet de disciplinis atq; opinionibus Luciane, ita ut assolent dissentiebant: quod erant diuersæ factionis. LVCIA. Nequaq;. Imo aliud quiddam erat hoc de quo dissi-

debant.

debant. Nam eiusdem sectæ erãt ambo, eiusdéq; scholæ. Et tamẽ orta inter eos lis erat. Porrò iudices, qui cognoscebant, primates erant huius reip. natúq; maximi ac sapientissimi. Breuiter apud quos pudescat aliqs etiam parum apte quippiam elocutus, nedum ad tantam prouectus inuerecundiam. PAMPHI. Quin tu igitur litis argumẽtum exponis, quo uidelicet ipse etiã cognoscam, quæ res tibi tantũ risum concitarit? LVCIANVS. Scis Pamphile, salariũ, idq; neutíq; exiguũ ab imperatore fuisse cõstitutũ: singulis philosophorũ generibus: puta, Stoicis, Platonicis, Epicureis: cunq; his etiã Peripateticis: ita ut unicuiq; sectæ præmium esset æquale. Cæterũ demortuo ex his quopiã, alius aliquis in eius locũ subrogandus est, qui sit optimatũ calculis probatus. Porrò præmiũ illud, neq; bubula pellis erat quæpiã, quẽadmodũ ait poeta, nec porcellus: uerũ singulos in ãnos decies mille nũmũ: quos accipiũt, uti doceant iuuẽtutẽ. PAMPHI. Memini qdẽ ista. Quin aiũt nup ex illis diẽ obijsse quẽpiã: alterũ ni fallor è Peripateticis. LVCI. Hæc ipsa Pamphile Helena: ꝓpter quã illi inter sese singulari certamine cõflictabãt. Et hactenus quidẽ nihil etiã ridẽdũ erat in illis præter hoc: qd quũ philosophos esse se ꝓfiterent, ac pecunias ꝓ nihilo ducere: tñ earũ gratia pinde atq; ꝓ patria in discrimẽ adducta, ꝓ religiõe maiorũ, ꝓ monumẽtis ꝓgenitorũ, decertarẽt. PAMP. Atq; Peripateticorũ istud est decretũ:

decretũ nõ admodũ esse negligẽdas pecunias: uerẽ eas in tertio quodã bonorũ ordine esse ponẽdas. LVCIA. Recte dicis. Nam ita quidem aiunt. Proinde bellũ hoc ex maiorum iudicio, sententiaq; illis extitit: uerũ quæ postea cõsequuta sint, iã ausculta. Primũ cõplures quidem alij in defuncti illius funebribus ludis decertabãt: sed inter hos præcipue duo uiribus pares: puta Diodes ille senex: nosti quẽ dicam: contentiosum illũ inquam: præterea Bagoas: q quidẽ ea specie est: ut eunuchus ei/ se uideatur. Inter hos initio de doctrina, déq; philoso/ phiæ decretis atq; opinionibus est decertatũ: & uterq; sui specimẽ ac documentum dedit: quod esset Aristote licæ factionis: quodq; eius placita sequeretur ostendit. At per Iouem in hoc certamine, neuter altero superior erat. Lis igitur huc deflexit deniq;. Diodes desinens iam eruditionis suæ periculum ac specimen ostendere, ad Bagoã descendit ac uitã illius in primis carpere est aggressus, Bagoas itidẽ huius uitam uicissim taxabat. PAMPHI. Idq; merito Luciane. Siquidem eius rei magis erat habenda ratio. Proinde si ego forte iu/ dex causæ sedissem: magis in hoc ut mihi uidetur, futurus eram occupatus: potiusq; spectassem, uter moribus esset præstantior: quam uter ad disputan/ dum ac dicendum promptior: atque illi potius quam huic uictoriam adiudicassem. LVCIANVS. Re/ cte dicis. Equidem isti tuæ sententiæ meum & ipse

calculũ

calculum addo. Verum ubi iam conuicijs, ubi maledictis essent satiati, tandem Diocles illud aiebat nefas esse, uel conari aut proponere Bagoam, uti cum philosophiæ studio, cumq; pulcherrimis illius præmijs, commercium haberet, qui quidem eunuchus esset. Imo hoc hominum genus, non solum ab eiusmodi cõtubernio seduci oportere, uerum ab ipsis etiam sacris, ac uasis puris, breuiter ab omnibus publicis cœtibus eijci. Ostendens inauspicatũ quoddam & occursu infaustum spectaculum fore, si quis mane domo egressus, uel uideat istiusmodi quippiam. Atq; hac de re multis uerbis disserebat, affirmans eunuchum neq; uirum esse, neq; mulierem, sed quiddam utrinq; compositũ & conflatum, planéq; monstrum ab hominum natura speciéq; alienum. PAMPHIL. Nouam accusandi rationem nobis narras Luciane. Iamq; & ipse ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num obticebat? An uicissim & ipse quiddam ausus est ad ista respondere? LVCIA. Initio quidem pudore ac metu (nam id est istis familiare) diutius obticebat, erubescẽs interim, palamq; præ se ferens id quod erat. Tandem autem tenuem quandam ac muliebrem ædens uocem, negabat æquum facere Diodem, qui se qd' Eunuchus esset, ob id à philosophia seduderet, cum qua fœminis etiam esset cõmercium. Allegabantur, Aspasia, Dioti-ma, Thargelia, quæ causam illius adiuuabãt. Præterea

Academicus quidam Eunuchus natione Gallus, qui paulo ante noſtram ætatem maximi nominis apud Græcos floruiſſet. Portò Diodes etiam illum ipſum, ſi quidem extaret ac ſimili negocio ſeſe miſceret, prohibiturum ſeſe reſpondit, nihil expauefactum opinione, quam apud uulgus obtinebat. Ad hæc quum ipſe quædam dicteria in illum iaciebat, tum referebat in eum quæ à Stoicis maximéq; Cynicis dicta ad riſum concitandum erant idonea, de corpore mutilo atq; imperfecto. Hac in re iudicũ cognitio uerſabat. Deniq; totius cauſæ iam illud caput eſſe cœpit, Num eunuch⁹ idone⁹ eſſet cenſendus, qui ad philoſophiã admitteret, quíq; iuuenibus præfici poſtularet, quũ alter interim formã etiã ac corporis integritatẽ, in philoſopho requirẽdam eſſe diceret. Maxime uero uti barbã altam ac promiſſam gerat, quo uidelicet ijs, qui diſcẽdi cupidi aduenirẽt, uir grauis appareat, & is cui fides haberi debeat, neq; indignus uideat decẽ illis drachmarũ milib⁹, quæ foret ab Imperatore capienda. Cæterũ Eunuchorũ conditionẽ etiã & Spadonũ eſſe uilioré. Nã illos aliquando uirile quiddã expertos fuiſſe, at hunc ab ipſo ſtatim ortu fuiſſe exectũ, planéq; animal eſſe quoddã, uariũ atq; anceps, non aliter & cornices, quæ neq; inter columbas, neq; inter coruos numerari queant. Alter cõtra reſponderet eo iudicio nõ de corporis agi figura, uerũ de animi uirtute, proinde mẽtis qualitatẽ expendi oportere,

déq;

déq; dogmatum cognitione quærendum esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidē Ermeam eunuchū Atarne oriundum tyrannum supra modum sit admiratus, adeo, ut illi perinde atq; Dijs sacra fecerit. Ausus est & illud addere Bagoas, multo magis idoneum esse eunuchum, cui adolescentes erudiendi credant', qd' ab hoc nulla in illos calumnia possit hærere, neq; Socraticum illud crimen in hunc competat, qd' adolescentulos corrumpat. Deinde quæ ille potissimū in mentum imberbe fuerat cauillatus, ea hic facete, ut ipsi quidē uidebatur, reiecit. Etem̄ si è barbæ prolixitate, inquit, philosophos æstimare cōuenit, nimirum hircus ante omnis primas tenebit. Hic tertius quidam assistens (nomē hominis silebitur) atqui iudices, inquit, hic malis læuibus, ac fœminea uoce, reliquóq; corporis habitu eunucho adsimilis, siquis uestes detrahat, egregie uir esse uidebitur. Alioqui mentiuntur qui ferunt eum aliquando in adulterio deprehensum, mēbra in membris, ut legum tabulæ loquunt', habentē, atq; id quidem temporis ad eunuchum cōfugisse, eáq; reperta latebra absolutū fuisse, quū iudicibus crimen persuaderi nō posset, ut qui è specie hominē iudicarēt eunuchū. At nunc mihi palinodiam canturus uidet', idq; ppter ostentatū præmium. Hæc quū dicerent', omnibus, ut par erat, risus est ortus. Porrò Bagoas magis etiam perturbabatur omnē in speciem sese uarians, atq; in innumerabiles uersus

colores, tum frigido ſudore fluens, ac neq; decoru ſibi exiſtimabat adulterij crimen agnoſcere, neq; rurſum eam accuſationem inutilem ad præſens certamen abiurabatur. PAMPHI. Profecto deridicula ſunt iſta Luciane, neq; uulgarem uobis, uti coniectandum eſt, uoluptatem præbuerunt. Verum quo tandem res euaſit? Et quid ſuper his pronunciarũt iudices? LVCIA. Non erat eadem omnium ſententia. Verum alijs quidem uiſum eſt, uti nudato illo, quemadmodum in emptionis ſeruis fieri conſueuit, inſpicerent, num in ijs quæ ad pœnem pertinent, philoſophari poſſet. Alij uero ſententiam dixere multo magis etiam hac ridiculam, nempe ut accerſitis è luſtro mulieribus aliquot iuberent illum cum illis congredi, ac uiri officio fungi, aſtante interim è iudicibus quopiam, qui quidem eſſet natu maximus, fidéq; ſpectatiſſima, qui inſpiceret num philoſophum præſtaret. Hæc ubi omnium riſu fuiſſent excepta, neq; quiſq; omnino adeſſet, cui non doleret aluus riſu concuſſus, uiſum eſt ut integra cauſa in Italiam reijceretur. At nunc alter, ut aiunt, ad eloquentiæ oſtentationem ſemet exercet atq; inſtruit, & accuſationem ꝯelaboratiſſimam meditat adulterij crimen aggrediẽs, id quod ipſi maxime aduerſatur. Quod quidẽ & hic facit, iuxta malorum rhetorum morem, quum ex ipſo crimine aduerſarium inter uiros recenſet. Contra Bagoas diuerſa curat, quẽadmodum audio, & aſſidue uirum agit, negotiumq;

gotiumq; præ manibus habet. Poſtremo uicturũ ſeſe ſperat, ſi modo docere poſſit, ſe nihilo deteriorem eſſe equas ineuntibus aſinis. Id enim amice uiſum eſt optimum philoſophiæ documentum, atq; una demonſtratio, quæ refelli nõ queat. Proinde optarim, ut filius qui mihi eſt adhuc admodum adoleſcens, non animum & linguam, ſed penẽ haberet ad philoſophiã idoneum.

LVCIANI EVNVCHI SIVE PAMPHILI DES. ERAS. ROTERODAMO INTERPRETE FINIS.

LVCIANVS DE SACRIFICIIS, DES. ERAS. ROT. INTERP.

NIMVERO ſiquis recenſere uelit, quæ ſtultiſſimi mortales factitant, in ſacris, in feſtis diebus, in adeundis, ſalutandiſq; dijs, tum quas res ab illis petant, quæ uota faciant, cuiuſmodi ſint, quæ de illis ſentiunt, ſtatuuntq; equidem haud ſcio, ſit ne quiſq; animo curis ita confecto, uſq; adeo mœſto, quin riſurus ſit, ubi perpenderit negotij tum abſurditatem, tum amẽtiam. At multo ante q; ridere incipiat opinor ſecum illud expendet, utrum pios iſtos appellari con-

ueniat, an cõtra, Dijs inimicos, atq; infelices, ac genios malos, qui quidem numen ipsum, rem usqadeo humilem atq; abiectam existimant esse, ut humanis egeat obsequijs, utcq; adulatione capiatur ac gaudeat, rursum ut stomachetur atq; iracunde ferat, si negligatur. Nam Aetolica illa mala, simulcq; Calydoniorũ calamitates, totcq; hominũ cædes, ad hæc & Meleagri interitũ, hæc omnia à Diana autore profecta esse prædicant, quæ uidelicet grauiter ferret, qd' ab Oeneo nõ esset ad sacrificium adhibita. Vsqadeo nimirũ alte dolor hic animo illius insederat, quod sacris epulis esset frustrata. Quin illam iam mihi uidere uideor, ut erat id tẽporis, in cælo solitariam, reliquis Dijs ad Oenei cõuiuiũ profectis foras, miseris modis gerentẽ sese, ac miserabiliter eiulantem, q; ab eiusmodi festo esset abfutura. Cõtra Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis felices quis dixerit, si modo Iuppiter illis gratiã referret pro humanitate, quã in initio poematis Homerici in ipsum exhibuerant, duodecim perpetuos dies epulis acceptum, idcq; quum reliquis etiã Dijs comitatus ad cõuiuiũ ueniret. Vsqadeo nihil ut apparet quicquid faciunt illi, gratis faciunt, uerũ sua bona uendunt mortalib9, atq; emere quidẽ ab illis licet omnia, puta bonã ualitudinẽ buculã, diuitias bobus quatuor, tum regnũ bobus centũ. Praeterea sospitẽ ab Troia in Pylum reditũ tauris nouem. Iam ex Aulide ad Ilium transmittendi facultatẽ regia

puella

puella. Nam alius quidam, ne id temporis urbs caperetur, à Minerua mercatus est bobus duodecim, ac peplo. Verisimile est autem, esse præterea quædam, quæ uel gallo, uel corolla, uel solo thure ab illis redimi queant. Hæc igitur quum non ignoraret, opinor, Chryses ille, utpote, tum sacerdos, tum senex, diuinarumq; rerum egregie peritus, posteaquam re infecta rediisset ab Agamemnone tanquam qui pridem Apollini mutuum dediisset beneficium, ita nunc imputat ac reposcit uicem, quin conuiciatur etiam propemodum, nempe quum sic ait, Equidem Apollo egregie, templum tuum, quum id temporis adhuc esset incoronatum, sæpenumero coronis ornaui, deinde tam multas tibi in aris adoleui coxas taurorum, pariter atq; caprarū. At tu cōtra, me negligis, quum huiusmodi patiar iniurias, próq; nihilo ducis hominem bene de te meritum. Qua quidem oratione in tantum ille pudefactus est, ut protinus arrepto arcu, ac supra nauium stationem sese collocans pestem in Græcorum copias iacularetur, ne mulis quidem & canibus intactis. Sed quoniam de Apolline incidit mentio, referam de eodem & alia, quæ de illo sapientes isti tradunt, non illa quidem, quoties quam infeliciter amarit, non Hyacinthi cædem, neque Daphnes superbiam, uerum quemadmodum damnatus etiam fuerit, & ob Cyclopes interfectos in exilium exactus. Vnde factum, ut è cælo in

terram

terram demitteret, humana iam sorte usurus, nostrisq; malis factus obnoxius. Præterea autem quemadmodum in Thessalia mercenariam operam suam locarit apud Admetum, tum item in Phrygia apud Laomedontem, atq; apud hunc quidem haud solus, uerum cum Neptuno, quum ambo propter egestatem lateres cõponerent, inq; construendis mœnibus operam præstarent. Ac ne mercedem quidẽ solidam à Phryge illo tulerunt, uerũ debebat illis adhuc de summa, ut ferunt, plus triginta drachmas Troiani nomismatis. Quid enim? An non hæc in Deorum honorem fabulantur poetæ? atq; his etiam multo diuiniora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rhea, denicq; de uniuersa fermè Iouis familia, idq; inuocatis, ut adsint canentibus in exordio poematum, Musis, à quibus tandem uelut afflati numine, id quod apparet, huiusmodi quædam cantant. Quemadmodum Saturnus ut primum Cælum patrem suum execuisset, ipse in eo regnauerit, deinde liberos suos deuorarit, sicuti ferunt fecisse & Argiuum illum Thyestem. Deinde quemadmodum Iuppiter furtim occultatus à Rhea saxum pueri loco subiiciente, in Cretam sit ablegatus, atq; inibi à capella nutrice sit alitus, itidem uidelicet, ut Telephus à cerua, Cyrus Persa, is qui prior regnauit, à cane narratur enutritus. Postea quẽadmodum expulso patre, atq; in uinculis coniecto, ipse potitus sit imperio. Duxerat autem

uxores

uxores compluris quidē alias: ſed poſtremo, loco Iunonem germanam, idq; iuxta Perſarum & Aſſyriorū inſtitutum. Tu autem quod eſſet in amores propenſus, atq; in Venerē effuſus, facile cælum liberis expleuerit. Quorum alios ex ſuæ ſortis Deabus crearit: alios contra Nothos, ex mortali terreſtriq; genere ſuſtulerit. Quum interim generoſus ille, nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut aquilam uerteretur: ac in ſumma plures ſibi formas aſſumeret, q̄ uel Proteus ipſe. Porrò Mineruā è ſuo ipſius capite progenuit, hāc planè ſub ipſo cerebro complexus. Nam Bacchum imperfectum adhuc (ut aiunt) è matre etiānum cōflagrante ſurreptum, in ſuū femur illatum defodit. Deinde urgente partu, execuit. Nec his diſſimilia, de Iunone etiā canunt. Nempe hanc citra uirilem congreſſum, ſubueneaneo conceptu grauidam puerum ædidiſſe Vulcanū: atq; eum quidem non admodū fortunatum, uerum ex cuſorem ac fabrū ærariū: quiq; perpetuo tū in igni, tum in fumo uerſetur, ac ſcintillis oppletū: quippe cuius ars in fornacibus exerceatur. Tum aūt ne pedibus quidem integris: claudicare enim è ruina, quum à Ioue præceps datus eſſet è cælo. Quod ni Lemnij p̄ ſua bonitate eū, dum adhuc ferretur in aere, ſuſcepiſſent, perierat nobis Vulcanus: non aliter quàm Aſtyanax è turri deiectus. Quanq; quæ de Vulcano narrant, toleranda uideant. Cæterum de Prometheo, cui non cognitum eſt, q̄ atro

cia sit passus, propterea quod supra modum humanæ gentis amans fuerit? Siquidem hunc Iuppiter in Scythiam deportatum, super Caucasum montẽ cruci suffixit: adhibita illi aquila, quæ iecur illius assidue circumroderet. Hic itaq; pœnas pẽdit. Porrò Rhea (nã sunt hæc quoq; simul referenda) an nõ indecore, atq; indigne sacit? Iam anus quũ sit, & ætate exacta, ijsq; rebus intempestiua: deinde tam multorũ mater Deorũ, dum pueros adhuc adamat, eoscq; zelotypia ꝓsequitur: duinq; Attem ipsum leonibus secũ circũuectat, præsertim quũ iam utilis esse non queat? Itaq; quinam posthac uitio uertat aliquis, uel Veneri quod adulteretur, uel Dianæ quod ad Endymionem frequenter medio è cursu diuertens descendat? Sed age missas faciamus has fabulas atq; ipsum cælum cõscendamus, poetico illo more subuolantes: ea nimirũ uia, quã unam pariter cum Homero Hesiodus cõmonstrat: contemplaturi, quẽ in modũ singula apud illos sint ordinata. Ac primũ quidẽ quod forinsecus sit ferreũ, uel ab Homero, qui id ante nostrã ætatẽ dixit, audiuim9. Quod si superas, ac sublato paulũ capite sursum aspexeris, ac planè in ipsum quasi dorsum peruenieris: ibi simul & lumẽ apparet candidius, & serenior sol, & astra fulgẽtiora, nihilq; usq; oculis occurrit nisi dar9 dies, ac solũ undiq; aureũ. Cæterũ introgredienti, primo loco mãsitant Horæ: quippe quæ portas seruant. Post eas Iris ac Mercurius: utpote ministri Io-

uis &

uis & internũcij. Deinde Vulcani fabrilis officina, omni gena referta artificio. Postea Deorum ædes, ac Iouis ip sius regia: quæ quidẽ omnia Vulcanus pulcherrime fabricatus sit. At uero Dij iuxta Iouẽ assidentes (conuenit em̃ opinor, ut in supernis illis sedib⁹ magno strepitu, fastúq; uiuatur) in terrã despiciunt: & quoquouersum intento capite, circũspectant, sicunde subuolantẽ ignẽ uideant, aut nidorẽ in aera surgentẽ, circáq; fumũ rotantem sese. Quod siquis forte sacrũ faciat: epulantẽ omnis fumo inhiantes, ac muscarũ in morẽ sanguinẽ exugentes circũ aras effusum. Alioqui si domi cibũ capiant, nectare atq; ambrosia uictitant. Nã olim homines etiã ab illis in cõuiuiũ sunt adhibiti, unáq; cũ eis potarunt: nẽpe Ixion ac Tãtalus: uerũ illi quoniã uim & raptũ pararent, essentq; futiles & garruli: ob id in hũc quoq; diẽ pœnas luunt. Porrò reliquo mortaliũ generi cælũ iã in accessum est, atq; occultũ. Et in hũc quidẽ modũ uiuitẽ à Dijs. Proinde uidelicet & iã mortales ipsi in colendis illis consimilia quædã atq; istis cõsentanea moliuntur. Nam primũ lucos illis attribuerũt: tum & montes dicarunt, præterea aues cõsecrarunt: deinde suã cuiq; arborem assignarũt. His factis p regiones illos distributos colunt, eosq; uelut in ciuitatẽ suã receptãt. Nẽpe Apollinẽ Delphi Delijq;: Mineruã Atheniẽses: quæ qdẽ Græcis Athena dicta, uel ipso uocabulo se ei Reip. familiarẽ esse testatẽ. Argiui Iunonẽ: Mygdonij Rheã: Venerẽ

Paphij. Rursum autē Cretenses Iouem affirmant non modo uixisse apud sese, nutritumq; fuisse: uerūetiam sepulchrum illius ostendunt. At nos scilicet interim tam multis iam sæculis fallimur: qui quidem opinemur Iouem tonare, pluere, reliquáq; omnia peragere. Et illud nos latuit, eum iam olim fuisse defunctū, & apud Cretenses sepultum. Deinde uero phanis in honorem illorum erectis, ne tectis uidelicet aut penatibus carcāt, formas illorū exprimunt, adhibito ad id uel Praxitele, uel Polydeto, uel Phidia. At hi quidem artifices, haudscio ubinam uisam, eorum effigiem repræsentāt. Ac Iouem quidem barbatum fingunt. Apollinē uero semper pueru. Mercurium iam pubescentem, primamq; ducentē lanuginem. Neptunū nigro capillitio: cæsijs oculis Minerua. Attamen qui templa ingrediuntur, nō iam arbitrantur sese uidere, uel ebur ab Indis aduectum, uel è Thracum uenis effossum aurum: uerū ipsum Saturni Rheæq; filium à Phidia in terram hospitem adductū, iussumq; Pisanorū in solitudine custodem ac speculatorem assistere: idq; hoc contentū præmio, bonicq; consulentem: si intra quinq; perpetuos annos dum Olympia celebrātur, interim obiter illi sacrificet aliquis. Tum autem constitutis aris, designatis sacrorum septis, puris uasis collocatis, uictimas offerunt: bouem aratorē agricola, agnum opilio, capram caprarius. Est qui thus, est qui placētulā offerat. At siquis pauper: is ita Deo litat, ut dextrā

ut dexterã duntaxat ſuam ipſius exoſculetur. Iam uero quũ immolant (nam ad illos redeo) primũ ſertis coronãt pecudem: multóq; ante explorant, num legitima ſit & ſacris idonea: ne quid forte mactent, ex his quæ religio repudiat: deinde ad aram applicant, ac ſub oculis Dei iugulant, flebile quiddam emugientẽ, benéq;, ſicuti licet conijcere, ominatum: denicq; uoce iam leuiore ad ſacri tibias reſpondentẽ. Quis uero nõ facile coniectet gaudere Deos, quũ iſta ſpectant? Quin & in frontiſpicio poſita ſcriptura denunciat: ne quis intra pura uaſa conſiſtat, qui manibus ſit impuris. Atqui ſacrificus ipſe ſanguine fœdatus, neq; aliter q̃ Cyclops ille pecudẽ incidit, inteſtina educit, cor reuellit, cruorem aræ circũfundit. Et quid tandẽ non obiens, peragensq; quod ad pietatem, ſacrorumq; ritum pertineat? Poſt omnia demũ incenſo igni, capram ipſa pariter cum pelle deportatã imponit: ipſam item cũ lanis ouem. Nidor interim ille ſacer atq; diuinus ſurſum fertur, atq; in ipſum uſq; cælum ſubuectus paulatim diffunditur. Iam uero Scythæ reliquis omnibus hoſtijs omiſſis: ut quas uiles atq; humiles exiſtiment, ipſos homines mactant Artemidi, atq; eo ritu Deam placant. Verum hæc fortaſſis, modeſta uideantur: cumq; his ea quæ factitant Aſſyrij, quæ Phryges, quæ Lydi. Verum ſi in Aegyptum proficiſcaris: ibi demũ, ibi uidebis permulta religioſa, planéq; cælo digna. Puta Iouem arietino uultu: Mercurium illum

optimum facie canina: Panem uero totum hircum. Ad hæc alium Ibim, alium Crocodilum, aliũ etiam Simiã. Quod si his quoq; de rebus

Quo planè pernosse queas didicisse libebit,
Compluris sophistas audies: tum scribas, ac pphetas
mento raso, qui tibi narrent (Sed prius, ut dici solet,

Fores occlude prophane.) Quemadmodum uide licet quondam ea seditione territi, quam mouerant hostes atq; gigantes, in Aegyptũ deuenerint: ut illic in posterum tuti ab hostibus latitarent. Et ob eam causam alius hircum induerit, alius arietem, nimirũ præ formidine, alius feram, alius auem. Atq; hinc esse: ut Dij nũc etiam eas obtineãt formas, quas id temporis assumpserant. Nam hæc diligenter mandata literis, idq; ante annos plus decies mille in adytis illorum reposita seruantur. Porrò sacrorũ peragendorũ idem fermè apud illos ritus, nisi quod hostiam luctu prosequũtur: iámq; matætatæ circũfusi mẽbra laniant. Sunt qui sepeliant duntaxat, posteaq; occiderint. Nam Apis ille qui quidem Deus apud illos est maximus, siquando moriatur, quis usq; adeo magni faciat cæsariem suam: qui nõ eam detondeat, ac nudo capite luctũ præ se ferat: etiam si uel purpuream Nisi comam habuerit? Est autem hic Apis Deus ex arméto iam antea suffragijs designatus: utpote multo formosior ac uenerabilior reliquis illis priuatis & gregarijs bubus. Hæc igitur quum sic habeant, & tamen

tamen à uulgo uera, seriáq; credantur: mihi quidem po ſtulare uidentur: non qui reprehendat, ſed uel Heradi/ tum potius aliquem, uel Democritū: quorum hic amen tiam eorum rideat, ille deploret inſcitiam.

LVCIANI DE SACRIFICIIS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

ERASMVS ROTE-

RODAMVS IOANNI EVTYCHIO SVO, S. D.

VANQVAM hic Luciani Dialogus Eutychi doctiſſime, plurimū habeat artis, ob decorum mire ſeruatū in per ſonis tam multis, tamq; diuerſis: ta/ men aliquot repperi, qui dicerent eſſe premēdum, quod liberius, ac uelut ἐξ ἀμάξης philoſophorum omne genus laceret. At mihi ui detur iuſtius eſſe ſtomachandū in huius ſæculi mores, q̄ uidemus Philoſophorū ac Theologorū ſcholas mul to puerilius etiā inter ſe diſſidere: nec minus atrociter di gladiari, tum inter religionis profeſſores, nihilominus cruentā eſſe pugnā, q̄ in eo cōuiuio fuiſſe Lucianꝰ, uel finxit, uel retulit. Hunc igit̄ libellū quoniā forte ἀδέσποτον repperi, & tamē patrono uidebat̄ egere, Eutychio dicaui. Bene uale, ἀγαθὴ τύχῃ, ut planè ſis quod diceris. Antuuerpiæ AN. M. D. XVII.

Luciani

LVCIANI CONVI

VIVM SEV LAPITHAE. DES. ERASMO RŌTEROD. INTERPRETE.

PHILON. LVCIANVS.

PHILON.

OVAM quādam & uariam diſputationem Luciane uobis fuiſſe narrant, ſuper qua nam apud Ariſtænetū tum philoſophicos quoſdam ſermones dictos, ac ſuper his ſummā contentionem exortam fuiſſe. Quod ni mentitus eſt Charinus, etiam ad uulnera uſq; rem proceſſiſſe: denicq; ſanguine conflictū fuiſſe diremptū. LVCIA. Atqui undenam Philon iſta reſciuit Charinus? neq; enim is nobiſcum aderat in cōuiuio. PHIL. E Dionico medico aiebat audiſſe ſeſe. Potrò Dionicus etiam ipſe è cōuiuarum numero fuit opinor. LVCIA. Fuit maxime. Verū ne is quidem ab initio rebus omnibus fuit præſens: ſed ſerius aduenerat, media fermè pugna, paulóq; ante uulnera. Proinde demiror: ſiquid comperti, certiue referre potuit, qui nō ordine ſpectarit illa: unde inter illos nata lis, poſtea ad ſanguinem uſq; deducta eſt. PHIL. Proinde Luciane

Charinus

Charinus:etiam ipſe ſi rem cõpertius uellem cognoſce re,& quo ſingula modo ſint geſta doceri,te adirẽ iuſſit. Nam Dionicũ etiam ipſum faſſum fuiſſe:ne ſe quidẽ toti negocio præſentẽ adfuiſſe. Te uero quicquid eſſet actum,id omne comperto,certóq; ſcire:tum etiam quæ dicta inter illos fuerint, meminiſſe:quippe qui eiuſmo di nõ obiter neq; neglectim audire,ſed per ocium atq; attente auſcultari ſis ſolitus. Proinde nunc̃q; effugies, quin nos hoc ſuauiſſimo accipias epulo:quo mihi quidem haud ſcio,an ullum poſſit accidere iucundius:præ ſertim quod ſobrij per ocium tuto ac citra ſanguinem, extráq; teli,quod aiunt,iactũ cõſtituti ſumus epulaturi.

Siue ſenes aliquid Super cœnam ſunt debacchati:
Siue etiam iuuenes:

à mero compulſi ſunt:quæ neutic̃q; fas erat, tum dicere, tum facere. LVCIA. Iuuenilius tu quidem Philon,atq; inconſultius hæc nos iubes in uulgus efferre:eáq; referre,quæ inter pocula ab ebrijs ſunt acta:quũ hæc magis oporteat obliuioni tradere,eáq; oñia Baccho Deo uelut autori imputare:qui quidem haud ſcio, an quenc̃q; ſuis nõ afflatum Orgijs,& Bacchanalium expertẽ præterierit. Proinde uide ne hominis ſit parum bene morati,eiuſmodi adamuſſim exquirere: quæ rectius erat in conuiuio reliquiſſe, atq; ita diſcedere. Siquidem odi (ſicut inquit uerſus poeticus) memorem compotorem. Ne à Dionico quidẽ recte factum:qui hæc apud Cha-

rinum effutiuerit: immodicamq; & pridianã diſſipant temulẽtiam hominũ philoſophorũ. Cæterũ ego, abſit ut iſtiuſmodi quippiã ſim dicturus. PHIL. Nugas agis Luciane, quum iſta dicis. Quin haudquaq; oportebat ad iſtum modum apud me præſertim agere: ut qui certo ſciam, te multo cupidiorem eſſe narrandi, q; ego ſim audiendi. Adeo ut mihi uidearis, ſi deſint q te audiant, uel ad colũnam aliquã, aut ſtatuam libenter acceſſurus, quo cuncta pariter euomas. Quod ſi nũc coner diſcedere, non ſines, ni te prius audiero, abire. Verũ ultro aderis, cõſectabere, rogabis. At tum ego te uiciſſim luſero. Iamq; adeo, ſi ita uis, abimus: ex alio quopiam hæc eadem audituri. Tu uero ne dicito. LVCIA. Age ne qd ſuccenſeas. Equidem dicam, quandoquidẽ uſq; adeo cupidus es audiendi: uerum heus ea lege, ne paſſim in uulgus efferas. PHILON. Ni prorſus ignoro Lucianũ, tute iſthuc potius feceris. Nam prior ipſe denarrabis omnibus, ut me quidẽ ad id nihil futurũ ſit opus. Sed illud mihi primo reſpõde loco: Ariſtænetus, num filio Zenoni dabat uxorẽ, atq; ita in nuptijs eius uos accepit? LVCIA. Nõ: imo filiam ſuã elocauit Cleanthidẽ, idq; Eucriti nummularij filio, qui philoſophiæ dat operam. PHIL. Formoſo admodum per Iouem adoleſcentulo: tametſi tenero adhuc & uxoriæ rei non admodum maturo. LVCIA. Verum: at non inueniebat, opinor, alterum generũ magis idoneũ. Hunc igitur qui tum modeſtus

ſtus uideretur, tum ad philoſophiæ ſtudiũ propenſus: præterea autẽ unicus Eucriti diuitis, ex omnibus delegit filiæ ſuæ maritum. PHIL. Cauſam neutiq; leuem dixiſti, nempe quia diues ſit Eucritus. Verum heus Lucia ne, quinam erant cõuiuæ? LVCIA. Reliquos illos quorſum attinuerit tibi recẽſere? Verum è philoſophorum numero, ac literatorum: quos potiſſimũ, opinor, audire cupis. Zenothemis erat, ſenex ille Stoicus: unáq; cum hoc Diphilus, cui cognomẽ Labyrinthus: & hic quidẽ qđ eſſet Zenoni Ariſtæneti filio præceptor. Deinde peripateticæ factionis Cleodemus: noſti hominẽ, nempe dicacem illum & argutũ, atq; ad refellendũ inſtructũ. Diſcipuli gladiũ ac bipennem nominant. Quin & Hermon aderat Epicureus. Verũ hũc quũ ingrederet, Stoici toruis obtuebãtur oculis, & auerſabant: palamq; perinde quaſi parricidã quẽpiam atq; impiũ ac funeſtum deteſtabantur. Et hi quidem tanq; Ariſtæneti ipſius amici, familiaréſq; fuerant ad cœnam uocati, quos comitabatur & Iſtiæus grammaticus, & Dionyſodorus rhetor. Iam uero propter ſponſum Cheream unà cum illo ad cõuiuium acceſſerant, Ion ille Platonicus: quod is iuueni præceptor eſſet: uir uenerandus aſpectu, ac maieſtatis quiddam præ ſe ferens, multumq; dignitatis ipſo oſtendens ore. Vnde nõnulli propter animi cõſtantiã ac rectitudinem regulam illum appellant. Huic ſimul ut ingrediebatur aſſurgebant omnes, ac ueluti

præcipuũ quẽdam ac primariũ hominem comiter atq; officioſe exceperunt: adeo ut planè numen aliquod aduenire uideretur, quũ adeſſet Ion admirandus ille. Tandem uero, quum iam omnes fermè conuiuæ præſentes eſſent, tempus erat ut diſcumberetur. Itaq; ad dextram ingreſſus totam illam ſpondam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat & ſponſa, ſummo ſtudio culta: hinc atq; hinc ſtipata fœminis. Porrò ex aduerſo oſtij, altera turba, pro cuiuſq; dignitate locis diſtributis. Porrò è regione, mulierũ primo loco accumbebat Eucritus, ſecundo Ariſtænetus. Sub hæc ambigi cœptũ, utrum altero priorem oporteret accumbere, Zenothemim ne Stoicũ: quippe ſenem, an Hermonem Epicuræum. Nam hic erat Caſtoris ac Pollucis ſacerdos: tum autem nobiliſſimæ inter ciues familiæ. Verum eam hæſitationem ſuſtulit Zenothemis: ſi me inquiens Ariſtænete, minoris ducis Hermone: uiro uidelicet iſto, ut ne quid aliud mali dicã Epicuræo diſcedo, totumq; conuiuium uobis relinquo. Et puerũ protinus aduocat, diſcedere parans. Tum Hermon. Imo habeto inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quanq; etiam ſi nihil aliud uel hoc nomine par erat concedi, quod ſacerdos ſim ut planè contemnas Epicurũ. Rideo, inquit Zenothemis, ſacerdotem Epicuræum. Simulq; cum dicto accũbebat. Poſt hunc tamẽ Hermon. Deinde Cleodemus peripateticus: pone hunc Ion, proxime hũc ſpõ

ſus

sus:post eũ ego,iuxta me Diphilus:huic assidebat Zenon discipulus. Postremo rhetor Dionysodorus cum Istiæo grãmatico. PHIL. Papæ Luciane Musarum conuentum quendã mihi narras fuisse istud cõuiuiũ:quippe plurimis sapiẽtibus ac doctis uiris refertum. Ego uero laudo Aristænetum:qui quũ optatissimam illam,ac splendidissimã solennitatem celebraret:præ cæteris sapientissimos uiros adhibere uoluerit:idq; adeo delectis ex unaquaq; philosophiæ secta præcipuis:nõ hos aduocans,illos præteriens:uerum promiscue uocans omnis. LVCIA. Is uero nequaq; est è uulgariũ istorũ diuitũ numero,uerum & literarũ est studiosus,ac maximã uitæ partem in his rebus uersatur. Cœnabamus igitur initio quidẽ,taciti & quieti:uariusq; erat apparatus & omnijugus. Neq; enim arbitror operæpreciũ,ut numero recensẽam etiã illa condimenta,cupedias,aromata,atq; id genus illectamenta. Cuncta siquidẽ affatim suppetebant. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurẽ ore:nõ uides,inquit,senẽ illũ Zenothemim dicebat(subauscultabã enim)ut sese opsonijs ingurgitat, utq; iure uestẽ oppleuit:tũ q̃ multa puero à tergo stanti porrigit,putans interim se aliorũ oculos fallere:neq; meminit post sese accũbentiũ? Hæc igit̃ fac & Luciano cõmonstres,quo testis esse possit. Mihi uero nihil Ione mõstratore opus erat:quippe qui hæc multo ante limis iã oculis præuiderã. Hæc simulatq; dixisset Cleodem⁹:

irruit in cõuiuiũ & Alcidamas Cynicus: atq; ijs quidem inuocatus, uulgatũ illud festiuitatis gratia præfatus de Menelao, qui ultro ad fratris cõuiuium accessisset. Itaq; plerisq; turpiter atq; impudenter uisus est fecisse: & qd cuicq; tum forte in mentẽ ueniebat, in eum torquebat: alius illud: Insanis Menelae. Alius rursum. Verum Agamẽnoniæ menti non ista placebant. Ad hæc alia quæ pro tẽpore salse, lepidéq; dici poterãt, in eũ obmurmurabãt. Nã palam nullus audebat quicq; dicere propterea qd' metuerẽt Alcidamantẽ utpote conuiciatorẽ egregiũ, unũq; è Cynicis omnibus clamosissimũ. Qui quidẽ re adeo uisus est reliquis antecellere, ut nulli non esset formidandus. At Aristænetus collaudatũ illũ qd' inuocatus aduenisset: iussit accepta sella, iuxta Istiæum ac Dionysodorũ accumberet. At ille: Apage, inquit, mu liebre quiddã ac molle dicis uti in scãno aut sella sedeã quẽadmodũ facitis uos: mollibus in stratis penè supini recũbẽtes, purpura suffulti. Quin ego tibi uel stans conuenuero in ipso interim cõuiuio etiã obambulãs. Quod si defatigatus fuero: tum humi substrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem uidelicet Herculẽ pingũt. Ita fiat, inquit Aristænetus, siquidẽ isthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbẽ cõuiuiũ lustrãs, cœnabat, Scytharũ ritu: ad uberiora pascua subinde sese transferens, unáq; cũ his qui inferebãt edulia, circũiens atq; obambulans. Atq; interim tamẽ dum cibum caperet, haudquaq; ne-

gocio

gocio uacabat, de uirtute obiter, de uitio disserens, tum in aurum atq; argẽtum dicteria iaculans: iamq; Aristænetum percõtabatur: quidnam sibi uellent, tam multa, tam magna pocula, quũ non minus usui possent esse fictilia? Verũ Aristænetus iam obturbantẽ, molestũq; esse pergentẽ, in præsens quidem compescuit: ministro innuẽs, ut ingentẽ calicem, infuso meracissimo uino, illi porrigeret. Atq; id quidẽ uisus est optime excogitasse: nondũ etiam intelligẽs, quantorũ malorũ is calix esset autor futurus. Hunc igitur ut accepisset Alcidamas, aliquãtisper silentiũ agebat. Ac solo sternẽs sese cubabat seminudus, quẽadmodũ facturũ sese fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitẽs, simulq; dextra scyphum sustinẽs: qualẽ Herculẽ apud Pholũ pictores effingũt. Iam uero & inter alios calix assidue circũagebat: tũ inuitatiunculæ ad bibendũ, & cõfabulatiões ortæ, demũ & lucernæ illatæ. Interim ego quũ puerũ, qui iuxta Cleodemũ adstabat (erat autẽ is pocillator egregie formosus) subridentẽ uidissem (nã arbitror, quicqd obiter inter cœnandũ obtigit, cõmemorari oportere: maxime, siqd sit elegãti9 ac scite factũ) iã admodũ attẽtus obseruare cœpi, qdnã rei rideret. Ac paulo post, accedebat puer tãq; calicẽ à Cleodemo receptur9. At ille simul & digitũ illi9 substringebat, & drachmas puto duas unà cũ calice tradebat. Porrò puer, ad substrictũ digitum rursus arridebat. Cæterũ, de pecunia, quũ non sensisset opinor, eòq; nõ recipe-

nō reciperet: in terrā delapſis drachmis ſtrepitus eſt cō citatus, moxq; ambo pariter rubore ſuffundebantur idq; ita palam, ut nemo nō animaduerteret. Ambigebat igit inter eos q proxime ſedebāt: cuiuſnā eſſent illi nūmi: quū & puer negaret à ſe proiectos, & Cleodemꝰ item: iuxta quē ſtrepitus acciderat, ſibi excidiſſe diſſimularet. Verū ea res tum neglecta eſt: ac cōniuēter omiſſa: propterea quod id qđ acciderat, nō ita multi uidiſſent: præter unū (ut mihi quidē uiſum eſt) Ariſtænetū. Nā is paulopoſt puerum loco mouit: danculū ablegans, & alīj cuidā innuit, uti Cleodemo pocillator aſſiſteret: uidelicet ex exoletis illis, ac robuſtis, mulioni aut equiſoni cuipiā. Ad hunc modū ea res utcūq; abijt: ſummū alio qui allatura pudorē Cleodemo: ſiquidē ad omnes permanaſſet, ac nō protinus occupās Ariſtænetus eam ſopiſſet, ciuiliter dextréq; admodū inducta *temulentia*. Cæterū Alcidamas (iam em̄ potus erat) percōtatus, qđ nam eſſet nomen puellæ nubenti: tū clara uoce indicto ſilentio ſimul, & ad fœminas conuerſo uultu: præbibo inquit, tibi Cleanthi, Herculis Archegetæ omine. Sub hæc quū riſiſſent oīes: Ridetis, inqt, ſacrilegi: qđ ſpōſæ Herculi Dei mei nomine propinauerim? Imo illud ſcito, opus eſt: ni ſcyphum à me traditum accipiat: nunq; futurum, ut illi filius obtingat talis, qualis ego ſum: uirtute interritus, animō liber: tum corpore adeo robuſto, ſimulq; cum dicto, ſeſe magis etiam renudabat: etiam

uſq;

uſq; ad illa quæ ſunt maxime pudenda. Ad ea quum iterum arriſiſſent conuiuæ: indignatus ille ſurrexit: toruis iam atq; efferatis obtuens oculis, uultúq; ipſo teſtans iam nec̃ pacem, nec̃ quietem acturum amplius. Forſitan & baculum illiſiſſet alicui: ni cõmodum id temporis placenta prægrandis fuiſſet illata. Nam hãc ſimul atq; conſpexit: lenior ac mitior eſſe cœpit: ac ſtomachari deſijt: obambulans interim ac placentã auide uorans. Iã uero plericq; temulenti eſſe cœperant: & clamoribus undiq; perſtrepebat cõuiuium. Nam & Dionyſodorus rhetorem illic agens, orationes quaſdam pronunciabat: laudabaturq; à miniſtris: qui à tergo aſſiſtebant. Et Iſtiæus Grammaticus uiciſſim, qui poſt illum accumbebat, uerſuũ centones quoſdam recitabat. Pindari, Heſiodi, & Anacreontis carmina ſimul contexẽs atq; conſarcinans: ita ut ex omnibus unicam redderet cantilenam: oppido q̃ ridiculam. In primis autem illa: perinde quaſi uaticinans, de his quæ poſtea acciderũt.

Commiſere ſimul dypeos.

Tum illud quoq;.

Tum uero clamorq; uirum luctuſq; coortus.

At uero Zenothemis, libellulum quempiam minutis conſcriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verum quum ij quorum partes erãt edulia inferre: ali quantiſper, ita ut ſolent, ceſſarent morarẽturq;: Ariſtænetus ſedulo curãs, ne uel id interea temporis, aut ocio/

ſum eſſet,aut uoluptatis expers,accerſitum intro Morionem:iuſſit ridiculũ aliquid uel dicere:uel facere:quo magis etiam exhilararentur cõuiuæ.Moxq; ingreſſus deformis quidam,deraſo capite, pauculos capillos in uertice geſtans,eoſq; criſtæ in morẽ erectos, hic ſaltabat,atq; inter ſaltandũ quo maiorem concitaret riſum, rotatu ſeſe circũagebat, diſtorquebatq;. Tũ cymbalo concuſſo,ſonabat interim quiddam linguam imitans ægyptiorum.Poſtremo dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant.Ac reliqui ſcommate tacti ridebãt. Verũ ubi & in Alcidamantem ſimile quiddã torſiſſet:catulum illum Melitæum appellans,indignatus ille (Iamdudum autẽ præ ſe ferebat:quod inuideret illicdũ probaretur:ac conuiuarũ oculos retineret)abiecto pallio,ut ſecum luctaretur prouocauit. Quod ni faceret, hũc inquit baculum tibi impingam.Atq; ita miſer ille Satyrion (nam id erat Morioni nomen)congreſſus cũ eo,Pancratio decertabat.Erat id ſpectaculi multo iucũdiſſimum:quippe quum uiderẽt hominẽ philoſophũ cũ Morione cõpoſitũ,quũ ferire,tũ uiciſſim feriri.Proinde qui aderant partim pudore tangebant:partim rideabant:donec iam ictus Alcidamas,pugnam detrectaret:ab homuncione omniũ plauſu cõprobato certamine ſuperatus.Hæc igit',quũ eſſent nõ mediocri riſu excepta:ibi tandẽ ingreſſus & Dionicus medicus haud multo poſt peractam concertationem. Aiebat autem

in mora

in mora fuisse, Polypreponterem tibicinẽ, dũ hunc phreneſi correptum curandi gratia uiſeret. Ac plane quiddam riſu dignum, cõmemorabat. Dicebat eñ in ædes illius ueniſſe ſeſe ignarũ etiam hominẽ iam eo morbo teneri. At illum protinus ſurrexiſſe: foribuſq; occluſis, ac nudato gladio, tibias ipſas ſibi tradidiſſe ñſq; uti caueret iuſſiſſe. Deinde ubi id nõ poſſet illum pcuſiſſe: ſcutũ ſublata manu geſtantẽ. Seſe porrò in tanto periculo tale quiddã fuiſſe cõmentũ. Nempe ad canẽdi certamen prouocaſſe hominẽ: idq; ea lege ut uictus præſcriptum certũq; plagarum numerum acciperet. Ac ſeſe priorem cecinisse, praue atq; imperite: deinde traditis illi tibijs ſcutũ ab illo recepiſſe: gladiũ aũt ex templo per feneſtras in areã abieciſſe. Dein quũ minore iam diſcrimine cum illo luctaret, auxilio aduocaſſe uicinos. Eos reuulſiſſe belluã, atq; ita illorũ opera ſeruatũ ſeſe. Oſtendebat aũt & plagarũ ueſtigia quædã: nõnullaq; in facie tubera liuentia. Ergo cũ Dionicus ob huiuſmodi fabulã nõ min⁹ placuiſſet, cõq; Morio ipẽ; pxime Iſtiæum reclinãs ſeſe, de reliquijs cœnabat. Atq; hic quidẽ haud abſq; numine quodã nobis aduenerat: imo prorſum uſui futurus ad ea quæ poſtea cõtigerunt. Nã prodiẽs in mediũ cõuiuiũ puerqdã, q ſe ab Etœmode Stoico uenire diceret, epiſtoliũ qddã adferẽs, aiebat ab hero ſibi mandatũ: ut eo palã omĩbus audientib⁹ plecto, rurſus domũ ſeſe reciperet. Hic igit̃ pmittẽte Ariſtæneto

admotus ad lucernam legebat. PHILON. Num orationem Luciane in ſponſæ laudem cõpoſitam: aut carmen nuptiale: quod genus permulta faciunt? LVCIA. Videlicet nos quoq; tale quippiam exiſtimabamus. Verum ne accedebat quidem ad id, ut aiunt. Cæterum in literis ita ſcriptum erat. Etœmodes philoſophus Antiſtæneto. Quod non mouear conuiuij's omis ante acta uita mea fuerit teſtis. Qui quidem quum quotidie mihi complures ea cauſa moleſti ſint, te multo ditiores, tamen haud unq; illis morem geſſi: perpendens nimirũ quantum ſit in eiuſmodi compotationibus tumultus quantum licentiæ petulantiæq; uerum aduerſus unũ te mihi uideor meo iure ſtomachatus: qui quum tantum temporis à me officioſiſſime cultus & obſeruatus tamen indignum habueris: quẽ uel inter reliquos amicos tuos numerares, ſed ſolum ex omnibus præteritis: idq; quum uicinus eſſem. Proinde tua cauſa magis diſcrucior, qui quidem te tam ingratũ præbueris. Nã ipſe felicitatem nequaq; in hoc ſtatuo, ſi quis mihi impartiat uel ſuem ſylueſtrem: uel leporem: uel placentã: quæ mihi affatim cõtingunt apud alios, qui officia norunt. Quandoquidem etiam hodie quum apud diſcipulum Pãmenem cœnare mihi licuerit, opiparam (ut uocant) cœnam: non annui tamen uehementer obſecranti: tibi ſcilicet demens ego, memetipſum reſeruans. At tu nobis præteritis, alios accipis conuiuio. Idq; merito facis

rito facis, nec enim ullo modo potes quid sit rectius dignoscere: nec apprehensiuam illam phantasiam habes. Cæterum haud sum nescius: unde mihi ista sint perfecta: nempe ab egregijs istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho, Quibus equidem (absit inuidia dicto) uel unico syllogismo mihi uideor os protinus obturare posse. Alioqui respodeat istorum aliquis quid sit philosophia: aut hæc quæ inter elemẽta traduntur: quid habitio differat ab habitu: ut ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam, quid sit syllogismus cornutus: quid acerualis: quid metens. Verũ tu quidem istis fruaris licet. Nam ego: qui solum in bonis ducam quid sit honestum, facile tulero contumeliam. Atqui ne possis post hac ad istam excusationem cõfugere: ut dicas te mei oblitum fuisse: nimirum in tãto rerum strepitu, tantisq; occupatiõibus: bis te hodie sum alloquutus: primũ mane domi tuæ: deinde rursum in Castoris ac Pollucis templo rem diuinã facientem. Ac his quidem de rebus hæc responderim. Quod si tibi uideor cœnæ gratia succensere: quid Oeneo acciderit cogitato. Videbis nimirum ipsam etiam Dianam indignantem, quod ille se solam non adhibuerit ad sacrificium, quũ reliquos deos omnis acciperet cõuiuio. Nã hac de te sic alicubi meminit Homerus. Seu quia nõ norat: seu non succurrerat illi: Acriter est offensa tamẽ.

Item Euripides.

Calydon quidem hæc pelopeĩ regio ſolit:
Qua parte ſæuum ſpectat aduerſa fretum
Agros habens, tum diuites, tum fertiles.

Rurſum Sophodes.

Immanis apri triſte monſtrum, in Oenei
Immiſit agros gnata Latonæ dea
Docta eminus miſſis ferire ſpiculis.

Hæc tibi è plurimis pauca citaui: ut intelligeres, quimodi præterito uiro Diphilum ad cœnam adhibeas: cui & ipſi filium cõmiſeris tuum. Idq; recte. Eſt enim iucũdus adoleſcẽti: & ita cũ eo uiuit: ut placeat, atq; obſequat atq; adeo ni mihi turpe dictu fuerat, addidiſſem & aliud quiddã. Quod quidẽ tu ſi libebit, è Zopyro eius pædagogo uerũ eſſe cognoſces. Verum non cõuenit obturpare in nuptijs: neq; accuſare quenq; præſertim criminibus uſq; adeo fœdis ac pudendis. Tamet ſi Diphilus dignus in quem facerem: quippe qui duos iam diſcipulos à me retraxerit: ego tamen ipſius philoſophiæ cauſa reticebo. Porrò famulo huic mãdaui: uti ſi quam ipſi partem dare uelles, uel apri, uel cerui, uel placentæ: mihi deportandam: ut iſthoc pacto te mihi de cœna purgares: ne reciperet: ne ad hoc ipſum à nobis miſſus fuiſſe uideatur. Hæc amice quũ legerem, ſudor interim utiq; mihi manabat præ pudore: ſimulq; iam illud quod uulgo dici ſolitum eſt, optabam: ut terra mihi dehiſceret: quum uiderem eos qui præſentes

aderant

aderant ad singulas epistolæ partes inter se ridentes, potissimum autem hos, qui nouerant Etœmodem uirum canum, tantumque seueritatis præ se ferentem. Admirabantur igitur, quod eiusmodi uir esset: hactenus fugisse sese: barba uidelicet ac uultus austeritate deceptos. Cæterum Aristænetum mihi quidem haud uidebatur hominem contemptu negligentiaue præteriisse: uerum quod desperasset si fuisset inuitatus, uncp adduci posse: ut annueret: utque ad eiusmodi res se morigerum præberet. Eocp ne tentandum quidem esse putasse. Ergo posteaquàm puer iam legere desijsset, uniuersum conuiuium in Diphilum ac Zenonem torquebant oculos: quod hi iam metu trepidi sederent, ac pallidi, ipsacp uultus inconstantia ac perplexitate crimen agnoscentes, ab Etœmode intentum. Porrò Aristænetus quanquàm esset sanè perturbatus, uehementercp consternatus animo: tamen nos iubebat bibere: conans nimirum id quod euenerat, commode uertere, subridens interim. Ac puerum redire iussit: respondens, ea sibi curæ fore. Paulo autem post surgens & Zeno danculum sese subduxit è conuiuio: submonitus à pædago: ut discederet innuente, idcp tanquàm patris iussu. Ibi uero Cleodemus, qui iamdudum occasionem quæritabat, (Nam gestiebat omnino cum Stoicis cõflictari: uerum dirumpebatur, quod non reperiret causam ad id satis idoneam)

tum igitur

tũ igitur, an ſam præbente epiſtola. Huiuſmodi inquit, facit egregius ille Chryſippus & Zenon ille mirabilis, neq; nó Cleanthes: uerbula miſera, neq; quicq̃ præter rogatiunculas, & umbras duntaxat philoſophorum. Cæterũ Etœmodes ſunt pleriq; oẽs: Videtis q̃ & ipſæ epiſtolæ graues ſint ac ſeniles: Poſtremo Ariſtæneus hic Oeneus eſt: Etœmodes Diana, Dij boni, q̃ bene auſpicata oĩa: q̃ q; cõgrua celebrandæ feſtiuitati. Ita per Iouẽ inquit Hermon, ſupra hunc accumbens, inau dierat autem, ut opinor, aprum quendam Ariſtæneto paratum: ut in cõuiuio proponeretur: eó q; putabat nó intempeſtiue factam mentionem apri illius Calydo nij: per lares Ariſtænete fac q̃ primum ſacri partẽ mit tas: ne ſenex interim ille fame pereat: tanq̃ Meleager tabefactus. Tametſi nihil queat acerbũ accidere: quã doquidem Chryſippus hæc indifferentia cenſet eſſe. Itane uos Chryſippũ nominatis inquit Zenothemis? erigẽs ſeſe, maximáq; uoce intonans: an ex uno homine, qui non legitime philoſophiã exerceat, nempe præſtigiatore iſto Etœmocle, Cleantem ac Zenonem metimini, uiros ſapiẽtes? Atqui tandem eſtis ipſi uos: qui hæc dicitis: an non tu Hermon Caſtoris & Pollucis ex fariem quam habebant auream circũtondiſti? Cuius quidem facti pœnam dabis carnifici traditus. Tu porrò Cleodeme, nonne Soſtrati diſcipuli tui uxorem ſtuprasti? Nonne in adulterio eo deprehenſus nefandiſſima paſſus

ma passus es? An non igitur silebitis: quum huiusmodi dedecorũ uobis sitis cõscij? Atqui nõ sum meæ ipsius uxoris leno, Cleodemus inqt, quẽadmodũ tu: neq; discipuli diuersantis apud me uiaticũ sustuli: qd' is deposuerat: eóq; facto rapuisse me p Palladẽ deierãs abnegaui: neq; quaternis drachmis fœnero: neq; discipulos obtorto collo in uincula duco: nisi in tẽpore mercẽdẽ persoluerint. Verũ illud inquit Zenothemis, haud quaq; possis inficias ire: te Critoni uenenum quo patrẽ necaret ministrasse. Atq; interea forte bibebat: quicqd autem erat in calice reliquum (erat autem fermè semiplenus) in duos illos ꝓfundebat. Porrò conspersus est pariter & Ion: idq; præmij tulit: quod illis uicinus accũberet: alioqui eo malo non indignus. Hermon igit' demisso uertice merum è capite abstergebat: eos interim qui præsentes erant attestans: quod id genus contumelijs esset affectus. Cleodemus autem quum non haberet calicem, inuadens primum cõspuebat Zenothemidi: deinde læua comprehensum à barba, plagam in tẽpus erat illisurus: ac senem fortasse necasset: ni Aristænetus dextram sublatam retinuisset. Is mox transcenso Zenothemide in utrunq; medius assedit: ut eo ueluti muro dirempti, pacẽ inter ipsos agerent. Hæc igit' dũ gerebant' Philon, equidem uaria meo cũ animo uolue bam. Primũ illud statim occurrebat: nullũ esse operæpreciũ: si quis disciplinas perdiscat: ni simul & uitæ ra-

tiones,ad id qđ' eſt optimũ, accõmodet atq; cõponat. Quum uiderem illos qui uerbis alios antecellerent: q; factis ipſis ſeſe ridiculos exhiberẽt. Deinde & illud ueniebat in mentẽ: ne forte uer; eſſet: quod uulgo pleriq; dictitarent: uidelicet eruditionẽ à recta ratione bonisq; inſtitutis abducere iſtos: qui ſolos libros ſpectarent: quiq; ſollicitudine curaq; quã illi adferrent, perpetuo tenerentur. Quandoquidẽ quũ ibi tam multi præſentes eſſent philoſophi: ne caſu quidem ullum erat cernere, à peccando immunẽ. Verum alij faciebãt turpia: alij dicebant turpiora. Neq; enim iam poteram eorũ quæ fiebant culpam, uino autori imputare: mecũ reputans: cuiuſmodi eſſent, quæ Etœmodes, neq; cibo, neq; potu etiamdum guſtato, ſcripſerat. Itaq; rerum uices præpoſteræ atq; inuerſæ uidebantur: ſiquidẽ uidiſſes idiotas illos ſumma cũ modeſtia cõuiuiũ agitantes: neq; uino petulantes, neq; indecore ſeſe gerentes. At ridebãt dũtaxat: & iam damnabant eos opinor, quos dudũ ſuſpexerant: ex habitu iudicantes eos alicuius eſſe precij. Contra ſapientes illi, & in libidinẽ ferebant, & cõuicijs certabant: & ſupra modũ ſeſe potu cibiſq; explebant: poſtremo uociferabantur & ad manus uſq; conferendas rapiebantur. Cæterũ admirandus ille Alcidamas, etiã meiebat ſub oculis omnium: nihil reueritus feminas. Ac mihi quidẽ, ſi quis hæc quæ in eo cõuiuio gerebant, rectiſſime uoluiſſet conferre, ſimillima uidebant

ijs: quæ

ijs: quæ de Eride dea poetæ fabulantur. Nempe hanc, quod non esset ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuium abiecisse: ex quo tam ingēs apud Troiam bellum fuerit ortum. Itidem Etœmodes mihi uisus est: epistola illa, quasi malo quopiam in medium proiecta, non minus malorū, q̄ Ilias habebat, excitasse. Neq; enim finem contentionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: q̄ q̄ medius inter utrū q̄ interesse rat Aristænetus. Age inquit Cleodemus: in præsentiarū quidē sat est: si literas nescire cōuincamini: sed crastino die uos ulciscar: quibus cōueniet modis. Respondē mihi Zenothemi, uel tu, uel elegantissimus iste Diphilus: qua tandē gratia pecuniæ possessionē, inter indifferentia ponendā esse censetis: cū ex omnibus nil aliud spectetis, q̄ ut ipsi q̄ plurimum pecuniæ possideatis? Atq; ob id causæ, semp apud diuites hæretis: fœneratis atq; usuris incūbitis, neq; nō mercede docetis? Rursum quū uoluptatē detestemini, atq; hac de causa Epicuræos in ius uocetis: quū ipsi uoluptatis gratia, turpissima tū facitis: tū patimini: indigne ferentes: si quis uos non uocarit ad cœnā: rursum si uocemini, nō sat est tātū uorare ut cibo turgeatis: nisi & famulis tātū donetis. Atq; hæc quū diceret: pariter & linteū reuellere conatus est: qd Zenothemidis puer tenebat: omī carniū genere refertū: planéq; futurū erat ut apertū illud ac solutū medium in solum abijceret: nisi quia puer nō omittebat ē

manibus gnauiter aduersus trahentē retinens. Hic Hermon: Euge Cleodeme, respōdeant qua gratia damnat uoluptatē: quum ipsi supra cæteros omnis studeāt uoluptati? Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme respondeto: quāobrem diuitias inter indifferentia numeres. Imo tu potius. Atq; hūc ad modum diutius est altercatū: donec Ion capite tandē in apertum proiecto, desistite inquit: Ego si libet sermonū argumenta proponam in medium cōuiuio nuptiisq; digna. Vos porrò citra contentionem uicissim, & dicite & auscultate: quemadmodū & apud Platonē nostrum, alternis dicē di uicibus res, ut plurimū agitatur. Id dictū probabāt, quū omnes qui aderant, tum in primis Aristæneus atq; Eucritus: nimirū in spem erecti: fore ut eo pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristæneus priorem in locū sese recepit: iam partam esse pacem ratus. Iāq; nobis inferebatur ea cōuiuij pars: absolutam cœnā uocant: singulæ singulis aues: carnes aprugnæ: pulpa leporina: pisces Tagenicus, placentæ: breuiter illa: quæcūq; liberum est: seu uelis in aluum cōdere: seu domū asportare malis. Apponebat igitur: non sua cuiq; quadrula: uerū Aristæneto atq; Eucrito, eadē in parte mēsæ, una ambobus cōmunis: ita ut de sua utriq; parte quæ se spectaret: esset edendū, aut tollendū. Deinde altera Zenothemidi Stoico: & Hermoni Epicuræo: & his item inter ipsos cōmunis. Deinceps Cleodemo atq;

mo atq; Ioni. Post hos sponso ac mihi. Porrò Diphilo duorũ pars appositа: propterea quod Zeno iã discesserat. Hæc facito Philon: uti memoria teneas. Nã paulo post: ad intellectũ narrationis erũt usui. PHI. Memi nero sanè. LVCIA. Tũ Ion: primus igit̃ exordiar inqt: si quidem uidetur. Deinde ubi paulisper intersiluisset: Conueniebat inquit fortassis: ut apud eiusmodi uiros de ideis, atq; incorporeis substãtijs, déq; animi immortalitate sermo haberet̃: uerũ ne mihi cõtradicant: ij qui diuersam philosophiæ sectã sequũtur: de nuptijs dicã: ea quæ cõgruunt. Atq; illud quidẽ optimũ fuerat futurũ: si nuptijs opus non haberemus: sed Platonis ac Socratis dogma sequuti à fœminarũ cõmercio nos penitus abdicaremus. Etẽ qui ita feciſſent: ij demũ ad absolutam illã uirtutẽ pertingere potuissent. Quod si uiris omnino ducendæ sint uxores: ut eas iuxta Platonicam sententiã inter se cõmunes habeant: uidelicet quo Zelotypia uacemus. Hæc quum essent risu excepta: ut quæ nimis intempestiue dicerentur: tum Dionysodorus, non tu desines inquit barbarica ista nobis occinere? Nam ubi zelotypiam istã reperias, aut apud quẽ? At tu etiam hiscere audes inquit sterquiliniũ? Ad hæc Dionysodorus, opinor, iam erat conuicia quæ conueniebat regesturus: uerũ grammaticus Istiæus uir optimus ille, Desinite inquit. Ego uobis epithalamion recitabo: simulq; cœpit legere. Erant autem elegiaci uersus

hinſi ſatis memini.

Nuper Ariſtaineti in ædibus unica ſummo
Nutrita eſt ſtudio diua Cleanthis hera.
Virginibus cinctis reliquis præſtantior una
Vel potior Phœbe: uel potior Venere.
Salue & tu iuuenum ualidiſſime ſponſe ualentum:
Nereo prior: ac fortior Aeacida.
At rurſum uobis hoc carmen ſæpius olim,
Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc ita ut eſt conſentaneum, riſus eſt conſecutus. Reliquum erat: ut cibi tollerentur. Iamq; tollebant Ariſtænetus, atq; Eucritus: ex his quæ ſibi fuerãt ꝓpoſita ſui uterq; partẽ. Tũ ego quæ mihi, & Chereas. Item quæ ſibi erãt ꝓpoſita. Eundẽ ad modũ Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiã Zenonis digreſſi partẽ tollere parabat: affirmans uni ſibi ea fuiſſe ꝓpoſita: atq; hac de cauſa cũ miniſtris dimicabat: ac uiciſſim inter ſeſe trahebãt manibus utrinq; in auẽ iniectis: nõ aliter q̃ Patrocli cadauer hinc, atq; hinc attrahere conãtes. Poſtremo uicit ille, atq; abſtulit: plurimum interim riſum præbens conuiuis: maxime quũ eam ob rem poſtea grauiter ſtomachare: perinde quaſi atroci affectus iniuria. Iam uero Zenothemis atq; Hermon, qui pariter ut dictũ eſt, accumbebãt: alter ſuperius: puta Zenothemis: alter infra hunc: reliqua quidem, quoniam æqualia fuerant appoſita, citra pugnam ſuſtulerant. Cæterũ auis

quæ iace-

quæ iacebat ad Hermonis partẽ: erat altera paulo pinguior: idq; ita casu euenerat, opinor. Iamq; suã uterq; sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc q̃ maxime fac animum aduertas, iam enim ad ipsum negocij caput peruenimus) Zenothemis inquàm: omissa ea quæ sese spectabat eam quæ ante Hermonem iacebat tollere est agressus: quæ quidem (uti iam diximus) erat pinguiuscula. At ille contra nitens retinebat, haud sinens, ut ea in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto utriq; in alterum irruentes ipsis auibus facies mutuo cædebant: ac barbis inuicem prehensis auxilio aduocabant: hic quidem Cleodemum: puta Hermon, ille uero, nempe Zenothemis, Alcidamantem ac Diphilum. At cæteri quidem ad partes accesserũt, partim huius, partim illius: præter unum Ionem, qui sese neutrũ, atq; ancipitem seruabat. Cæterum illi inuicem conserti pugnabant. Ac Zenothemis quidem scyphum è mensa sublatum, eum qui coram Aristæneto stabat, abiecit in Hermonem. Atq; hunc haud tetigit, aliò sed flexus aberrat. Verum sponsi caput dissecuit: alto grauissimóque uulnere. Itaq; mulierum coorta uociferatio, quæ medium in prælium insiliebant: cum primis autem adulescentuli mater, quum iam sanguinem eius aspexisset: præterea & sponsa metu territa, prosiliit. Inter hæc Alcidamas, strennuum uirum præstitit, quum Zenothemidi ferret opem, & illi so-

suo bacu-

ſuo baculo, Cleodemi quidem caluariam, Hermonis uero maxillam cõminuit: ad hæc è famulis aliquot opitulari parantes uulnerauit. Quanq̃ illi nihil his rebus territi ceſſerunt. Verũ Cleodemus intentato digito, Zenothemidi oculũ effodit: tũ admotus narem mordicus auulſit. Porrò Hermon Diphilum Zenothemidi ſuppetias ferre conatũ: è ſponda in terrã præcipitem dedit. Sauciatus eſt & Iſtiæus grãmaticus dũ interuentu ſuo eos ſtudet dirimere: calce uidelicet in dẽtes illius illiſo: idq̃ à Cleodemo: quũ hũc Diphilũ eſſe credidiſſet: nõ Iſtiæũ. Iacebat igit̃ miſer ille: iuxta ſuũ ipſi⁹ Homerũ: Sanguinem ab ore uomens. Præterea tumultus atq̃ lachrymarũ plena undiq̃ erant omnia: dũ & mulieres eiularent. Chereæ ſponſo circũfuſæ: dũq̃ alij has ſtudent cõpeſcere. Porrò maxima malorũ omniũ pars erat Alcidamas: poſtea q̃ ſemel ad ſuum rediſſet ingenium feriens, quicũq̃ forte in ipſum incidiſſet. Neq̃ uero pauci in eo prælio cecidiſſent, ſcito, ni baculũ is fregiſſet. Ego porrò iuxta parietẽ erectus aſſiſtens, ſpectabã omnia, neq̃ me ei negocio admiſcebã: nimirũ Iſtiæi iã doctus exẽplo, q̃ eſſet piculoſum eiuſmodi cõflictũ uel le diremere. Lapithas itaq̃ Centauroſq̃ uidiſſes: euerti mẽſas, effũdi ſanguinẽ: p̃ĵci ſcyphos. Demũ Alcidamas ſubuerſa lucerna magnas induxit tenebras. Iamq̃ res ut eſt cõiectu facile, atrocior etiã multo eſſe cœpit p̃ſertim quũ haud eſſet p̃diue, luminis copiã alicunde re-

cuperare

cuperare, ſed multa interim ac ſæua patrata ſunt in tene bris. Poſtubi accederet, neſcio quis lucernã tandẽ adpor tans, Alcidamas qdẽ repert⁹ eſt, tibicinæ ueſtẽ ſuſtollẽs, uiq; cũ illa cõgredi pugnãs. Dionyſodorus autẽ in alio quodã ridiculo facinore deprehẽſus eſt. Nã ut ſurrexe rat, ſcyphus è ſinu illius elapſus in ſolum decidit, poſtea excuſans aiebat Ionẽ in tumultu calicẽ ſublatũ ſibi tra didiſſe, ne periret. Id ita factum, Ion admodũ ſollicite quaſi patronũ agens aſſeuerabat. His rebus dimiſſum eſt cõuiuiũ, à lachrymis denuo in ridiculũ exitũ conuer ſum, idq; Alcidamantis, Dionyſodori, atq; Ionis gra tia. Porrò qui erant faucij, ſublati ſarcinæ ritu, foras de portabantur miſeris affecti modis, maxime ſenex ille Zenothemis pariter tum oculo tum nare mutilatus, enecari ſe præ cruciatu damitans. Adeo ut Hermon, quanq; ne ipſe quidem expers malorũ, nam huic duo dentes fuerãt excuſſi, palam atteſtaret. Memineris in quiens o Zenothemis, ne poſthac dolorẽ in mediis ha bendũ ducas. At ſponſus iam uulnere à Dionico cura to, domũ reuectus eſt faſcijs reuincto capite, eidẽ impo ſitus uehiculo quo ſpõſam fuerat abducturus. Atq; ita miſer ille nuptias acerbas celebrarat. Deinde & aliis itẽ Dionicus pro ſua uirili remediũ adhibuerat. Poſtremo poſtq; iam dormierant, aſportati ſunt, plericq; mediis in uijs uomentes. Cæterũ Alcidamas inibi remanebat. Neq; eñ ualebant hominẽ extrudere, poſteaq; ſemel

ſeſe in ſpondam abiecerat, atq; ibi tranſuerſus accubuiſſet. Hic erat o bone Philon eius exitus cõuiuĩ, de quo rectiſſime illud dici poſſit, quod in fine Tragœdiarum frequens eſt,

Sunt fortunæ uariĩ caſus.
Plurima quæ haud ſperaueris unq;
Ea conficiunt numina diuum.
Rurſum quæ certo ſperaris,
Ea fruſtrato non contingunt.

Siquidẽ & hæc planè præter expectationẽ atq; inopinato exierũt. Præterea & illud iam didici nõ eſſe tutũ, cui nõ ſit op⁹, cũ eiuſmodi philoſophis agitare cõuiuĩ.

LVCIANICI CONVIVII SIVE LAPITHAE. DES. ERAS. ROT. INTERP. FINIS.

LVCIANVS DE ASTROLOGIA, DES. ERAS. ROT. INTERP.

E cælo, déq; aſtris eſt nobis inſtitutus ſermo. Non de ipſis quidẽ aſtris, neq; ipſo de cælo, uerũ de diuinatione ac ueritate, quæ ab illis in hominum uitam proficiſcitur. Neq; rurſum mihi libellus hic ſe traditurũ aut doctũ profitetur, quo pacto diuinationem

nationem hanc assequi liceat. Sed illud queror, doctos omneis cum in cæteris omnibus exerceant sese, suisq; omnibus tradant, solam Astrologiam nec habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus uetustum est, neq; nuper ad nos peruenit, sed inuentum est priscorum regum, quos Dij amabant. At huius ætatis mortales non solum insciția socordiaq;, uerumetiam odio laboris, diuersa ab illis sentiunt. Cumq; forte inciderint in eos, qui falsa prædicunt, tum & astra culpant, & ipsam Astrologiam habent exosam, neq; salutarem eam, neq; ueridicam arbitrantes. Sed artem magis falsam atq; inanem, haud recte, sicuti mihi quidem uidetur, sentientes. Neq; enim ob imperitiam fabri ars ipsa culpatur, neq; ob cantoris insciția, ipsa musica parum est erudita. Quin illi potius artium sunt ignari. Cæterum ars unaquæq; suapte natura scita est. Primum igitur Aethiopes hanc rationem mortalibus tradiderunt. In causa fuit partim gentis eius sapientia. Nam cæteris quoq; in rebus Aethiopes reliquos homines antecellunt sapientia. Partim regionis, quam incolunt opportunitas, propterea quod apud eos perpetua sit cæli serenitas, tranquillitasq; , neque patiuntur anni mutationes, sed eadem temperie uiuunt. Itaque cum primum uiderent lunam non semper eodem uultu apparentem, sed uaria subinde specie, & in aliam atque aliam uerti formam, uisa est illis ea res

admiratione atq; diſquiſitione digna. Deinde cum inquiſiſſent, reppererunt hanc eſſe earũ rerum cauſam, q lunæ nõ eſſet lumen ꝓpriũ, ſed à ſole mutuatũ. Inuenerunt autẽ & reliquarũ ſtellarũ motus, harum quas nos errones appellamus, nam ſtellarũ hæ ſolæ mouent, naturamq; earũ ac poteſtatẽ, & effectus, quos unaquæq; præſtet, nominibus quoq; inditis, nõ illis quidẽ utcũq; uiſum eſt, cõfictis: ſed quæ notæ rerũ eſſent. Hæc igit in cælo perſpexerũt Aethiopes, mox Aegyptijs finitimis artẽ imperfectã tradiderũt. Porrò Aegyptij diuinandi rationẽ, quã ab illis dimidiatã acceperãt, in maius promouexerũt, quippe qui menſurã etiam, ad quã unaquæq; ſtella moueretᵉ, indicarint. Ad hæc annorũ, mẽſium, horarumq; numerũ inſtituerũt. Ac menſes quidẽ illi lunã metiuntᵉ, atq; eius recurſu finiunt. Annum uero ſole & huius circuitu metiuntᵉ. Quin his etiã maiora oſtenderunt. Nam ex uniuerſo cælo reliquiſq; ſtellis, & erranti bus & fixis, neq; ſimul cũ cæteris ſeſe mouentibus, duodecim partes effecerũt, in his quæ mouentur, & unamquãq; ſuis animãtibus repræſentarũt, partim marinis, partim homine, partim feris, partim uolatilib⁹, partim pecudib⁹. Vnde & ſacra Aegyptiorũ uarie fiunt. Neq; eñ omnes Aegyptij, ex omnibus duodecim partibus diuinabant. Sed alij alijs utebantᵉ partibus. Itaq; arietẽ colunt, qui ad arietẽ ſpectabant, piſcibus nõ uelcuntur, qui piſces annotarant. Nec hircũ mactant, qui Capricornum

cornum uiderant, atq; alij item alia uenerabantur, quæ quisq; inuenerat. Quin taurũ etiã ob honorẽ cælestis tauri colunt. Nam Apis apud illos, res in primis sacra, regionẽ sortitus est, & qui eam incolunt partẽ, oraculũ quoq; dicarũt signũ uidelicet diuinationis, quã à cæleste tauro petunt. Ac nõ multo post Libyes quoq; artẽ hanc sunt aggressi. Siquidẽ & oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cælum & huius scientiã refert, iuxta Ammonẽ, quem illi Arietis specie fingunt. Calluerunt autẽ hæc oẽia & Babylonij, atq; hi quidẽ affirmant se primos omniũ fuisse. Verũ ut ego existimo, multo posterius ad hos scientia peruenit. At uero Græci nec ab Aethiopibus nec Aegyptijs de Astrologia quicq; audierunt. Verũ illis Orpheus Oeagro Calliopéq; prognatus, primus ista monstrauit, nõ ille quidẽ admodũ dilucide, neq; rem clare docuit, sed præstigijs ac mysticis inuolucris obtexit. Sic enim illi uisum est. Nam concinnata lyra, Orgia instituit, sacrasq; cantiones decãtabat. Porrò lyra cum septẽ haberet chordas cõcentũ mobilium stellarũ repræsentabat. Hæc cõquirens atq; hæc agitans Orpheus, oẽia deliniebat, omniáq; uincebat. Neq; eẽ illam hominis lyram spectabant, neq; illi alterius musices studiũ erat, uerũ hæc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cum græci honorẽ habere uellent, Locum illi in ipso cælo designarũt, & cõpluscułæ stellæ uocantur Orphei lyra. Qd si quando Orpheum uideris,

uel saxo expressum, uel coloribus effictum, sedet in me dio, canenti similis, manibus tenens lyram. Circũ hunc animantiũ innumera multitudo, inter quæ & homo & taurus & leo. Cũq; horũ singula uideris, fac horũ mihi memineris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra. Cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheũ audiant. Quod si eorũ quæ dico, causas intelligas, tum & in cælo harũ unũquodq; cõtẽplator. Fertur autẽ & Tiresia genere Bœotius, diuinandi gloria multum celebris fuisse. Hunc Tiresiam ex Græcis aiunt dixisse, stellarũ erraticarum alias esse fœminas, alias mares, nõ tamẽ eadem efficere. Vnde eundẽ ancipiti quoq; sexu fuisse fabulantur, aliquãdo fœminã, aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximã Astrologiæ, cælestisq; doctrinæ curam fuisse Græcis, palam est. Ac publico consensu statuerunt Argiui, ut uter scientia præcelleret, is imperio potiretur. Ibi Thyestes arietẽ illis in cælo demõstrauit, atq; hinc aureum arietem Thyestæ fuisse proditum est fabulis. At Atreus de sole, déq; uario illi⁹ exortu locutus est, ostendens nõ eodẽ modo ferri solem & mundũ, sed cõtrario inter se cursu rapi. Et qui nunc uidẽt occasus, cum sit occasus mundi, solis exortũ esse. Hæc locutũ, Argiui regẽ crearunt, magnãq; doctrinæ laudẽ est assecutus. Equidem & de Bellerophonte similia sentio. Nam alatum equũ illi fuisse, nõ admodũ credo. Verũ arbitror illum hanc

hanc disciplinã sectantẽ, sublimiáq; cogitantẽ, & inter astra uersantẽ, in cælum nõ equo ascendisse, sed animo. Eadẽ de Phryxo Athamantis filio dixerim, quẽ aureo ariete per aerẽ uectum fabulant. Quin & ipsum sanè Dædalum Athenienſem, etiã si res est noua auditu, tamen haud existimo eum ab Astrologia fuisse alienũ. Sed cum ipse ea maxime est usus, tum filiũ suũ eandẽ perdocuit. Ast Icarus cũ iuuentutis calore & insciti a, nõ ea disquireret, quæ cõueniebant, sed ad ipsum usq; polum animo tolleret, delapsus est à uero, totáq; aberrauit arte, & in mare præceps decidit rerũ immensæ profunditatis. De quo Græci secus fabulant, qui ex huius nomine sinum eius maris Icarium frustra uocant. Fieri potest, ut Pasiphae quoq; cũ ex Dædalo de Tauro audisset inter stellas apparẽte, déq; ipsa Astrologia, in artis amorẽ inciderit, ob id existimant factum, ut Dædalus illam tauro copularit. Sunt autẽ qui scientiã in portiones partiti in singulis partibus singuli elaborarint, alij in ijs quæ ad lunã, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad solem pertinẽt cõgerẽtes, neq; nõ cursum, ac motũ & uim illorũ. Atq; Endymion lunæ rationẽ tradidit. Phaeton solis cursum deprehendit, nõ ille quidẽ uere, sed moriẽs imperfectã artẽ reliquit. Hæc qui ignorant, Phaetontẽ solis filiũ credunt, fabulãq; de illo haud quaq; uerã narrant, adijsse Solem patrẽ, ac postulasse ab eo, ut sibi liceret lucis currũ moderari, illũ id cõcessisse, monuisséq;

qua ratione foret aurigandũ, Phaetontẽ uero cõscensũ curru, partim ob ætatẽ, partim ob imperitiã ita egisse, ut aliquãdo esset uicinus terræ, aliquando longo semotius spatio à terra, interim mortales frigus atq; æstus intolerabilis conficiebat. Ob hæc indignatũ Iouem ingenti fulminis telo percussisse Phaetontem. Eum deiectum sorores circũstantes magno luctu prosequebantur, donec immutarent formas, quæ nunc sunt populi, ac lachrymarum uice, quibus fratrem deplorabant, electrũ destillant. Haudquaq; hæc ita gesta sunt, neq; pium est his habere fidem, neq; soli fuit filius, neq; illi filius interijt. Sed narrant Græci & alia permulta fabulosa, quibus ego nõ admodũ credo. Nam qui cõsentaneum est credere Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoa Iouis, aut Ascalaphum Martis, aut Autolycũ Mercurij? Verum hi homines pij Dijsq; grati fuerunt, eosq; nascentes, hunc Venus, illum Iuppiter, alium respiciebat Mars. Etenim qui patresfamilias sunt mortalibus, in hoc proginendi genere, ij ueluti parẽtes sibi similia producunt omnia, & colorẽ, & formã, & facta, & animũ. At rex quidem Minos Iouis auspicijs, Aeneas formosus Veneris fauore natus est. Fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam uero nec Saturnum Iuppiter cõiecit in uincula, nec in tartara præcipitem dedit, neq; cætera machinatus est, quæ putant homines. Verũ Saturnus extremus mouet, proculq; à

nobis

nobis ſemotus eſt. Segnis illi motus, neq; facilis anim aduerſu mortalibus, atq; hanc ob cauſam illum ſtare dicunt, ceu uinculis alligatũ. Cæterũ ingens aeris altitudo tartarus appellat. Sed potiſſimũ ex Homeri poetæ Heſiodiq; carminibus liceat intelligere priſcorũ fabulas cum Aſtrologia cõſentire. Siquidẽ ubi Iouis catenã narrat, ac Solis iacula, quæ quidẽ ego radiorũ ictus eſſe conijcio, tum urbes quas in clypeo finxerat Vulcanus; præterea choream, & uineam, ad hæc quæcunq; de Veneris ac Martis adulterio dixit, déq; detectione, haud aliunde, q; ex hac ſcientia ſunt cõficta. Quandoquidẽ Veneris & Martis cõcurſus, Homericæ cantilenæ præbet argumentũ, in alijs autem uerſibus utriuſq; diuerſum effectum deſcripſit, Veneris, cum ait illi.

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porrò de belli negotijs,

Cuncta cito hæc curæ fuerint Marti atq; Mineruæ.

Hæc cum intelligerẽt ueteres illi, maxime diuinationibus utebant, nec eam otioſam eſſe putabant, adeo ut nec urbes conderent, neq; mœnia circumducerent, neq; quiẽq; occiderẽt, neq; ducerẽt uxores, priuſq; de ſingulis à uate reſpõſum accepiſſent. Denicq; nec ipſa Deorũ oracula, ab arte aſtrologica erant aliena. Verum apud Delphos uirgo prædicendi munus adminiſtrat, quæ cæleſtem illam uirginẽ repræſentat, ac Draco ſub tripode uocem ædit, quoniã & inter ſtellas Draco conſpicit.

in Didymis uero templum eſt Apollinis, & hoc, ſicuti mihi uidetur, ex his Didymis, id eſt, geminis, qui cælo ſunt, appellatū. Vſq; adeo uero diuinatio uiſa eſt illis res ſacra, ut Vlyſſes etiã cum errando feſſus uellet certo de rebus ſuis cognoſcere, ad inferos penetrarit, nõ quo uideret umbras & locum inamœnũ, ſed quod cuperet cum Tireſia colloqui. Qui ſimul atq; in locum peruenerat, quẽ Circe mõſtrarat, foueam fodit, oues mactauit, cumq; complures eſſent umbræ, atq; inter has, matris quoq; ſanguinẽ bibere cupientes, nõ prius ille permiſit ulli, ne matri quidẽ, q; Tireſia guſtaſſet, coactuſq; eſſet ſibi uaticinium ædere, potuitq; interim matris umbrã uidere ſitientẽ. Ad hæc Lycurgus Lacedæmonijs omnẽ reip. adminiſtrationẽ è cælo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirẽt, ante plenilunium. Non enim exiſtimabant eandem eſſe ciuitatis adminiſtrationẽ, creſcente luna & euaneſcente, propterea quod omnia ab illa regerentur. Porrò Arcades ſoli hæc non receperunt, nec in precio habuerunt Aſtrologiam, ſed ijdem ob imperitiã & ſtultitiã aiunt ſe luna antiquiores eſſe. Proinde cum noſtri maiores uſq; adeo fuerint Aſtrologiæ ſtudioſi, huiꝰ ætatis homines partim aiunt fieri non poſſe, ut homines finem inueniant diuinandi ſcientiæ, propterea quod neq; certa ſit, neq; uera, neq; Martem aut Iouem noſtra cauſa moueri in cælo, uerũ illis humanarũ rerum nullam eſſe curam, neq; quicq;

eſſe eis

esse eis cum his negotijs commercij, uerum secundum hos necessitate circumaguntur, partim dicunt Astrologiam non esse quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari uaticinio quæcunq; fatis decreta instant. At ego sanè utrisq; respondere possum, stellas in cælo suo quidem motu uolui, cæterum obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An uis equo currente, & gallinis aut hominibus tumultuantibus, lapides subsilire, stipulasq; moueri uentis cursu cõcitatis, syderum uero uertigine nihil præterea effici, tum ab igni exiguo calor ad nos permanat, neq; nostra tamen causa quicq; erit ignis, neq; illi curæ est æstus noster, ab astris autẽ nihil ad nos defluit. At sanè fieri non potest, ut per Astrologiam ex malis bona faciamus, neq; mutare quicq; earum rerum, quæ ab illis ad nos demanant. Sed hanc utilitatem ars adfert utentibus. Bona multo ante delectant eos, qui uentura præscierint, mala uero facile cum imprudentibus uenerint, accipiunt. Neq; enim in illos irruunt, sed quia meditata expectataq; sunt, leuia mitiaq; uidentur. Hæc mea est de Astrologia sententia.

LVCIANI DE ASTROLOGIA, DES. ERAS. ROTERODAMO INTERPRETE, FINIS.

IOANNES FRO

BENIVS LECTORI S. D.

HABES hic Luciani libellos ac dialogos varios ab eloquētissimo ERASMO ROTERODAMO compatre nostro, uiro nunq̄ mihi sine honoris præfatione nominando, felicissime latinitate donatos. Sed nō te lateat illum in Icaromenippo, pag. 148. uers. 7. pro ἐνεπορέυετο dum festinat ἐνεπορεύετο legisse, illo loco ὡς ὁ φοινὶξ δὲ, ἐνεπορέυετο. & scortabatur reddidisse, quod negociabatur uertendum erat, aut merces importabat. Quod uerbū sanè mutassemus, si in tempore nos quidam amicus noster monuisset. In Timone pag. 296. uers. 21. pro loco increpet, loro increpet legatur. Porrò quæ pro Tyrannicida Declamationi Lucianicæ præfixa est epistola, alteram Declamationē, qua Luciano respondet Erasmus, antecedere debet. Bene Vale, & nostris Erasmiq̄ laboribus feliciter fruere. Apud indytam Germaniæ Basileam.

LVCIANI

Cynicus,

Menippus siue Necromantia,

Philopseudes siue incredulus,

Tyrannicida,

MORI Declamatio Luciani/ cæ respondens,

THOMA MORO BRI/ TANNO VICECOMI TE ET CIVE LON DINENSI IN/ TERPRE/ TE.

ORNATISSIMO

DOCTISSIMOQVE VIRO THOMAE RVTHALO REGIO APVD ANGLOS SECRETARIO, THOMAS MORVS S. P. D.

I QVISQVAM fuit unq̃ uir doctiſſime, qui Horatianũ præceptum impleuerit, uoluptatemq; cum utilitate coniunxerit: hoc ego certe Lucianũ in primis puto præſtitiſſe. Qui & ſuperciliosis abſtinẽs Philoſophorum præceptis, & ſolutioribus Poetarũ luſibus: honeſtiſſimis ſimul & facetiſſimis ſalibus, uitia ubiq; notat atq; inſectat mortaliũ. Idq; facit tam ſcite, tantaq; cum fruge: ut quum nemo alium pungat: nemo tamen ſit, qui nõ æquo animo illius aculeos admittat. Quod quũ nunq̃ non egregie faciat: feciſſe tamen mihi ſingulari quodam modo uidetur in tribus his Dialogis: quos ob idipſum è tanto feſtiuiſſimorũ numero potiſſimum delegi, quos uerterem: aliis tamen alios fortaſſe longe prælaturis. Nã ut è uirginibus non eandem omnes, ſed alius aliam, pro ſuo cuiuſq; animo præfert, deamaq;: non quã præcipuam tuto poſſit aſſerere, ſed quæ ſibi uideatur: ita è lepidiſſimis Luciani dialogis, alius aliũ præoptate: mihi certe iſti præcipue placuerunt: neq; temere tamẽ (uti ſpero) neq; ſoli. Nam ut à breuiſſimo incipiam: qui Cynicus inſcribitur, quicq;

poſſe

posse uideatur ipsa breuiter contẽni, nisi nos Horatius admoneret: sæpe etiã in exiguo corpore uires esse præstantiores, ipsíq; minimas etiã gemmas esse uideremus in precio. In eius ergo delectu honorifico calculo mecũ suffragatus est diuus Ioannes Chrysostomus, uir acerrimi iudicij: doctorum fermè omniũ Christianissimus: & Christianorũ (ut ego certe puto) doctissimus: quem usqueadeo Dialogus hic delectabat, ut bonã eius partem in Homiliam quandam, quam in Ioannis euangelium commentatus est, inseruit. Neque id immerito. Quid enim placere uiro graui, ueréque Christiano debuit, quàm is dialogus: in quo dum aspera, paruóq; cõtenta, Cynicorum uita defenditur: mollis atque enerua ta delicatorum hominum luxuria reprehenditur? Nec non eadem opera, Christianæ uitæ simplicitas, tempe rantia, frugalitas: deniq; arcta illa atque angusta uita, quæ ducit ad uitam, laudatur. Iam Necromantia (nam hic secundo dialogo titulus est) non satis auspicato uocabulo, sed materia tamen felicissima, quàm falsè taxat: uel Magorum præstigias, uel inania Poetarum figmenta: uel incertas quauis de re Philosophorum inter se digladiationes? Superest Philopseudes: qui non sine Socratica ironia, totus uersatur (id quod titulus ipse declarat) in ridenda, coarguendáque mentiendi libidine: dialogus nescio certe lepidior ne, an utilior. In quo non ualde me mouet, quod eius animi

fuisse uideatur, ut nō satis immortalitati suæ consideret atq; in eo fuisse errore, quo Democritus, Lucretius, Plinius, plurimiq; itidem alij. Quid enim mea refert quid sentiat his de rebus ethnicus, quæ in præcipuis habēnt fidei christianæ mysterijs? Hunc certe fructum nobis afferet iste dialogus: ut neq; magicis habeamus præstigijs fidem, & superstitione careamus, quæ passim sub specie religionis obrepit: tum uitam ut agamus minus anxiam: minus uidelicet expauescētes tristia quæpiam ac superstitiosa mendacia: quæ plerunq; tanta cum fide atq; autoritate narrantur: ut beatissimo etiam patri Augustino, uiro grauissimo, hostiq; mendaciorū acerrimo: nescio quisnam uerator persuaserit, ut fabulam illam de duobus Spurinis, altero in uitam redeunte, altero decedente, tanq; rem suo ipsius tempore gestam pro uera narraret: quam Lucianus in hoc dialogo, mutatis tantum nominibus, tot annis anteq; Augustinus nasceretur, irrisit. Quo minus mireris, si pinguioris uulgi mentes suis figmentis afficiant ij, qui se tum demum rem magnam confecisse putāt: Christumq; sibi deuinxisse perpetuo, si cōmenti fuerint, aut de sancto aliquo uiro fabulam, aut de inferis tragœdiam, ad quam uera quæpiam aut delira lachrymetur, aut pauida inhorrescat. Itaque nullam ferè martyris, nullam uirginis uitam prætermiserunt, in quam non aliquid huiusmodi mendaciorum inseruerint, pie scilicet: alioqui enim

periculum

periculum erat,ne ueritas non posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs. Nec ueriti sunt eam religionē contaminare figmentis, quam ipsa ueritas instituit, & in nuda uoluit ueritate consistere:nec uiderunt usque adeo nihil istiusmodi fabulas conducere,ut nihil perni ciosius officiat. Nempe(ut memoratus pater Augusti nus testatur) ubi admixtum subolet mendacium:ueritatis ilico minuitur ac labefactatur autoritas. Vnde sæpe mihi suspicio suboritur:magnam huiusmodi fabularum partem,à uafris ac pessimis quibusdam nebulonibus,hæreticisq; confictam: quibus studium fuit,partim ex incauta, simplicium potius, quàm prudentium credulitate,uoluptatem capere: partim fabularū fictarum commercio, fidem ueris christianorum historijs adimere:quippe qui frequenter quædam,his quæ in sacra scriptura continentur,tam uicina confingunt,ut facile se declarent,adludendo lusisse. Quamobrem quas scriptura nobis historias diuinitus inspirata commendat,eis indubitata fides habenda est. Cæteras uero ad Christi doctrinam,tanq; ad Critolai regulam, applicantes caute & cum iudicio,aut recipiamus,aut respuamus:si carere uolumus,& inani fiducia, & superstitiosa formidine. Sed quo progredior? epistola ferè iam librum superat:nec interim tamen uerbum de tuis laudibus ullū,in quas alius fortasse totus incubuisset:quarumq; citra ullam adulandi suspicionem uberrimam

mihi materiam præbuissent (ut cæteras uirtutes tuas omittam) uel egregia doctrina tua, summaq; in rebus agendis prudentia: quam tot in diuersis nationibus in tam arduis negocijs, tam feliciter actæ legationes declarant: uel singularis fides, grauitasq; quam nisi satis perspectam, exploratamq; habuisset, nunq; te prudentissimus princeps sibi à secretis esse uoluisset. Sed cæterarũ uirtutum tuarum prædicationi unica modestia tua reluctatur: quæ facit, ut quum laudanda tam libenter facias: feciſſe te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc unum duntaxat abs te precans: ut has in græcis literis studij mei primitias æquo animo suscipias: sinasque ut qualecunq; apud te sint amoris, officijq; in te mei monumentum: quas tibi sim ausus eo maiori fiducia committere: quod etsi tam acre tibi iudiciũ sit: ut quicquid erratum fuerit, nemo penetrantius uideat: is tamen est ingenij tui candor, ut nemo libentius conniueat.

Vale.

LVCIANI CYNICVS, THOMA MORO INTERPRETE.

Perſonæ LVCIANVS ET CYNICVS.

LVCIANVS.

VID TV tandem? barbam quidem habes, & comã, tunicam non habes: nudusq; conſpiceris, ac ſine calceis: delecta nimirum uaga, inhumanáque ac ferali uita: tum proprio corpore contra q̃ faciũt cæteri, ſemper uſus in cõmode, nunc huc, nũc illuc circuis: in arido præterea ſolo cubans: adeo ut plurimũ etiam ſordium, tritum iſthoc pallium referat: alioquí nec ipſum, uel tenui filo, uel molle uel florulentũ. CYN. Neq; enim indigeo: ſiquid eſt huiuſmodí: ut comparetur facillime, dominóq; minimum exhibeat negocij: id inquam mihi ſufficit. At tu per Deos dic mihi: putas ne eſſe in luxu uitiũ? LVCIA. Immo admodũ. CYNI. Contra in frugalitate uirtutem? LVCIA. Admodum. CYN. Cur igitur tandem quũ me uideas uiuentẽ frugalius q̃ uulgo faciunt homines: eos uero ſumptuoſius: me, nõ illos arguis? LVCIA. Quia nõ frugalius per Iouẽ uideris mihi, ſed egẽtius uiuere: immo uitã omnino egenam

egenam atq; inopem. Nam tu nihil à mendicis differs qui cibũ mendicant in diem. CYN. Vis ergo uideamus (quãdoquidem huc processit oratio) quidnã inopia sit: quidq; rursus copia? LVCIA. Sí tibi quidẽ ita uidetur. CYNI. Nũquid ergo satis id cuiq; est, quicquid ipsius explet necessitatem? an aliud quippiam dicis? LVCIA. Esto istud. CYNI. Indigẽtia uero quicquid cuiusq; usui deest: nec eo quo sit necesse peruenit? LVCIA. Scilicet. CYNI. Nihil igitur meis in rebus deest. Nihil enim in his est, quod necessitatem non expleat meã. LVCIA. Quo pacto istud ait? CYNI. Scies si consyderes in quẽ usum eorum quodq; paratum est, quorũ egemus: ut domus, an non tegumenti gratia? LVCIA. Maxime. CYNI. Quid uestis: cuius gratia? nõne tegumẽti etiam ipsa? LVCIA. Sane. CYNI. At ipso per Deos tegumento, cuius rei gratia indiguerimus: nonne ut melius se habeat id quod tegitur? LVCIA. Mihi quidẽ sic uidetur. CYNI. Vtrum igitur tibi peius se habere hi uidẽtur pedes? LVCIA. Nescio. CYN. Atqui hoc pacto didiceris quodnam pedum officiũ est? LVCIA. Ingredi. CYNI. An deterius ergo ingredi pedes tibi uidentur mei, q; aliorum? LVCIA. Istud uero fortasse non. CYNI. At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium suum præstare? LVCIA. fortasse. CYNI. Pedibus ergo nihilo peius affectis uideor, q; alij? LVCIA. Nõ uideris. CYNI. Quid corpus uero meum? Num deterius q; reliquorũ

reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem imbecillius: corporis quippe uirtus robur est. An meũ ergo debilius? LVCIA. Non uidetur. CYNI. Neq; pedes ergo tegumento uidentur egere, neq; reliquũ corpus. Quippe si egerent, male haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit, ea quibuscũq; ad fuerit. At ne ali quidem deterius corpus uidetur meũ, quod quibuslibet cibis alitur. LVCIA. Manifestũ est id quidem. CYN. Nam nec uegetum esset, robustumq; si aleretur male. Mala siquidem alimẽta corpus tabefaciunt. LVCIA. Ista quidẽ ita se habent. CYNI. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me arguis, uitamq; improbas meã, ac miseram prædicas? LVCIA. Ideo per Iouẽ, quod quũ natura (quã tu colis) ac superi terrã in cõmuni statuerint: ex ea multa nimirũ ac bona addiderint, ut nobis omnia supereſſent abunde: non in necessitatẽ modo, uerũ in uoluptatẽ quoq;: tu tamẽ horum omniũ, aut maximæ saltẽ partis expers es: nec eorum quoq; frueris nihilo certe magis, q̃ feræ. Nempe aquã bibis, quã etiã bibũt feræ: Comedis uero quicqd offenderis, quẽadmodũ canes: tũ cubile nihilo melius canibus habes: quandoquidẽ gramẽ tibi sufficit, quẽadmodũ & illis: palliũ præterea circũfers, nihilo mendico decentius. Quanq; si tu his contentus recte sapis, tum Deus pfecto neutiq; recte fecit: primũ quod oues effecit pingues: deinde uites dulcis uini feraces: ac reliquum

deinde apparatũ uarietate mirabilem. & oleum & mel & reliqua: omnia ut nos haberemus, edulia quidé omni gena haberemus: potũ dulcem haberemus, pecunias haberemus, mollem lectum haberemus. Præterea pulchras domos, ac reliqua demũ omnia mirum in modũ præparata. Nam & ipsa quoq; artiũ effecta Deorũ dona sunt. At uiuere omnibus huiusce bonis priuatũ, id fuerit profecto miserũ, etiam si ab aliquo quopiã priueris. Quemadmodũ hi qui seruantur in uinculis. Longe uero miserius, siquis ipse sese omnibus bonis priuet. Nã ea demũ manifesta insania est. CYNI. Et recte quidem fortasse dicis. Verũ istuc dic mihi: Siquis diuite quopiã alacriter atq; humane, quin prolixe quoq; exhibẽte cõuiuiũ, tum hospites excipiẽte, & multos simul, & omni genos: alios quidem imbecillos, alios autẽ robustos: deinde apponente multa, atq; omnigena: siquis, inquam, omnia corripiat, omniaq; deglutiat: non ea tantũ quæ uicina sunt, sed ea quoq; quæ procul absunt, præparata uidelicet inualidis: ipse tamen ualens, quũ unũ duntaxat uentrẽ habeat, nec multis ut nutriatur indigeat: diutius tamen cũ alij multi immoretur: hic uir cuiusmodi tibi uidetur esse? probus ne? LVCIA. Non mihi quidem. CYNI. Quid uero, num temperans? LVCIA. Ne id quidem. CYNI. Quid uero siquis eiusdẽ mensæ particeps, multa illa ac uaria negligat, uno quopiam ex his quæ proxime apponũtur, electo: quũ satis in suam habeat

beat neceſſitatẽ,id decenter edat,eóq; ſolo utatur:cætera illa ne reſpiciat quidẽ, an non hunc temperatiorẽ & meliorẽ uirum illo putabis? LVCIA. Ego certe. CYNI. Vtrũ ergo iã intelligis,an me oportet dicere? LVCIA. Quidnã? CYN. Quod Deus illi quidẽ pulchre cõuiuiũ inſtruẽti ſimilis eſt:ut q appoſuerit multa ac uaria,atq; omnigena:uti eſſent quæ cuiq; cõueniant:alia quippe ualentibus,alia rurſus ægrotantibus:atq; alia quidẽ robuſtis,alia uero inualidis:nõ ut oĩbus utamur oĩes, ſed ut his utantur ſinguli,quæ ſuæ cuiuſq; naturæ cõueniunt:& ex his ipſis,quacũq; re maxime quẽq; indigere cõtigerit. At uos illũ qui per inſatiabilitatẽ atq; ineõtiantiã oĩa corripit refertis:ut q rebus uti uelitis oĩibus,& undecũq; partis, nõ ſolis contenti præſentibus: exiſtimãtes propriã quidem neq; terrã,neq; mare ſufficere:ſed importãtes ab ipſis uſq; terræ finibus uoluptates,patriiſq; rebus peregrina præferẽtes, ſumptuoſaq; frugalibus:atq; ea quæ difficile comparantur his quæ ſunt comparatu facilia. In ſumma deniq; moleſtias,malaq; potius eligentes, q; abſq; moleſtijs uiuere. At iſti quidem plurimi ac precioſi,beatiq; apparatus, quibus exultatis, per magnam ad uos miſeriam, erumnamq; perueniunt. Aurum ipſum tam optabile,ſi libet, argentumq; conſydera:domus cõſydera ſumptuoſas,ueſtes operoſas conſydera:atq; eius generis omnia, quanto negocio emuntur, quot laboribus,periculis: imo ſan-

guine,ac cæde,quantóq; hominũ interitu:nõ ideo ſoli qd' dũ nauigant,propter iſta pereunt cõplures:ac dum quærũt,parantq;,grauia perferunt:ſed ob id quoq; qd' digladiationes multas pariũt,quodq; ob ea inſidiãtur inuicẽ:& amicis amici,& parẽtibus liberi,& maritis cõiuges. Sic opinor Eriphylen q̃q; auri gratia ꝓdidiſſe maritũ. Atq; hæc quidẽ omnia fiunt:quũ tamẽ ueſtes illæ uariæ nihilo magis quicq̃ queant calefacere: auratáq; illa ædificia nihilo prorſus magis tegant:nec pocula illa argentea potui quicq̃ magis conducant. Sed nec aurei illi,nec eburnei item lectuli,ſomnũ ſuauioré præbeant: imo uidebis frequẽter in eburneo lecto, ſumptuoſiſq; ſtromatibus,beatis illis ſomnũ cõtingere nõ poſſe. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ,nihilo magis alũt quin tabefaciũt potius corpora, iſſdemq; morbos ingenerant. Quid aũt dicere attinet, libidinis gratia quãtas moleſtias mortales & faciũt,& patiũtur? quanq̃ facile eſt iſti cupiditati mederi, niſi quis uelit indulgere delitijs. At ne hæc quidẽ inſania,corruptelaq; ſufficere uidetur mortalibus:ſed iam rerũ etiã uſum puertunt,ſingulis rebus ad id utentes,ad qd' minime paratæ ſunt:quẽ admodũ lecto ſiquis uti carpẽti loco uelit,ac tanq̃ curru. LVCIA. Quiſnã is eſt? CYN. Vos,inquã,qui hominibus tanq̃ iumẽtis utimini. Nã eos iubetis,ut lecticas tãq̃ currus in ceruicibus ferãt. Ipſi uero in ſublimi reſidetis delicati,atq; homines pinde tanq̃ aſinos aurigamini:

mini:imperantes ut hac, nō illac eant:& qui hæc facitis maxime,ijdem maxime beati uidemini. Tum hi qui piscium carnibus nō tantū ut alimentis utuntur:uerū tincturas etiā quasdā ex his machinātur:eos dico,qui purpurā tinguntnóne & hi præter naturā his utūtur,quæ à Deo præparata sunt? LVCIA. Non per Iouē:siquidē tingere etiā potest nō comedi tantū purpuræ caro. CY. At nō in id tamen nata est. Nā & cratere quispiā,si præter naturam detorqueat,ollæ loco posset uti:nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam uniuersam illorū infelicitatē percurrere, quæ tanta est? At tu me quoq; qd' nolo eius esse particeps,incusas. Viuo ego tamē quēadmodū modestus ille:his uidelicet duntaxat,quæ mihi apponunt uescēs,ac frugalissimis utēs. Varijs uero illis atq; oīgenis minime inhiās. Ac deinde quū paucis egeā,ac minime multis utar:ferinā tibi uideor uitā uiuere. Atqui hac ratiōe tua Dij,pfecto in periculū ueniūt:ne & ipsi sint feris etiā deteriores:quippe q rei nullius indigēt. Verū ut exactius intelligas, cuiusmodi horū utrūq; sit:uel paucis uidelicet egere,uel multis:cōsydera quod pluribus egent:primū pueri q; adulti:deinde mulieres q; uiri: tum ægroti q; ualentes:atq; omnino in summa,inferiora quælibet præstantioribus pluriū indigent:proinde Dij omnino nullius egent rei, q uero ad Deos accedūt proxime q; minimis egēt. An Herculē putas omniū hominū præstantissimū:quippe

diuinũ uirum, deumq; recte creditũ miserum tũc fuisse quũ circuiret nudus, pelle duntaxat indutus: harum rerum nostrarũ nihil desyderans? At ille miser profecto non erat: quippe qui miseriã ab alijs propulsabat: neq; rursus pauper, qui terra, mariq; dominabat. Nempe quocũq; intendisset impetũ, omnes quaquauersum superabat: nec in quenq; sui tẽporis incidit, q se uel aqualem sit unq;, uel uicerit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas, calceosq; defuisse? atq; ob id mũdum obambulasse tantũ uirum? Dicendũ profecto non est. Sed cõtinens erat ac fortis: & moderate uiuere uolebat, non indulgere delitijs. Quid Theseus eius discipulus? An non rex erat Athenienſium omniũ, ac filius etiã, ut ferunt, Neptuni: sua certe tempestate fortissimus? Attamen ille quoq; uoluit sine calceis esse, ac nudus ingredi: barbamq; & comã nutrire placuit ei: nec ei tamen soli, sed omnibus etiã ueteribus placuit: nẽpe meliores erãt q; uos: atq; adeo ne sustinuisset quidé eorũ quisq; aliquid huiusmodi, nihilo profecto magis q; leo quispiã sese tonderi. Siquidem carnis mollicié ac læuorem decere mulieres existimabãt: ipsi uero sicuti erant, ita uideri quoq; uiri uolebant, ac barbã quidem cultum uiri ducebant: quẽadmodũ in equis iubam, in leonibus barbã, quibus Deus splendoris quandã atq; ornamenti uenustatem dedit: sic & uiris barbã adiunxit. Illos igitur ego æmulor: ueteres, inquam, illos imitari uolo, huius uero tempesta-

tempeſtatis homines nō æmulor mirabilis huius felici tatis nomine: quā in epulis & ueſtibus habent, dum po liunt ac læuigant ſingulas corporis partes, ac ne ſecretio rum quidē ullam, ita ut inſtituit natura, dimittētes. At mihi certe pedes opto, ut nihil equinis differant, quales Chironis fuiſſe ferunt. Tum ut ipſe ſtromatis nō egeā more leonū, nec cibo egeam magis exquiſito, cꝫ canes: Contingat præterea mihi, ut terra quæuis mihi per ſe pro cubili ſufficiat. Domū uero ut mundū hunc exiſti mem. Alimenta demū ut ea deligā, quæ facillime com parari poſſint. Autū uero, argentumcꝫ ne deſyderem uncꝫ, necꝫ ego, necꝫ meorum amicorū quiſcꝫ. Omnia nācꝫ mala inter homines ex horū cupiditate naſcunt, & ſeditiōes, & bella, & inſidiæ, & cædes. Hæc oīa fon tem habent plus habendi cupidinem. At hæc à nobis abſcedat procul, ne uncꝫ plus ſatis appetā: minus uero quū habeā, ferre æquo animo ualeam. Noſtra quidē ita ſe habent. Plurimū profecto à uulgi ſententijs iſta diſſentiūt. Necꝫ quicꝫ ergo mirandū eſt, ſi ab his dif ferimus habitu, à qbus tantū differimus inſtituto. Sed te demiror, quonā pacto quū ſuam quādā citharœdo ueſtē tribuas, cultumcꝫ: atcꝫ adeo tibicini ſuū, & tragœ do ſuū: bono uiro cultū, ueſtēcꝫ propriā nullam exiſti mas: ſed eandē ei cum uulgo habendā cenſes, idcꝫ quū uulgus malum ſit. Quod ſi bonorum cultus proprius debet eſſe ullus: quinam deceat magis cꝫ hic meus, qui maxime

maxime luxurioſis pudendus ſit? quemq; illi maxime auerſentur? Cultus ergo meus huiuſmodi eſt, ſqualidū eſſe, hirſutum eſſe, tritū pallium indui, comā producere, ac ſine calceis ingredi. Veſter uero Cinædorum ornatui ſimillimus eſt: nec dignoſcere uos quiſq; ab illis poſſit: neq; colore ueſtium, neq; mollicie, neq; camiſiarum numero, neq; lacernis, neq; calceis, neq; capillorū cura, neq; odore. Nam & redoletis ut illi, iam præſertim uos qui eſtis feliciſſimi. Et quidē quid facias, quū uir eundē cum Cinædis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præſtatis. Voluptatib⁹ uero nihilominus q̄ illi ſuperamini: eadem comeditis: eodē modo dormitis, atq; inceditis: imo uero incedere non uultis, ſed geſtari potius, tanq̄ ſarcinæ, alij ab hominibus, alij uero à iumentis. At me pedes ipſi geſtant quocūq; ſit opus. Egóq; & frigus tolerare ſufficio, & caloré pati: eáq; quæ Dij obtulerint, minime moleſte ferre: ideo uidelicet, quia miſer ſum. Vos uero propter hanc felicitatē nulla eſtis fortuna contenti: ſed omnium pœnitet, ac præſentia ferre non poteſtis: abſentia deſyderatis, hyeme quidem optantes æſtatē, æſtate rurſus hyemē: atq; in calore frigus, in frigore uiciſſim calorem: quēadmodū ægrotantes, moroſi ſemper & queruli: quod in illis quidē facit morbus, in uobis uero mores. Atq; hæc ita quū ſint: iam nos in uitam ueſtram traducere æquū cenſetis, noſtramq; corrumpere: quū ſæpe male conſulta ſint, quæ

facitis,

facitis,ipſiq; ſitis in ueſtris ipſorum negocijs minime circũſpecti:nihilq; eorum iudicio ac ratione,ſed cõſuetudine cupiditatis faciatis. Quãobrem nihil profecto differtis uos:ab his qui torrente feruntur. Illi quippe quocunq; fluxus intenderit,eo rapiuntur: & uos itidẽ quocunq; libidines. At ſimiliter quidem uobiſcum agitur:ut cum quodam qui equum inſanum aſcenderat. Equus igitur uirum corripiens abſtulit. Hic uero amplius iam deſilere equo currente non poterat. Quidam uero quum occurriſſet ei:rogauit quonã tenderet? Hic reſpondit:quocũq; huic uidetur, equum demõſtrans. Quod ſi uos quiſq; roget,quo feramini:ſi uerum uultis dicere,dicetis in uniuerſum quidem quocũq; uideantur affectibus:ſigillatim uero,interdũ quocũ uoluptati:interdum quocũq; ambitioni:interdum rurſus quo lucri ſtudio. Quin interdum ira,interdum metus, interdum aliud quippiam huiuſmodi uos auferre uidetur. Neq; enim unum duntaxat equum uos,ſed multos inſilientes,nunc hunc,nunc illum,furioſos quidem omẽs auehimini. Auferunt ergo uos in barathrum,ac prærupta. Vos tamen priuſq; cadatis caſuros uos eſſe neſcitis:at hoc detritum pallium quod uos ridetis comáq; habituſq; meus tantam habet uim,ut uitã mihi quietam præbeat:utq; agam quicquid uolo, uerſerq; cum quibus uolo. Nempe ex indoctis,atq; ineruditis hominibus nemo me adire uoluerit, ob hunc habitum. At

molles etiam qui sunt adhuc admodum procul dedi/
nant. Congrediuntur uero scitissimi atq; modestissi/
mi: & qui uirtutem cupiunt, hi potissimum congredian/
tur mecum: horum ego consuetudine delector. Eorum
uero fores qui homines uocantur, nõ obseruo: tum co/
ronas aureas ac purpuram pro fastu habeo: atq; homi/
nes ipsos derideo. At ut cultum hunc intelligas: non bo/
nos modo uiros, sed ipsos etiam deos decere: atq; eum
deinde, si libet, irrideas: deorum statuas consydera: utri
uideantur uobis ne, an mihi similiores: neq; Grecorũ
solum: sed barbarorum etiam templa circumspicias:
utrũ ipsi dij, ut ego, comati, barbatiq; sunt: an quemad/
modum uos, rasi fingũtur atq; pinguntur. Quin plu/
mos etiam sine tunicis conspicies: ut me nunc esse ui/
des. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum
uitio dare: quum deos etiam decere uideatur?

LVCIANI CYNICI
THOMA MORO
INTERPRE
TE, FINIS.

MENIPPVS SIVE

NECROMANTIA LVCIANI THOMA MORO INTERPRETE.

MENIPPVS, PHILONIDES.

MENIPPVS.

ALVE atrium, domusq; uestibulum meæ: Vt te lubens aspicio luci redditus.

PHILO. Nũ nam hic Menippus est canis ille? Non herde alius: nisi ego forte ad Menippos omneis hallucinor. At quid sibi uult habitus huius insolentia? daua, lyra, leonis exuuiæ? Adeundus tamen est. Salue Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est quod in urbe non uidimus. MENIP.

Adsum reuersus mortuorum è latibulis,
Foribusq; tristium tenebrarum nigris:
Manes ubi inferi manent superis procul.

PHILO. O Hercules dam nobis Menippus uita functus est: reuixitq; denuo? MENIP.

Non, sed me adhuc uiuũ recepit tartarus.

PHILO. Quænam causa tibi fuit nouæ huius atq; incredibilis uiæ? MENIP.

Iuuenta me incitauit, atq; audacia:
Quàm pro iuuenta haud paululum impotentior.

PHILO. Siste o beate Tragica: & ab iambis descendens sic potius simpliciter eloquere: quænam hæc uestis: quæ causa tibi itineris inferni fuit: quũ alioqui neq; iucunda neq; delectabilis sit uia? MENIP.

Res dilecte grauis me infernas egit ad umbras,
Consulerem manes ut uatis Tiresiai.

PHILO. Atqui deliras: alioqui non hoc pacto caneres apud amicos consarcinatis uersibus. MENIP. Ne mireris amice: nuper enim cum Euripide atq; Homero uersatus, nescio quo pacto uersibus sic impletus sum: ut numeri mihi in os sua sponte confluant. Verum dic mihi quo pacto res humanæ hic se habent in terris? & quænam in urbe agitur? PHILO. Nihil noui. Sed quemadmodum prius actitabant: rapiunt, peierant, fœnerant, usuras colligunt. MENIP. O miseri atq; infelices. Nescitunt enim, qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesq; sorte iacti sunt in diuites istos calculi: per quos Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHILO. Quid ais? Noui ne aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? MENIP. Per Iouem: & quidem multa uerum prodere non licet: neq; arcana quæ sunt reuelare: ne quis forte nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. PHILO. Nequaq; Menippe per Iouem, ne amico sermonem hunc inuideas. Nam

apud ho

apud hominem tacendi gnarum, & initiatũ præterea sacris edisseres. MENIP. Dura profecto iubes, & neutiq; tuta: uerum tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo: diuites istos ac pecunioſos aurum tanq; Danaen seruantes abstrusum. PHILO. Ne prius obtestaueris quæ sunt decreta dixeris: q; ea percurras omnia quæ abs te audire libentissime uelim: Quæ uidelicet descensus causa fuerit: quis itineris dux: deinde ex ordine, & quæ illic uideris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te, quũ res pulchras uidendi curioſus sis, eorũ quæ uisu aut auditu digna uidebant nihil omnino præter misisse. MENIP. Parendũ etiã in his tibi est. Nã quid facias, urgẽte amico? Ac primum sanè tibi expediam, quæ res animum meum ad hunc descensum impulerint. Ego igitur quum adhuc puer essem: audiremq; Homerum atq; Hesiodum, seditiones ac bella canentes: non semideorum modo, sed ipsorum etiam deorũ, adulteria quoq;, uiolentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororũ nuptias. Hæc me hercle omnia bona pulchráq; putabam, & studioſe erga ea afficiebar. Postq; uero in uirilem iam ætatem peruenirem: hic leges rursus iubẽtes audio poetis apprime cõtraria, neq; uidelicet adulteria committere, neq; seditiones mouere, neq; rapinas exercere. Hic igit hæsitabundus cõstiti: incertus omino quo me pacto gererẽ. Neq; enim deos unq; putaui mœchaturos, aut seditiones

inuicem fuisse moturos: nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neq; rursus legumlatores his aduersa iussuros: nisi id conducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram: uisum est mihi philosophos istos adire, atq; his me in manus dedere, rogareq; uti me ut cunq; liberet uterentur: uitæq; uiam aliquam simplicē ac certam ostenderent. Hæc igitur mecum reputans ad eos uenio: imprudens profecto, quod me ex fumo (ut aiunt) in flammam conijcerem. Apud enim hos maxi me diligenter obseruans summā repperi ignorantiā, omniaq; magis incerta: adeo, ut præ his ilico mihi uel idiotarū uita iam aurea uideret. Alius etenim soli me iussit uoluptati studere, atq; ad eum scopū uniuersum uitæ cursum dirigere. In eo ipsam sitam esse felicitatē. Alius rursus omnino laborare, corpusq; siti, uigilijs, ac squalore subigere, misere semper ad fectum, contume liosq; obnoxium assidue: Hesiodi sedulo inculcans celebria illa de uirtute carmina, & sudorū uidelicet, & acciuē in uerticē mōtis ascēsum. Alius cōtēnere iubet pecunias, earūq; possessionē indifferētē putare. Alius cōtra bonas ipsas etiā diuitias esse pnūciat. De mūdo uero quid dicam? de quo ideas incorporeas, substantias, athomos, & inane, ac talē quandā pugnantiū inuicem nominū turbā in diē audiebā: & qd absurdorū omniū maxime fuit absurdū, de contrarijs unusquisq; quū diceret, inuincibiles admodum rationes ac persuasibiles

adfe-

adferebat: ut nec ei qui calidum, nec ei qui frigidum idē prorsus esse contenderent, contra quicq̄ hiscere potuerim, atq; id: quum tamen manifeste cognoscerem fieri nunq̄ posse: ut eadē res calida simul frigidaq; sit. Prorsum igitur tale quiddā mihi accidebat, quale solet dormitantibus, ut interdū capite annuerem, interdum cōtra abnuerem. Præterea quod multo erat istis absurdius, uitam eorū diligenter obseruans, comperi eam cū ipsorum uerbis præceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spernendam censebāt pecuniam, auidissime conspexi colligendis diuitijs inhiare, de fœnore litigantes, pro mercede docētes. Omnia denicq; nūmorū gratia tolerantes. Ii uero qui gloriā uerbis aspernabantur, oēm uitæ suæ rationē in gloriā referebāt. Voluptatem rursus oēs fermè palā incessebāt. Clanculū uero ad eā solā libēter cōfluebant. Ergo hac quoq; spe frustratus magis adhuc ægre molestéq; tuli. Aliquantulū tamen inde memet consolabar: quod una cū multis & sapientibus & celeberrimis uiris ipse insipiēsq; essem, atq; uere adhuc ignarus oberrarē. Peruigilāti mihi tādē, atq; hisce de reb⁹ mecū cogitāti, uenit in mētē: ut Babylonē pfect⁹ magorū aliquē ex Zoroastri discipulis ac successoribus cōuenirē. Audierā siqdē eos inferni portas carminibus qbusdā ac mysterijs aperire: & quē libuerit illuc tuto deducere, ac rursus inde reducere. Optie ergo me facturū putauisi cū horū quopiā de descensu paciscēs.

Tiresiā

Tiresiam Boeotium consulerem, ab eóq; perdiscerem (quippe qui uates fuerit & sapiens) quæ uita sit optima: quāq; sapientissimus quisq; potissimum eligeret. Ac statim quidem exiliens cōtinuo poteram celerrime Babylonem uersus recta contendi. Quo quum uenio, diuersor apud Chaldæorum quendam hominem certe sapientem, atq; arte mirabilem: coma quidem canum, ad modum; promissa barba uenerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecrāsq; uix exorauí: ut quauis mercede uellet, in illam me uitam deduceret. At tandem homo me suscipiens primū quidem dies nouem ac uiginti cum luna simul incipiens abluit ad Euphratem: mane solem orientē uersus perducens, ac sermonem quempiam longum murmurans quem non admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inepti solent) uolubile quiddam atq; incertum proferebat, nisi quod quosdam uisus est invocare dæmones. Post illam igitur incantationem ter mihi in uultum spuens deducit rursus, oculos nusq; in obuium quenq; deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, potus autem lac atq; mulsum & Choaspi lympha: lectus uero in herba sub dio fuit. At postq; iam præparati satis hac dieta sumus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluuium ducens, purgauit simul atq; absterſit: facéq; lustrauit ac squilla: tum pluribus itidem alijs: & magicum simul illud carmē submurmurans, deinde

rans, deinde totum me iam incantans, ac ne a ſpectris læderer circumiens, reducit domum, ita ut eram recipro cantem, ac reliquum iam nauigationi dedimus. Ipſe igitur magicam quandam ueſtem induit, Medorum ueſti ut plurimũ ſimilem, ac me quidem his, quæ uides ornauit, claua uidelicet, ac leonis exuuijs, atq; inſuper lyra. Iuſſit præterea ut nomen ſi quis me roget Menippum quidem ne dicerem, ſed Herculem, Vlyſſem, aut Orpheũ. PHILO. Quid ita o Menippe? neq; eñ cauſam aut habitus, aut nominis intelligo. MENIPPVS. Atqui perſpicuum id quidem eſt, ac neutiq; arcanum. Nam hi qui ante nos ad inferos olim uiui deſcẽderant, putauit ſi me his aſſimilaret, fore ut facilius Aeaci cuſtodias fallerem, atq; nullo prohibente tranſire, utpote notior tragico admodum illo cultu emiſſus. Iam igitur dies apparuit, quum nos flumen ingreſſi in receſſum incumbimus. Parata ſiquidem ab illo fuerant, cymba, ſacrificia, mulſa, & in id myſterium denicq; quibuſcunq; opus erat. Hæc poſtq; ergo quæ prompta erant impoſuimus, tum nos quoq; anxij, ac uagientium more lachrymantes ingredimur, atq; aliquantiſper quidem in fluuio ferimur, deinde in ſyluam delati ſumus, ac lacum quendam in quẽ Euphrates conditur. Tum hoc quoq; tranſmiſſo, in regionem quandam peruenimus ſolam, ſyluoſam atq; opacam, in quã deſcendentes (præibat enim Mithrobarzanes) & puteum effodimus, & oues

iugulamus, & foueam sanguine conspergimus. At magus interim accensam facem tenens, haud amplius iam summisso murmure, sed uoce q̄ poterat maxima deprecans, dæmones simul omnes conuocat, Pœnas, Furias, Hecatem nocturnam, excelsamq; Proserpinam, simulq; polysyllaba quædā nomina barbara, atq; ignota cōmiscet. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine solum ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri, & iam res planè tristis ac mœsta fuit, Vmbrarū at timuit rex imis sedibus Orcus. Ac protinus quidem inferorū patebant pleraq; lacus Pyriphlegethon, ac Plutonis regia. Tum per illum desēdentes hiatum Rhadamanthum propemodum metu, reperimus extinctum. At Cerberus primum quidem latrabat cōmouitq; sese. At quum ego lyram celeberrime correptā pulsassem, cantu statim sopitus obdormit, deinde posteaq; ad lacum uenimus, tranare ferè non licuit. Iam ēm onustum erat nauigium, & eiulatu certe plenū. Vulnerati quippe in ea nauigabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quopiam membro luxatus, usq; adeo, ut mihi certe ex bello quopiam adesse uiderent. At optimus Charon quum leonis uideret exuuias, esse me ratus Herculem recepit, transq; uexit libens, tum exeuntibus quoq; nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithrobarzanes, ego autē à tergo cōtinuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddam

quoddam uenimus maximũ, aſphodelo conſitum, ubi circumfuſæ undiq; mortuorũ ſtridulæ nos ſequuntur umbræ. Tum paulo procedẽtes longius ad ipſum Minois tribunal acceſſimus. Erat ipſe quidẽ in ſolio forte quodam ſublimi ſedens. Aſtabant autem illi Pœnæ, Tortores, mali Genij, Furiæ. Ex altera parte plurimi quidã adducti ſunt ex ordine longa fune uincti. Dicebantur autẽ adulteri, lenones, mœchi, homicidæ, adulatores, ſycophantæ, ac talis hominum turba quiduis in uita patrantium. Seorſum autem diuites ac fœneratores prodibant pallidi, uentricoſi, ac podagrici, quorum quiſq; trabe uinctus erat, ferri pondere duorũ talentorum impoſito. Nos igitur aſtantes, & quæ fiunt omnia conſpicimus, & quæ dicuntur auſcultamus. Accuſant autẽ noui quidam atq; admirabiles rhetores. PHILO: Quinam ergo hi per Iouem ſunt, ac ne iſthuc quidem te pigeat dicere. MENIP. Vmbras ne unq̃ iſtas noſti, quas oppoſita ſoli reddunt corpora? PHILO. Quid ni? MENIP. Hæ nos igitur quum primũ functi uita ſumus accuſant, teſtantur, atq; redarguunt, quicquid in uita peccauimus, & ſanè quædam ex his digne admodum fide uident, utpote nobiſcum uerſatæ ſemper, noſtriſq; nuſquam digreſſæ corporibus. Minos igitur curioſe quemlibet examinans impiorum, relegabat in cœtum, pœnas ibi ſceleribus ſuis dignas luiturum. In hos præcipue tamen incenditur, quos opes dum uiuerent, ac

dignitates inflauerant, quiq; adorari se ferè expectabant, nimirum perituram eorum superbiam fastumq; detestatus, quippe qui non meminissent mortales ipsi quum sint, sese bona quoq; mortalia consequutos. At nunc splendida illa exuti omnia diuitias inquã, gemmas, munia, nudi ac uultu demisso steterunt tanq; somniũ quoddam humanam hanc felicitatem recogitantes, adeo ut hæc dum conspicarer nimis q; delectatus fuerim. Et si quem eorum forte agnoueram accessi, atq; in aurem silenter admonui, qualis in uita fuerat, quantoq; peréq; fuerat inflatus, tum quum plurimi mane fores eius obsidentes pulsi interim exclusiq; à famulis illius expectabant egressum. At ipse uix tandé illis exoriens puniceus, aureus, aut uersicolor, felices ac beatos se facturum salutantes putabat, si pectus dextramue porrigens, permitteret osculandam. Illi uero audientes ista moleste ferebant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam. Quippe Dionysium Siciliæ tyrannũ multis & atrocibus criminibus & à Dione accusatũ, & graui Stoicorũ testimonio conuictum, Cyreneus Aristippus interueniens: Nam illum ualde suspiciunt inferi, eiusq; plurimum ibi ualet autoritas, fermè iam Chimæræ alligatum absoluit à pœna, asserens illum eruditorum nonnullos olim iuuisse pecunia. Tum nos à tribunali discedẽtes, ad supplicij locum peruenimus. Vbi ō amice & multa, & miserãda audire simul, ac spectare licuisset.

licuiſſet. Nam ſimul & flagrorũ ſonus auditur, & eiulatus hominũ in igne flagrantium, tum rotæ & tormenta, catenæ, Cerberus lacerat, Chimæra dilaniat, cruciantúrq; pariter omnes, captiui, reges, præfecti, pauperes, mendici, diuites, & iam ſcelerum omnes pœnitebat. Et quoſdam quidem eorum, dum intuemur, agnouimus, uidelicet qui nuper è uita diſceſſerant. At hi ſe pudentes tum occulebant, noſtróq; ſubtrahebant aſpectui, aut ſi nos aliquando reſpiciebant, id ſeruiliter admodũ abiectéq; faciebant, atq; hi quidem cp olim putas oneroſi, faſtoſíq; in uita? At pauperibus malorum dimidium remittebatur, & quum interquieuiſſent, denuo repetebantur ad pœnam. Sed illa quoq; quæ fabulis feruntur aſpexi, Ixionem, Siſyphum, Phrygiúmq; graiter affectum Tantalum, genitumq; terra Tytium. Dij boni, quantum? Integrum ſtratus agrum occupabat. Hos tandem prætereuntes, in campum uenimus Acheruſium, ubi ſemideos, heroidaſq; reperimus, atq; aliam ſimul mortuorũ turbam in gentes, tribuſq; diſpoſitam, alios quidem uetulos, quoſdam ac marcidos, atq; (ut Homerus ait) euanidos, alios uero iuueniles & integros, & hos potiſſimum ob illam condiendi efficaciam Aegyptios. Verum dignoſcere quemlibet haud prodiue fuit, adeo nudatis oſſibus omnes erant inuicẽ ſimillimi, niſi q; uix tandem eos diu intendentes agnouimus. Quippe conferti cõſidebant obſcuri atq; ignobiles,

biles, nullumq; ſeruantes amplius priſtinæ formæ ue-
ſtigium. Cum igitur multi ſimul oſſei conſiſterent, inui
cem omnino ſimiles, qui terrificum quiddã per cauos
oculorum orbes tranſpicerent, dentesq; nudos oſten-
derent, hæſitabam certe mecum, quonam ſigno Ther-
ſitem à Nireo illo formoſo diſcernerem, aut mendicum
Irum à Pheacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Aga
memnone. Quippe quibus iam nihil ueteris perman-
ſit indicij, ſed oſſa fuerunt inter ſe ſimilia, incognibilia,
nullis inſcripta titulis, nulliq; unq; dinoſcenda. Hæc
igitur ſpectanti mihi, perſimilis hominũ uita pompæ
cuipiam longæ uidebat, cui præſit ac diſponat quæq;
fortuna, ex his qui pompam agunt diuerſos, uariosq;
cuiq; habitus accommodans. Alium ſiquidem fortuna
deligens regijs ornat inſignibus, & tiaram imponens,
& ſatellites addens, & caput diademate coronans. Aliũ
ſerui rurſus ornatum induit; hunc formoſum effigiat,
hunc deformem atq; deridiculum fingit. Nam omni-
genum, ut opinor, debet eſſe ſpectaculum. Quin habi-
tus quorundam plerumq; in media quoq; pompa de-
mutat, neq; perpetuo eodem ſinit ordine, cultúq; pro-
gredi, quo prodierant. Sed ornatu cõmutato Croſum
quidẽ coegit ſerui, captiuiq; ueſtes induere. Meandriũ
autem olim inter ſeruos incedentẽ, Polycratis uiciſſim
ornat tyrannide. Et aliquantiſper quidẽ eo cultu per-
mittit uti, uerum ubi iam pompæ tempus præterijt, ap-

paratum

paratum quiſq; reſtituens,& cum corpore ſimul exutus amictu, qualis ante fuit efficitur, nihilo à uicino differens. Quidam tamen ob inſcitiam,quum ſuos fortuna cultus exigit, ægreferunt atq; indignant, tanq; pprijs quibuſdam bonis priuati, ac nõ potius alienis, quibus pauliſper utebant, exuti. Quin in ſcena quoq; uidiſſe te plerumq; puto hiſtriones iſtos tragicos, qui (ut fabulæ ratio poſcit)modo Creontes,modo Priami fiunt, aut Agamemnones. Idemq; (ſi ſors tulerit) paulo ante tam grauiter Cecropis, aut Erechthei formã imitatus, paulo poſtea ſeruus, poeta iubente, progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quiſq; auratas illas ueſtes exutus, perſonã deponens, & ab altis illis crepidis deſcendens,pauper atq; humilis obambulat, haud ampli⁹ Agamemnon ille Atreo prognatus,aut Creon Menecæi filius, ſed Polus filius Charidei Sunienſis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic ſe mortalium res habent,quemadmodum mihi tum ſpectanti uidebatur. PHILO. Dic mihi Menippe, iſti qui magnificos, altoſq; tumulos habent ſuper terram, & columnas,imagines, titulos, nihilo ne ſunt apud inferos plebeis quibuſlibet umbris honoratiores? MENIP. Nugaris tu quidẽ, nam ſi uidiſſes Mauſolum, Caremillum dico Pyramide celebrem, ſat ſcio, nunq; ridere deſiſſes, ita in antrum quoddã abſtruſum deſpectim abiectus eſt, in reliqua mortuorum turba deliteſcens.

Hoc

Hoc tantum cõmodi mihi uidetur ex monumento referre, q̃ impoſito tanto pondere, laborat magis & premitur. Nam cum Aeacus o amice locum cuiq; metitur, dat autẽ cui plurimũ haud amplius pedem neceſſe eſt eo iacere contentũ, ſeſeq; ad loci modum cõtrahere. At uehementius multo riſiſſes, opinor, ſi reges hoſce noſtros, ſatrapaſq; uidiſſes apud eos mendicantes, & aut ſalſamenta uendentes, aut primas ipſas literas, urgente inopia profitentes, & quẽadmodũ cõtumeliis à quouis afficiantur, atq; in faciem cædantur, perinde atq; uiliſſima mancipia. Itaq; Philippum Macedonẽ cõſpicatus, cõtinere me certe nõ potui. Oſtenſus eſt mihi in angulo quodam detritos calceos mercede reſarciens. Quin alios præterea multos erat uidere mẽdicantes in triuiis, Xerxes uidelicet, Darios, ac Polycrates. PHILO. Admiranda narras iſta de regibus, penéq; incredibilia. Socrates autẽ quid facit? ac Diogenes, & ſi quis eſt ſapientũ alius? MENIP. Socrates profecto etiam ibi obuerſat, omneſq; redarguit. Verſant autẽ cum illo Palamedes, Vlyſſes, & Neſtor, & quiſquis eſt alius inter defunctos garrulus. Inflant autẽ illi etiamnũ, atq; intumeſcũt exhauſto ueneno cura. At optimus Diogenes Sardanapalo uicinus Aſſyrio, Midæq; Phrygio, atq; aliis item pluribus ex iſtorũ ſumptuoſorũ numero, manet, quos quũ eiulantes audit, ueteris fortunæ magnitudinẽ recogitantes, & ridet, & delectatur, ac ſupinus cubans ut

plurimum

plurimũ cantat: aſpera nimis atq; iniucũda uoce illorũ eiulatus obſcurans: adeo, ut id ægre ferentes nec Diogenem ferre ualentes, de mutanda ſede deliberent. PHIL. De his iam ſatis quidem: cæterũ quodnam illud decretum eſt, quod initio dixeras aduerſus diuites eſſe ſanctum? MENIP. Bene admones. Neſcio enim quo pacto quũ hac de re dicere propoſuiſſem, ab inſtituto ſermone procul aberraui. Dum igitur ibi uerſabar, magiſtratus concionẽ aduocauerunt: his uidelicet de rebus, quæ in cõmune conducerent. Conſpiciens ergo multos concurrere: me quoq; cum illis ſimul immiſcẽs: unus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata ſunt igit᷑ & alia multa. Poſtremo uero de diuitibus negocium: in quos poſteaq; plurima fuiſſent obiecta, uiolentia, ſuperbia, faſtus, iniuriæ: aſſurgens tandem ex populo, primas quidam, huiuſmodi decretum legit. Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in uita rapientes, ac uim inferentes, inopeſq; omni modo deſpectui habentes: Curiæ, Populóq; uiſum eſt: ut quũ functi uita fuerint, corpora quidem eorũ pœnas cum aliis ſceleratorum corporibus luant: animæ uero ſurſum remiſſæ in uitam, in aſinos demigrent, donec in tali rerum ſtatu quinquies ac uicies decẽ annorũ milia trãſegerint, aſini ſemp ex aſinis renati, onera ferẽtes, atq; à pauperibus agitati. Dein ut liceat illis è uita excedere. Hãc ſentẽtiã dixit Caluarius: patre Aridello, patria Manicẽſis, tribu

Stygiana. Hac igit̃ lege recitata, approbauerunt principes, sciuit plebs, adfremuit Proserpina, allatrauit Cerberus: sic em̃ rata quæ inferi statuũt, autenticaq; fiunt. Quæ igitur in cõcione agebãtur, erãt huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia uenerã, Tiresiam adeo: atq; illi re, uti erat, ordine narrata, supplicaui: ut mihi diceret, quodnã optimũ uitæ genus putaret. Hic uero subridẽs (est autẽ seniculus quispiã cæcus, pallidus, uoce gracili) o fili, inquit, causam tuæ perplexitatis scio à sapiẽtibus istis profectã, haudquaq; idẽ inuicẽ ijsdẽ de rebus sentientibus: uerũ haud fas est id tibi proloqui: siquidem quod Rhadamanthus interdixit. Nequaq;, inquit, o patercule: sed dic amabo, neq; me contẽnas, qui in uita te etiã ipso cæcior oberro. Abducẽs ergo me, procul ab alijs auferẽs, ad aures mihi indinãs: Optima est, inquit, idiotarũ, priuatorũq; uita, ac prudentissima. Quãobrẽ ab hac uanissima sublimiũ cõsyderatioe desistẽs. Mitte principia semp ac fines inquirere, & uafros hoscę syllogismos despuẽs, atq; id genꝰ omia nugas æstimãs, hoc solũ in tota uita psequere: ut præsentibꝰ bene cõpositis minime curiosus, nulla re sollicitꝰ, q̃plurimũ potes hilaris uitã, ridenscq; traducas. Hæc quũ dixisset, rursus Asphodelorũ in pratũ sese corripuit. Ego igitur (nã & nũc uesper erat) age, inquã, o Mithrobarzane quid cunctamur? ac nõ hinc rursus abimus in uitã? Ad hæc ille: confide, inquit, o Menippe: breuẽ quippe, facilẽq; tibi monstrabo

strabo semitã: & me protinus abducẽs in regionẽ quandam magis priore tenebricosam, manu pcul ostendẽs subobscurũ, tenuéq;, ac ueluti per rimã influens lumẽ: Illud, inquit, Trophoni templũ est, atq; illac ad inferos è Bœotia descẽdit', hac ascẽdas, atq; ilico fueris in Græcia, Ego igit' hoc sermone gauisus, salutato Mago difficile admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto, in Lebadiam perueni.

NECROMANTIAE SEV MENIPPI LVCIANI THOMA MORO INTERPRETE, FINIS.

LVCIANI PHILOPSEVDES SIVE INCREDVLVS, THOMA MORO INTERPRETE.

Personæ, TYCHIADES ac PHILOCLES.

TYCHIADES.

DOTES mihi Philodes dicere: quidnã id tandẽ sit: quod multos in mentiendi cupiditatẽ adducit: ut pariter gaudeãt, quũ & ipsi nihil sani loquũtur, & his q talia narrãt, maxime animũ intendant? PHIL. Multa Tychiade sunt quæ nõnullos mortales mentiri cõpellunt, quia in rem uident cõducere. TYC. Nihil

ad rem hæc(ut aiunt)neq; em̃ de his rogabam,qui qui usus postulat, mentiũtur:uenia nimirum hi,imo laude pleriq; eorũ digni sunt:quicunq; uel hostes fefellerint, uel ad salutem tali quopiã pharmaco usi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Vlysses etiam fecit:ut & uitã suam,& sociorũ reditum redimeret. Sed de illis nir opti me dico:qui nulla necessitate mendaciũ ipsum uenerati longe anteponunt, ipsa re uidelicet delectati,atq; in ea sint̃ ulla idonea occasione uersati. Isti ergo scire cupio, cuius cõmodi gratia istud agunt. PHIL. An aliquibi tales aliquos iam deprehẽdisti,quibus hæc insita sit mentiendi libido? TYC. Et quidem admodũ multi sunt huiusmodi. PHIL. Quid aliud ergo in causa sit,quod mentiuntur,nisi demẽtia? Siquidem rem pessimã,optimi loco præoptãt. TYC. Hoc nihil est. Nam ego tibi multos ostenderim ad cætera prudentes, ac sapientia mirabili: nescio tamen quo pacto captos hoc malo,mendaciq; studiosos:adeo ut ego certe moleste ferã,quod uiri tales,omnibus cæteris in rebus optimi:gaudent tamen & se,& eos in quos inciderint,fallere. Nam ueteres illi,id quod tibi notius est q̃ mihi, Herodotus, Cteliasq; Cnidius,atq; his superiores,deniq; Homerus ipse, uiri celebres,mendacijs etiam scriptis utebantur:ut non solum eos fallerent,à quibus tunc audiebãtur:uerum usq; ad nos etiã mendaciũ per manus traditum peruenirent,in pulcherrimis uersibus,metrisq; seruatũ. Me ergo sæpe illorum

illorꝝ uerſuũ nomine ſubꝛ̃ſit pudor: ſiquando cæli ſectionem, ac Promethei uincula recenſent: gigãtumq; rebellionem: atq; omnẽ illam de inferis tragœdiam. Et quo pacto ob amorem Iuppiter in taurum & cygnũ uerſus ſit: & quemadmodũ ex muliere quiſpiam in auiculam, urſamue mutatus ſit. Pegaſos præterea, Chimæraſque & Gorgonas, ac Cyclopas: atq; id genus omnia, admodum abſurdas, monſtroſaſq; fabulas: & quæ mẽtes affi cere puerorũ queant, qui laruam adhuc, lamiamq; metuunt. Quanq; poetica, ſint fortaſſe tolerabilia. At urbes iam, gentesq; totas una uoce ac publicitus mentiri: an non hoc ridiculum? Veluti quum Cretenſes ſepulchrũ Iouis oſtendere non pudet. Athenienſes Erictho nium æditum è terra ferunt, primosq; illos homines in Attica olerum more ex terra emerſiſſe. Hi tamẽ multo uerecũdiores q̃ Thebani: qui ex ſerpentis dentibus ſatiuos quoſdã progerminaſſe narrant: quod ſiquis hæc quũ ſint ridicula, uera eſſe nõ credat: ſed ea prudẽter examinãs, Chorebi cuiuſpiã, aut Margitæ exiſtimet eſſe: ſiquis aut Triptolemũ credat in alatis draconib⁹ p aerẽ uectũ eſſe: aut Pana quendã ex Arcadia in Marathonẽ ueniſſe auxilio: uel Orithyiã à Borea raptã eſſe: impi⁹ nimirum hic atq; inſanus uideatur eis: quippe qui tam manifeſta ueraq; non credat, uſq; adeo obtinet mendacium. PHIL. At Poetis Tychiade, urbibuſq; fuerit fortaſſis ignoſcendum. Nam illi delectationem illam quæ

ex fabula proficiſcitur: ut quæ maxima ſit illecebra, poetis ſuis immiſcent, qua potiſſimũ erga auditores opus habent. Atheniẽſes uero, Thebaniq́, & ſiqui ſunt alij, patriæ ſuæ plus maieſtatis ex huiuſmodi figmentis conciliant: quod ſiquis fabulas auferat è Græcia, nihil obſtiterit quo minus earũ narratores fame intereant, quãdo iam nemo futurus ſit hoſpitũ, qui uerũ uel gratis audire uelit. At ſiqui nulla tali cauſa, gaudent tamẽ mendacio: hi omnino ridiculi merito uideantur. TYC. Recte dicis. Nã ego protinus ab Eucrate illo celebri uenio: ubi multa incredibilia ac fabuloſa quum audiſſem, imo uero medio in ſermone, diſceſſi: nõ ferens narrationem tam ſupra fidem: ſed me uelut furiæ quædã abegerunt, dum mõſtroſa multa atq́ abſurda referret. PHIL. Atqui Tychiade, uir grauis Eucrates eſt, & nemo certe crediderit illũ tam promiſſa barba uirũ ſexagenariũ: & qui præterea ſit plurimũ in philoſophia uerſatus, ſuſtinuiſſe ut aliũ quenq́ audiret ſe præſente mẽtientẽ, nedum ut ipſe tale quicq́ audeat. TYC. At neſcis amice qualia referebat. Tum ea q́ cõſtanter aſſerebat. Praeterea q́ ſancte in pleriſq́ iurabat, admotis etiam filijs: adeo ut ego quũ eum reſpicerẽ, uaria mecũ cogitarẽ: interdũ quidẽ illum inſanire, neq́ animo cõſtare: interdum uero ita cogitabã, fugiſſe me, quod impoſtor eſſet ac tantũ temporis ſub leonis pelle ridiculam quandam ſimiã circũtuliſſet, adeo abſurda narrabat. PHIL. Quanam

nã illa (per lares) sunt Tychiade? Nã cupio cognoscere quãnam præstigiaturã sub tam lõga barba occuluerit.

TYC. Solebam quidem etiã aliàs Philocles aliquoties eum interuisere, siquãdo uidelicet multo ocio abundarem. Hodie uero quũ opus esset mihi conuento Leonthico (Est autem, ut scis, amicus mihi) edoctus à puero, eum se ad Eucratem mane contulisse: ut eum morbi inspiciendi causa uiseret, amborum nomine: nempe ut & Leonthicum cõuenirem, & Eucratem uiderem: ignorãs ueram autẽ quod ægrotaret, ad eum prouenio. At Leonthicum ibi iam non inuenio. Nam paulo ante ut dicebant exiuerat: alios uero confertos reperio, in quibus erat & Cleodemus Peripateticus, & Dinomachus Stoicus, & Ion: nosti uirum? illum dico, qui ex Platonica doctrina magnam sui admirationem expectat: ut qui solus mentem uiri deprehenderit, quicq eius oracula alijs quoque possit enarrare: uides quos tibi uiros nomino, nimirum omni sapientia atque omni uirtute præditos: utpote ipsum ex quaque secta caput, reuerendos herde omnes, atque aspectu propemodum terribiles. Aderat præterea medicus Antigonus: ut usui in morbo esset aduocatus opinor. Et melius iam habere se uidebatur Eucrates. Ac morbus quidam ex familiaribus erat. Humor enim rursus in pedes ei descenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit uoce languidule remissa paululum, quum me conspiceret.

ceret: quanc̃p interim dum ingrederer, uociferantē eum ac uocem intendentē audieram. Tamē ego admodum curiose cauens ne pedes eius tangerem, ubi me uulgaribus istis uerbis purgaueram, quod eum ægrotare nescirem: quod ubi resciissem, curriculo uenerim: adsedi prope: & illis quidem sermo iam de morbo erat, & quædam iam ante dixerant, quædam uero etiam tunc narrabāt. Præterea medicamenta quædā quisq; proferebat. Cleodemus igitur: Siquis ergo (inquit) sinistra manu tollēs humo mustelæ dentē, sic interfectæ, ut ante dixi, in leonis pellem illigauerit, nuper excoriatā: ac deinde circum crura posuerit, ilico sedatur dolor. Nō in leonis pellem (inquit) Dinomachus, ut ego audiui, sed in ceruæ potius fœmellæ uirginis adhuc, & nōdum initæ: & res quidem magis est hoc pacto credibilis: uelox em̃ cerua est, maximéq; ualet pedibus. Et leo quidem fortis est: pinguedóq; eius ac manus dextra: piliq; qui recti è barba prominent, magnā uim obtinēt: siquis uti nouerit, cū proprio cuiq; carmine: at pedū curam minime pollicentur. Et ipse quoq;, inquit Cleodemus, olim sic putabam ceruinā pelle utendum: propterea quod cerua uelox esset. At nuper uir quidā Libycus peritus profecto in rebus huiusmodi contra me docuit, ceruis ostendens uelociores esse leones: quippe qui eas, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanc̃p recte dixisset Libycus ille. Tum ego: Putatis, inquam, incantamentis

tamentis quibuſdam ſedari talia: aut foris admotis appendiculis quum intus malum graſſetur? Riſerũt hũc ſermonem meum: & palam in me magnam damnabant amentiam: qui apertiſſimas res ignorarem: & quibus nemo qui ſapiat, contradicat: quin ſic ſe habeant. At medicus certe Antigonus delectari mihi uiſus eſt hac rogatione mea. Iamdudum autẽ neglectui habitus fuerat, opinor, quum opem Eucrati ferre ex arte uellet: denuncians uidelicet uino ut abſtineret: atq; oleribus ueſceretur: & uigorem animo omnino minueret. Cleodemus ergo ſubridens interim. Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi uidetur eſſe: ut ex rebus huiuſcemodi parentur quædam apud morbos remedia? Mihi certe uidetur inquã ego: niſi naribus adeo mucoſis ſim: ut credam ea quæ foris applicantur, nihilq; cum his quæ morbos excitant, intus cõmunicant: per uerbula tamen, ut dicitis, ac præſtigiaturam operari: & quum appenduntur ſanitates immittere, id profecto nunq; fieri poſſit: nec ſiquis uel in Nemei leonis pellẽ ſedecim muſtelas integras inſuerit. Ego profecto leonem ipſum è doloribus ſæpe claudicantem uidi in uniuerſa ſuĩpſius pelle. Nimiũ idiota es inquit Dinomachus, neq; unq; tibi curæ fuit: ut diſceres quonam modo res iſtiuſmodi aduerſus morbos quum adhibẽtur conferunt: ac mihi uideris ne notiſſima quidem iſta recepturus: febriũ uidelicet iſtarum profligationes, quæ

certo quodam ambitu recurrunt, tum serpentũ demul
siones, ac bubonũ sanationes, & cætera: quæcunq; anus
etiam iam faciunt, quod si illa fiunt omnia: quur tandẽ
non putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita
congeris, inquã, Dinomache dauumq;, ut aiunt, dano
extrudis. Neq; enim constat ea quæ cõmemoras, eiul
modi ui fieri. Quamobrem nisi reddita ratiõe persua-
seris primũ natura fieri posse: ut febris, tumorq; uerea-
tur, aut nomen aliquod diuinum, aut dictionẽ aliquã
barbaricam: ob idq; ex inguine fugiat: aniles adhuc fa
bulæ sunt quæcunq; retulisti. Tu mihi uideris, inquit
Dinomachus, quũ ista dicas, ne deos quidem esse cre-
dere. Si quidem putes fieri nõ posse: ut per sacra nomi
na remedia morbis adferãtur. Hoc, inquã ego, uir opti
me ne dixeris: nihil enim prohibet quo minus, etiam si
maxime dij sint, ista tamẽ sint uana. Ego uero & deos
colo & medelas eorum uideo & leuamenta quæ labo-
rantibus conferũt Pharmacis uidelicet, atq; arte medi-
ca restituentes. Itaq; Aesculapius ipse eiusq; posteri sa
lutaria pharmaca admouentes medebantur ægrotis:
non leones, aut mustelas circũligantes. Mitte hunc (in-
quit) Ion. At ego uobis mirabile quiddã narrabo. Erã
adhuc adolescentulus: annos natus fermè quatuor de-
cim: quum quidam ad patrem meum uenit nuncians
ei Midam uitis cultorem seruum, etiam alijs in rebus
robustum, atq; industrium, circa plenum iam forum à

uipera

uipera morsum. iacere iam putrefacto crure. Etenim dum ligaret palmites ac uallis circũplicaret: adrepentẽ bestiolam maximũ ei pedis momordisse digitum. Tũ illam quidem ilico aufugisse, & sese rursus in latebram condidisse. Illum uero eiulare perditum è doloribus. Hæc ergo quum nunciarentur iam Midam ipsum uidebamus in lectica domũ à conseruis adportari: inflatum totũ, liuidum ac superficie tabefactũ, uix iam spirantẽ. Pater ergo quũ id moleste ferret amicorum quispiam, inquit. Ego eñ uirũ quendã Babyloniũ ex Chaldæis quos uocant protinus huc adducam: qui sanabit hominẽ: & ne diem narrando conterã: uenit Babylonius ac Midã restituit: effugato ex corpore ueneno quadam incantatione, & ad pedem eius appenso uirginis defunctæ lapillo: quẽ è columna exciderat. Atq; istud quidẽ hactenus forsan mediocre fuerit. Tũ Midas iã ipse sublato in q̃ allatus erat scabello, discessit in agrũ, tãtũ potuit incantatio, & colũnaris ille lapis. At idem iste Babylonius alia præterea diuina plane fecit. Nempe in agrum profectus mane, quum pronunciasset sacra quædam ex uetusto codice, septem nomina: sulphure ac face lustrato loco in orbẽ ter obambulans, serpentes omneis inuitos exciuit: q̃cũq; intra eã regionẽ erãt. Veniebãt ergo tãq; ad incãtationẽ tracti, serpẽtes multi, atq; aspides, & uiperæ & ceraſtæ, & iaculi, phryniq; ac physali: relinquebaſ autẽ unus draco: annosus, pro-

repere (ut opinor) ob senectam non ualens: qui nō lie
rat audiens dicto. At magus. Non adsunt omnes in
quit. Tum unum quendam ex serpentibus eum uidē
ret qui natu minimus erat, selectum legatum mittebat
ad draconem: ac paulopost uenit etiam ille. At postq̄
iā collecti constitissent Babylonius in eas insibulauit.
Atq̄ illi repente admodum omnes ab eius flatu incen
si sunt: nobis interim admirantibus. Tum ego dic mihi
inquam Ion. Serpens ille legatus, iuuenem illum dico,
utrum manu perduxit draconem qui iam (ut ais) senes
rat: an ille baculum gestans innitebatur? Ludis tu qui
dē inquit Cleodemus. At ego, qui & ipse quoq̄ olim
minus talia credebam q̄q̄ nunc tu; putabam enim nul
la ratione fieri posse, ut ea crederem: tamen quum uo
lantem primum cōspicerem: peregrinum illum barba
rum (erat autem ut ferebant ex Hyperboreis) credidi
ac uictus sum: quum tamen multum diúq̄ repugnas
sem, nam quid facerem quum eū cernerem in aere uo
lantem, atq̄ id interdiu: ac super aquam ingredientē:
atq̄ per medium ignem incedentem: idq̄ lente ac ses
sim? Tu ne inquam ego ista uidebas: uirum Hyperbo
reum uolantem: aut super aquas ambulantem: & ma
xime (inquit ille) carbatiuis indutum: quo calceamenti
genere illi potissimū utuntur. Nam minutula ista, quid
attinet referre: quæcunq̄ fecit: quo pacto amores im
miserit: ac dæmones exegerit: mortuosq̄ marcidos in

uitam

uitam reuocauerit: atq; Hecaten ipſam palam conſpectibus exhibuerit: lunāq; è cælo detraxerit? Quin ego uobis referam quæ ab eo fieri conſpexi in Glaucia Anaxidis filio. Glaucias hic quū patris nuper defuncti ſubſtantiam ſuſcepiſſet: Chryſidem amabat Demeneti filiam: ac me quidem præceptore in diſciplina utebatur: ac niſi amor ille à ſtudio deduxiſſet eū, uniuerſam Peripateticorum doctrinam perdidiciſſet: ut qui octo & decem, quū eſſet annorum iam abſoluerat analytica: tū phyſicam auſcultationē in finē uſq; percurrerat. Amore tamen uictus, mihi rem omnem ſignificat. Ego uero quemadmodū par erat, quippe qui præceptor eram, Hiperboreum illum magum ad eum duco: conductū quatuor ilico minis in manum datis: oportebat enim præparari quiddam ad ſacrificia: tum ſedecim præterea: ſi Chryſide potiretur. Ille uero creſcentē obſeruans lunam (Nam tunc ut plurimum huiuſmodi ſacra peraguntur) foſſam quum effodiſſet: in aperto quodam loco domus: ſub dio circa mediam noctem, euocauit nobis primum quidem Anaxidem Glauciæ patrem: ante ſeptem menſes uita defunctum. Succēſebat autem ob amorem ſenex, atq; indignabatur. Tandem tamen ei permiſit: ut amaret. Poſtea uero Hecaten quoq; eduxit: adferentem una cerberum: tū lunam detraxit multiforme quoddam ſpectaculum, & quod aliàs aliud apparebat. Primum quidem muliebrem formam refere-

bat: deinde in uaccam formosam uertebatur. Postremo uero catula uidebatur. Hyperboreus ille tandem, quū finxisset quēdam è luto Cupidinem, Abi, inquit, atq; huc perducas Chrysidem: ac lutum quidem protinus euolabat: paulopost autē affuit illa pulsans ostium. Tum ingressa Glauciam complectitur: eum q̄ insaniſime depetiens: & cum eo uersata est: quoad gallos canentes audiuimus. Tum uero luna subuolabat in caelum, atq; Hecate subijt terram: cæteraq; spectra dispa-ruerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum fermè diluculum. Hæc Tychiades si cōspexisses, haud quaq̄ amplius dubitasses, esse multa in carminib⁹ istis commoda. Bene dicis, inquā: ego credidissem equidem si uidissem ea: nunc uero ignoscendū mihi puto: si quā-lia uos uidetis, acute perspicere non possum: uerūtamē Chrysidem illam quā dicis noui: mulierem plane meretricem ac facilem: nec uideo sanè cuius gratia ad illam egueritis luteo illo legato magóq; ex Hyperboreis usq;, atq; ipsa insup luna. Quippe quā uiginti drachmis ducere in Hyperboreos usq; potuisses. Mirifice ēm sese offert ad hanc incantationē mulier. Et cōtrarium quiddam spectris istis habet. Nam ea quidem æris ferriue sonum si audierint fugiunt (nam id uos prædicatis) illa uero si argentum uspiam sonuerit accurrit ad tinnitū. Præterea ipsum etiam magū admiror: quod cū diuitissimas mulieres in amorem sui possit elicere, atq; ab eis

solida

ſolida talenta ſuſcipere, is tamen ob quatuor minas ad modum tantilli lucelli auidus Glauciam amoris cōpotem fecerit. Ridicule facis, inquit Ion, qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogauerim quid de his reſpondeas: qui dæmoniacos liberant erroribus: adeo manifeſte ſpectra illa carminibus eijcientes? Atq; hæc me dicere non opus eſt: uerum omnes nouerunt: Syrus ille ex Palæſtina, qui harum rerum artifex eſt, cōq; multos mortales ſuſcipiat: qui ad lunam concidant: oculoſq; diſtorqueant: ſpumáq; os oppleant: quos tamen erigit ac ſanos remittit: magna accepta mercede, diris eos malis liberās. Etenim quum iacentibus inſtet, rogauerit q;, unde ſint in corpus ingreſſi: ægrotus quidem ipſe tacet, at dæmon uero reſpondet (aut lingua græca loquens, aut barbarica, aut undecunq; fuerit ipſe) & quomodo & unde intrauit in hominē. Ille uero adiurans eum ac ni paruerit minitans etiam, expellit abigitq; dæmonē. Quin ego quoq; dæmonē quendam exeuntem uidi nigrum certe & colore fumidum. Non magnum erat, inquam, ego talia te Ion cernere: cui ipſæ etiam apparent Ideæ, quas ueſtræ familiæ parens oſtendit Plato: rem uidelicet ſpectatu tenuem, atque euanidam: quantum ad nos homines luſcioſos. Ita ne ſolus Ion, inquit Eucrates, iſtiuſmodi uidit: ac non alij etiam multi inciderunt in dæmones: alij noctu, alij etiam interdiu? Ego profecto non ſemel, ſed

mel, sed millies iam talia conspexi: ac primum quidem turbabar ad ea: iam uero ob consuetudinem nihil nouũ, aut ꝓdigiosum mihi uidere uideor, maximéq; nũc ex quo anulũ mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quapiam sumpto, factũ, carmenq; docuit nominibus multis plenum, nisi forte ne mihi quidem fidem sis habiturus Tychiade. Atqui fieri possit inquam: ut Eucrati nõ credam Diuonis filio: uiro in primis sapienti ac libere, quæ sibi uidentur domi in priuato suo cum autoritate narrãti? Illud ergo de statua inquit Eucrates: quæ omnibus q in domo sunt singulis noctibus apparet: tũ pueris, tũ adolescẽtibus: tũ senibus: hoc inquã nõ à me dũtaxat audieris: uerumetiã à nostris omnibus? De qua statua inquam ego? Nõ uidisti (inquit) quum ingrederis statuam quandam in atrio collocatam: sanè q̃ pulchram: opus Demetrij: qui statuas humana specie fingere consueuit? Nonne illam dicis inquã quæ discũ iacit: quæ indinata est ad emissuri gestũ reflexa in eam quæ discum fert: altero pede modice inflexo: quæq; se erectura uidetur una cum iactu? Nõ inquit: nam unũ est ex Myronis operibus ille discí iactator: quem dicis. Sed nec eam quæ est ei proxima: eũ loquor cui temꝑs caput uinctũ est: formosam illã. Nã id Polycleti opus est: uerũ eas quæ à dextra sunt egredientibus omitte, inter quas & Tyrannicidæ illi stant: Criticæ Nesiotæ plastata: tu uero an nõ ad aquã illã quæ influit quãpiam

uidisti

uidisti uentre prominulo, caluam, seminudatam, uulsis quibusdã barbæ pilis, insignibus uenis: uero homini simillimã? Pelichus dux Corinthius esse uidetur. Per Iouem inquam uidi quandam à dextra Saturni quæ tenias coronasq; aridas habebat: pectoréq; folia quædã inaurata. Ego, inquit Eucrates, ea inauraui: quum me sanasset triduo febre pereuntem. Erat ne igitur etiam medicus, inquam ego, optimus iste Pelichus? Est, neq; ride, inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo post inuadet. Noui ego certe quantum ualeat hæc, quam tu rides statua. An non eiusdem putas esse immittere febres, in quos uoluerit quandoquidẽ potis est eijcere? Propitia, inquã, placatáq; sit hæc statua mihi: quæ tantum ualeat. Quidnam ergo aliud facientem eam uiderunt omnes qui in domo sunt? Quum primũ nox est, inquit, hæc è base descendẽs in qua steterat, in orbẽ totam domũ circuit: omnes occurrunt ei interdum etiam canenti: nec quisq; est quem unq; læserit: diuertere tantũ oportet. Illa uero præterit nihil intuentes infestans: quũ & lauat sæpe: & tota nocte ludit. ut ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo, inquam ego: ne forte non Pelichus hæc statua sit: sed Talus potius Cretensis, qui apud Minoem fuisse dicitur. Nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat: quod nisi ex ære, nõ autem ex ligno facta esset: nihil eam prohiberet: quum non opus Demetrij, sed una potius ex Dædali machinis

esse uideatur. E base nanq; (ut ais) etiam ista fugit. Vide, inquit, o Tychiade: ne te posthac scommatis huius pœniteat. Noui equidē ego quid illi euenerit: qui obolos surripuit: quos ei quoq; nouilunio suspēdimus. Prorsus atrocia, inquit Ion, oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomodo ergo illum ultus est o Eucrates? Nam audire cupio: etiam si q̄ maxime Tychiades iste diffisurus est. Multi, inqt ille ad pedes eius oboli iacebant: aliaq; item numismata: quædam argentea ad crus eius affixa cæra: ac laminæ quoq; argenteæ uota cuiusq;, aut merces ob sanationem eius, qui ab eo liberatus esset, quum febre detineretur. At erat nobis seruus quidam Lybicus sceleratus, equorū curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia, abstulitq; digressam iam quum obseruasset statuam. At quum primū reuersus intellexit sacrilegio se cōpilatū *Pelichus*: uide quo pacto sese ultus est, atq; furti p̄didit Libycū. Tota nocte atriū obambulabat in orbē miser: exire nō ualens, tanq̄ in Labyrinthū incidisset: quoad orta die iā deprehensus est: ea tenens quæ furto abstulerat: ac tū quidem cōprehensus plagas nō paucas recepit: nec tēporis multū superstes malus male periit, uapulans, ut dicebat, singulis noctibus: adeo ut uibices postridie apparerent in corpore. I nunc & post ista quoq; Tychiades Pelichum ride, ac me tanq̄ coætaneum Minoi iā delirare puta. At o Eucrates, inquam ego, q̄diu æs erit

æs ope-

tes operiſq; plaſtes Demetrius Alopecenſis fuerit: qui non deos, ſed homines fingere conſueuit: Pelichi nunq; ſtatuã uerebor: quippe qui nec ipſum etiam uiuẽtẽ, ſi mihi minaretur, admodũ timuiſſem. Ad hæc medicus Antiochus. Et mihi o Eucrates, inquit, Hippocrates æreus eſt maginitudine fermè cubitali: qui tunc dũtaxat quum lucerna extincta ſit, totam in orbẽ domũ ambit: perſtrepens ac Pyxides euertens, Pharmacaq; cõmiſcens, atq; oſtia circũuertens: maximéq; ſi quãdo ſacrificia prætermittimus: quibus in ſingulos annos ei ſacrificamus. Poſtulat ergo inquã ego etiã Hippocrates medicus iam: ut ſibi ſacrificetur: indignaturq; niſi in tẽpore iuſtorum ſacrificiorũ epulis accipiatur: quem ni mirũ decebat boni cõſulere: ſi quis ei libauerit, aut mulſum inſperſerit, aut caput coronauerit. Audi ergo, inqt Eucrates: iſtud certe etiã teſtibus pbauero, quod ante ãnos quinq; uidi. Erat fermè uindemiæ tẽpus. Ego uero in agrum circa meridiẽ uindemiatũ dimiſſis operarijs, in ſyluam ſolus abibam: cogitans interim quiddã atq; conſyderans. At poſtq; in ſaltũ peruenì: canũ primo latratus inſonuit. Ego uero Mnaſona filiũ meũ, cũ æqualibus uenientẽ: ludere uenariq; (quẽadmodũ ſolebat) conijciebam. At res haudquaq; ſic ſe habebat: uerum paulopoſt facto terræmotu, ſonóq; uelut è tonitru, mulierem aduenientem uideo terribilem: procerita te fermè ſemiſtadiali: habebat autem in ſiniſtra facem:

in dextra uero gladium uiginti circiter cubitorũ. Et inferne quidẽ pedibus erat ſerpentinis, ſupne uero Gorgonem referens uultu uidelicet, atq; aſpectus horrore: pro coma quidem draconibus, tanq; cæſarie circũdicta: aliis collum amplectentibus, aliis etiam per humeros ſparſis. Videte, inquit amici quo pacto etiam interrarandũ exhorrui: & ſimul hæc dicens Eucrates, oſtendit omnibus brachij ſui ſetas erectas metu. Ion ergo ac Dinomachus & Cleodemus uehemẽter inhiantes auſcultabant eum uiri ſenes, tanq; naribus traherentur: adorantes apud ſeſe tam incredibilem Coloſſum: mulierem ſemiſtadialem: giganteum quoddam Mormolocium. Ego uero conſyderabam interim: cuiuſmodi erant hi qui cum iuuenibus ſapientiæ nomine uerſent: uulgóq; in admiratione habeantur: quum ſola nimirũ canicie barbáq; ab ipſis differant infantibus. Cæterum etiam illis ipſis facilius ductiles ad credẽda mendacia. Dinomachus ergo, dic mihi inquit Eucrates: illi canes deæ, quanta magnitudine erãt? Elephantis, inquit, ille pceriores Indicis, nigri & ipſi hirſutiq; ſordido ſquaidóq; uillo. Ego igit quũ uiderẽ reſtiti, inuerſo ptinus in interiorem digiti partem (quod Arabs mihi dederat) ſigillo. Hecate ergo percuſſo draconicis illis pedibus ſolo, hiatum effecit maximum: & qui immani magnitudine penitus æquaret tartarum. Deinde paulo poſt abijt in eum deſiliens. Ego uero præſente animo,

porrecta ceruice inclinatus, inſpexi apprẽſa arbore qua
piã: quæ uicina ſtabat: ne obortis mihi tenebris ac uer
tigine, in caput præceps inciderem: deinde conſpexi ea
quæ in inferno ſunt oñia: pyriphlegethontẽ lacũ: Cer
berum, manes, adeo ut quoſdam etiam eorum agno-
ſcerem. Patrem ergo meũ manifeſte cernebam adhuc
his ipſis amictum, quibus eum ſepeliuimus. Quid age
bãt (inquit Ion) o Eucrates animæ? Quid aliud, inquit
ille, cꝫ per tribus familiaſcꝫ cum amicis cognatiſcꝫ uer-
ſantur: in Aſphodelo collocati? Contradicant ergo etiã
nunc (inquit Ion) Epicurei ſacro Platoni eiuſcꝫ de ani-
ma rationibus. At tu nonne Socratem etiã ipſum Pla-
tonemꝰcꝫ uidebas inter manes? Socratem (inquit) uidi:
necꝫ illum tamen euidẽter: niſi quod inde conieci: quo
niam caluus ac uentricoſus erat. Platonem uero nõ co-
gnoui. Nam apud amicos nimirũ uera fateri oportet.
Simul ergo atcꝫ ego omnia conſpexi: & hiatus coijt: &
ex famulis meis quidam quærentes me, atcꝫ in his Pyr
rhias hic, ſuperuenere hiatu nondum plenè obducto,
dic Pyrrhia: an nõ uera narro? Per Iouẽ inquit Pyrrhi
as: & latratũ audiui per hiatũ: & ignis quidẽ à face mi-
hi ſuffulgere uidebatur. Tum riſi ego, pfecto: teſte la-
tratũ ignẽcꝫ in cumulũ addẽte. Tũ Cleodemus: haud
quacꝫ noua iſta, inquit, necꝫ aliꝭ inuiſa uidiſti. Nã &
ipſe haud ita pridẽ quũ ægrotarẽ tale quiddã cõſpexi.
Proſpiciebat mihi curabatcꝫ Antigonus hic: ac ſepti-

ma dies erat. Febrisq; o qualis: incendio certe uehemẽ
tior. Omnes ergo me relinquentes solum, dauis fori
bus foris manebãt. Sic enim iusserat Antigonus si quo
pacto possem obdormiscere. Tũc igitur astitit mihi iu
uenis quidam uigila nti: pulcher admodum: ueste etiã
amictus candida. Ac me quum excitasset, per hiatum
quendam ducit ad inferos: sicuti ilico cognoui: Tanta-
lum quum uiderem ac Tityum Sisyphũq;. At cetera
uobis quid cõmemorẽ? Postq; uero ad tribunal perue
ni (Aderat autem & Aeacus, & Charon, Parcæq; atq;
Erinnes) quidam uelut rex (Pluto certe mihi uidebat
assedit singulorũ nomina percẽsens, qui morituri erãt
quos diem iam uitæ præscriptum præterijsse cõtigerat.
Iuuenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluto tum
incanduit: & ad eum qui me ducebat, nondũ illi cõple-
tum est stamen, inquit. Abeat ergo. Tu uero fabrũ De
mylũ adduciam siquidẽ ultra colũ uiuit. Tũ ego lætus
recurrens, ipse quidẽ iam febre liber eram: denunciabã
uero omnibus quod Demylus esset moriturus. Mane
bat autẽ nobis in uicinia ægrotans, etiã ipse nõnihil ut
renunciatũ est. Ac paulpost audimus eiulatũ eorũ qui
lugebant eum. Quid miri est, inquit Antigonus? Ego
etenim quendã noui post uigesimũ diem q; sepultus
est resurrexisse. Nã hominẽ & anteq; moreretur, & post
q; resurrexit, ipse curaui. Et quo pacto (inquam ego) in
diebus uiginti, neq; tabuit corpus, neq; præterea fame

corruptum

corruptū eſt: niſi fortaſſis Epimenidē quempiā tu cura ſti? Hæc quum diceremus protinus ingrediebantur Eucratis filij è palæſtra redeuntes. Alter quidem iam ex ephebis exceſſerat: alter uero annos natus erat circiter quindecim. Tum ſalutatis nobis iuxta patrem adſi debant in lecto: ac mihi quidem ſella illata eſt. Tum Eucrates tanc̄ è conſpectu filiorum admonitus: ſic his frui mihi contingat, inquit, ſimulc̄ manum eis iniecit: ut apud te Tychiades uera narrabo. Felicis memoriæ uxorem meā horū matrem nouerunt omnes: quo pacto dilexerim. Nā declaraui his rebus quas in eā feci: nō modo dū uiueret: uerūetiam poſtc̄ uita fūcta eſt. Quippe qui mundū eius uniuerſum ueſtemq; qua dū uiueret oblectabatur, in rogum illius iniecerim. Septima uero poſt mortem die, ego quidem hic in eundem lectum incumbebam: quemadmodum nunc: luctum eum mihi commitigans: quem de illa conceperam. Legebam enim tacitus Platonis illum de anima libellum Ingreditur interim Demenete ea ipſa, atq; adſidet iuxta: quemadmodum nunc Eucratides hic: minorem deſignans filium. Hic uero ilico tremuit admodum pueriliter: ac dudum ad narrationem pallebat. Ego uero (inquit Eucrates) ut conſpexi, amplexus eam ſim gultim lachrymabam. Illa uero me uociferari non patiebatur: uerum incuſabat me: quod quum ei fuiſſem in reliquis gratificatus omnibus, è ſandaliſs aureis alterū

reis alterum non cremaueram: superesse autem id dicebat: quod sub arca cecidérat: atq; ob id nos quum non inueniremus alterum tantum cremaueramus. Nobis autē adhuc differentibus scelestissimus quidam canis lus qui mihi in delitijs erat, in lecto cubans allatrabat: ea uero ad latratum euanuit. At sandalium sub arca repertum est: posteaq; à nobis incensum. An hæc etiam Tychiades recusabis credere: quum tam sint euidentia quotidiéq; seruantur? Per Iouem, inquam ego, digni fuerint: quibus aureo sandalio nates puerorum more feriantur: si qui ista non credant: atq; usq; adeo impudenter uero resistant. Interea Pythagoricus intrabat Arignotus: comatus ille, ab aspectu uenerabilis. Nosti illum doctrinæ nomine celebrem: qui cognominatur sacer. Atq; ego quidem, ut eum conspexi, respirauí: hoc ipsum quod prouerbio dici solet, aduenisse mihi ratus: nempe securim quampiam aduersus mendacia: Occidet, inquam, eis ora uir sapiens: adeo monstrosa narrantibus: atq; prorsus iuxta uulgatum illud adagium repente deū immissum esse mihi hunc à fortuna putabā. Hic uero postq; adsedit: assurgēte ei accedente Cleodemo: primum de morbo percontatus est: secq; audisse dicebat, Eucratem iam se melius habere. At quidnam, inquit, inter uos philosophamini? Nam interim dū ingrediebar subauscultaui: ac mihi certe uidemini in re quapiam pulchra conuersari. Quid aliud, inquit Eucra-

tes: cp̄ ut

tes,& ut huic adamantino persuadeamus (me demonstrans) ut dæmones credat aliqs esse phantasmataq, ac mortuorũ animas super terram obambulare,& sese quibus libitum fuerit ostendere? Ego igitur erubui, uultumq deieci reueritus Arignotum. At ille uide (inquit) Eucrates num hoc dicat Tychiades. Eorum tantum, qui uiolenter interierint, animas errare, ueluti si quis suffocatus, aut capite truncatus, cruciũe suffixus fuerit, aut alio quopiam istiusmodi modo è uita discesserit, eas uero quæ fatali morte naturalicq discesserint, haud quaq amplius oberrare. Nam si hoc dicat non usqadeo absurda dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus, ne esse quidem istiusmodi, nec præsentia cerni putat. Quid ais inquit Arignotus? in me torue aspiciens, nihil horum tibi uidetur fieri? præsertim quum omnes (ut ita dicam) uideant? Ignoscas inquã ego mihi si non credo, nam solus omniũ non uideo. Quod si uidissem, profecto & credidissem quemadmodum & uos. Atqui inquit ille si quando Corinthum ueneris, roga ubi sit Eubatidæ domus. Atq ubi tibi fuerit indicata, nempe circa Craneum, in eam ingressus, dic Ianitori Tibio, uelle te uidere, unde dæmonem Pythagoricus Arignotus quum adduxisset, abegerit, ac deinceps habitabilem domum reddiderit. Quidnam hoc erat Arignote? rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula, q si quis inhabitasset, expauefactus

ilico fugiebat exactus à quodam horrendo ac terribili spectro. Deciderat ergo iam, tectumq; rumpebat, neq; quisq; erat omino qui in eam ingredi fuerit ausus. Ego uero ubi hæc audiui, libellos sumens (Sunt autē Aegyptij mihi de talibus rebus admodum multi) ueni in domum circa primā uigiliam, dehortāte hospite ac fermè detinente, postq; didicerat quo iturus essem, in cerū, ut putabat, exitium. At ego sumpta lucerna solus ingredior, atq; in uastissimo atrio collocato lumine, humi sedens tacite legebam. Adest uero dæmon ille, cum quopiam è uulgo se congressurum ratus, ac me quoq; quemadmodum alios perterriturum, squallidus, hirsutus, ac tenebris nigrior. Atq; hic quum adstaret, undiq; me adsultim petens tentauit, si qua posset expugnare, ac modo in canem, modo in taurum, modo in leonem uertebatur. At ego correpto in manum q̄ maxime horrēdo carmine, simulq; uocem imitatus Aegyptiam, & incantans eum in domicilij tenebrosi angulum quendam compuli. At quum animaduertissem, ubi se in terram condidit, tum destiti. Mane autem desperantibus uniuersis, ac me quemadmodū alios mortuum sese reperturos putantibus, præter omniū spem progrediens Eubatidem adeo, feliciter illi adnuncians, quod puram sibi ac spectris liberam domum iam liceret incolere. Atq; illum assumens aliosq; multos (sequebantur autem huius inopinatæ rei gratia) quum ad

locum

locum duxissem, ubi condentem se dæmona conspexe ram, iussi ut sumptis ligonibus matulisq; suffoderent. Atq; ubi id fecerant, inuentum est ferè ad passum de fossum cadauer quoddam marcidum, ossibus tantum humana specie cohærentibus. Illud igitur effossum se peliuimus, domus uero postea turbari prodigijs desijt. Hæc ubi narrauit Arignotus, uir prodigiosa sapientia, ac reuerendus omnibus, nemo erat ex his qui aderant, qui nõ multam mihi imputaret insaniam, qui talia nõ credam, narrante præsertim Arignoto. Ego tamẽ nihil ueritus neq; comam, neq; illam quam de eo habebant opinionẽ, Quid hoc inquã Arignote? Etiã tu talis eras, in quo mihi sola spes fuit, fumo plenus ac simulacris? Illud ergo nobis in te quod dici solet, euenit, ut thesaurum quum sperauerimus, carbones offenderimus. At tu, inquit Arignotus, si neq; mihi credis narranti, neq; Dinomacho, aut huic Cleodemo, neq; ipsi Eucrati, dic age quemnam digniorem, cui his de rebus fides habea tur, existimas: qui nobis dicat contraria? Per Iouem inquam ego uirum apprime mirabilem Abdera oriundum illum Democritum, cui tam firmiter erat persua sum eiusmodi nihil esse in rerum natura posse, ut quũ se in monimento extra portas clausisset, ibiq; degeret dies noctesq; scribens atq; componens, iuuenesque eum quidam illudere cupientes ac perterrefacere, ni gra ueste in modum cadaueris ornati, ac personis in

capita adfictis circumsistentes illum circumsilirent, ne bro subsilientes, hic neq; eorum commenta pertimue rit, neq; eos omnino respexerit, sed inter scribendum desistite inquit ineptire. Adeo firmiter credidit animas nihil esse postq; è corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates, dementem quempiam uirum esse Democritum? si quidem sic existimauit. Ego uero uobis etiam aliud referam quod mihi ipsi contigit, nó quod ab alio acceperim, fortassis etiam tu Tychiades quum audieris, compelleris accedere, ipsa narrationis ueritate coactus. Quum in Aegypto uersarer adhuc adolescés à patre uidelicet doctrinæ gratia transmissus, cupiebam nauigio profectus in Coptum illinc adiens Memnonẽ, miraculum illud audire, eum uidelicet sonum reddentem ad orientem solem. Illum igitur audiui non hocuulgari modo, quo audiunt alij, sonum quempiã inanem, sed mihi oracula etiam ædidit Memnon ipse aperto ore septem uersibus, quod nisi esset superuacaneum ipsos uobis uersus recenserem. Inter nauigandũ uero incidit in nos unà nauigans uir Memphiticus quidam, ex sacris illis scribis, mirabili sapientia, & qui uniuersam Aegyptiorum doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac uiginti annos in adytis subterraneis mansisse, Magiam interea doctus ab Isíde. Pancratem dicis (inquit Arignotus) præceptorẽ meum, uirum sacrum, rasum, lineis indutum, doctum, purécq; lingua græca loquentem,

loquentẽ, procerum, simum, labijs promissis, cruribusq; gracilibus. Illum ipsum inquit ille, Pancratem, ac primũ quidem quis esset ignorabam. At postq; uidi eum, si quãdo in portum appulissemus, cum alia multa miracula facientẽ, tum crocodilis insidentẽ agitasse, & cum feris uersantẽ, illas uero reuerentes eum, caudisq; adulantes, agnoui sacrum quẽpiam uirum esse, paulatimq; comitate mea me in eius amicitiam ac familiaritatẽ insinuaui, adeo ut omnia arcana cõmunicaret. Ac tandẽ mihi persuadet ut famulis omnibus in Memphide relictis, se solus consequerer, neq; enim defuturos nobis ministros. Atq; ex eo tempore sic uitam duximꝰ. Quũ in diuersorium quodpiam ueniremus, homo accepto pistillo, scobináue aut pessulo, uestibus implicans, quũ in id carmen quoddã dixisset, effecit ut ambularet, utq; alijs omnibꝰ homo uideret. Illud ergo abiens, & aquã hauriebat, & cœnã parabat, instruebatq;, atq; in omnibus cõmode subseruiebat ministrabatq; nobis. Deinde postq; iam satis huius ministerij fuit, scobinã rursus scobinam, ac pessulum pessulum, aliud recitans carmẽ reddebat. Hoc ego uehemẽter conatus nõ reperiebam quo pacto ab illo expiscarer. Nam id mihi inuidebat, quanq; in alijs esset facillimus. At quadã die in angulo quodam tenebricoso dum illo delíteſcẽs subauscultaui propius incantationẽ illam. Erat autẽ trisyllaba. Tum ille quum pistillo mandasset quæ curanda erant, abijt

in forum. At ego postridie illo apud forum occupato, acceptum pistillum quũ ornassem, syllabas illas simili modo pronuncians, aquam iussi ut hauriret. Tum impletam amphoram quum tulisset, desiste inquã, neq; aquam amplius haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mihi haud amplius iam obtẽperare uolebat, sed aquam hauriebat continue, quoad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego quum resistere huic rei non ualerem, timebam autem ne Pancrates reuersus (id quod etiam euenit) iraſceretur, correpta secure pistillum in duas partes disseco. At utraq; pars amphoram sumens hauriebat aquam, iamq; unius loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates superuenit, ac re intellecta illas quidẽ in ligna rursus, quemadmodum ante carmẽ erant, mutauit. At ipse me danculum relicto, nescio quo danculum se subducẽs abiit. At possis istud etiam nunc inquit Dinomachus hominem ex pistillo facere? Per Iouem inquit ille dimidia ex parte scio, nam in priorem formam nunc̃q; à me restitui potest, postq̃ semel aquarius esse cœperit. Sed deferenda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistis inquam ego huiusmodi monstrosa narrare uir senes? Alioqui horum saltem adolescentium gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne danculum terroribus ac prodigiosis fabulamentis impleant. Parcere ergo eis oportet, ne talia cõsuescant audire,

audire, quæ eos per totam uitam comitata perturbabunt, atq; ad omnem ſtrepitum meticuloſos reddent, poſteaq; eos omnigena ſuperſtitione impleuerint. Recte admonuiſti me inquit Eucrates, quũ ſuperſtitionẽ dixiſti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiuſmodi uidetur, de oraculis loquor ac uaticiniis, & quæcũq; quidam numine afflati proclamant, quæue ex adytis audiuntur? aut quæ uirgo numeris eloquens futura prædicit? an uidelicet nec talia credis? At ego qd̃ anulum quendã ſacrũ habeo, Pythij Apollinis imaginẽ exprimente ſigillo, quodq; hic Apollo mecum loquitur, nõ dico, ne tibi uidear ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterum quæ apud Amphilochum audiui in Mallo heroe mecũ diu diſſerente, Deumq; meis de rebus conſulente, tum quæ ipſe uidi, uolo uobis narrare. Deinde ex ordine & quæ uidi in Pergamo, & quæ audiui in Pataris. Itaq; quũ ex Aegypto redirẽ domũ, audiremq; illud in Mallo uaticiniũ apertiſſimũ ſimul ac ueriſſimũ eſſe, tamẽ ſic oracula dare, ut ad rem reſpondeat his quæcunq; Prophetæ quiſpiam in ſchedulam inſcripta tradiderit, recte me facturum putaui, ſi dum præternauigarẽ, experirer oraculum, Deumq; de futuris quidpiam conſulerẽ. Hæc adhuc Eucrate dicẽte, quũ uiderem q̃ longe res eſſet proceſſura, q; nõ breuem incepiſſet de oraculo Tragœdiam, ratus non expedire, uti ſolus contradicerem omnibus, relinquens eum ex

Aegypto

Aegypto adhuc in Mallum nauigantē. Nam & intelligebam molestam illis esse præsentiam meam, utpote qui dissentirem refelleremq; eorū mēdacia. Atqui ego abeo inquam, quæsiturus Leonticū, nam opus habeo cum eo congredi. At uos quandoquidem parum sufficere uobis res humanas putatis, ipsos etiā Deos deniq; in fabularū uobis partē uocate. Atq; hæc simul ac dixi discessi. Illi uero alacres iam libertatē nacti, ut est uerisimile, mutuo sese epulis accipiebant, ac mendaciis ingurgitabant. Talibus o Philodes apud Eucratē auditis, uenio per Iouem inflato uentre, non aliter q̄ hi qui musto poti sunt, opus habens uomitu. Tum libenter alicunde magno emerim pharmacū aliquod, qd̄ mihi obliuionem induceret eorum, quæ audiui, ne me non nihil earum rerum lædat inhærens memoria. Nempe monstra, dæmones, atq; Hecates mihi uidere uideor. PHILO. Quin mihi quoq; o Tychiade tale quiddam hic sermo tuus attulit. Aiunt etenim nō solum in rabiem uerti, atq; aquam formidare, quoscunq; rabidi canes mordeant, uerumetiam si quem mordicus homo morsus momorderit, illum morsum quoq;, non minus canino ualiturum, atq; eum etiam eodem modo formidaturum. Quin tu ergo uideris, quum sis ipse apud Eucratem à multis mendaciis morsus, mihi quoq; morsum illum communicasse, adeo mihi mentem dæmonibus impleuisti. TYCHIA. At bono animo simus

amice,

amice,quũ magnũ aduerſus huiuſmodi res remedium habeamus,ueritatẽ,rectaq́ omnibus in rebus ratiõnẽ:quo ſi utamur,nullis huiuſmodi uanis,ſtultiſq́ mendacijs turbabimur.

LVCIANI PHILOPSEVDVS SEV INCREDVLI, THOMA MORO INTERPRETE,FINIS.

LVCIANI DECLAMATIO PRO TYRANNICIDA, THOMA MORO INTERPRETE.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS.

Aſcendit qdã in arcẽ,ut Tyrannũ occideret:at ipſum quidẽ non inuenit:filium autẽ eius cum peremiſſet,gladiũ reliquit in corpore. Tyrannus ingreſſus,ac filiũ iam cõſpicatus mortuũ,eodẽ gladio ſe trãſfixit:is qui aſcenderat,ac Tyranni filium interemerat,tanq́ Tyrãnicida præmiũ petit.

DECLAMATIO.

VVM duos Tyrannos iudices uno die peremerim:alterum quidẽ iam ætate defectum, alterũ uero florentẽ, eóq́ ad ſcelerũ ſucceſſionẽ idoneum:adſum tamẽ unicum ob utrũq́ præmiũ petitur9: idq́ quũ ſolus omniũ qui unq́ fuere Tyranni-

dæ:sceleratos duos,uno ictu sustulerim atq; mactauerim:filium quidē gladio,patrem uero nimio illo quo in filiū ferebatur affectu. Tyrannus igitur ob ea quæ gessit,satis nobis supplicij dedit:quippe qui & uiuens filiū spectauit occisum:& tandē (qd' maxime præter omnē spem fuit)ipse sui coactus est Tyrannicida fieri. Filius igitur à me peremptus est:inseruiuit aūt mihi,etiā mortuus,ad aliam mortē:nam qui uiuens iniurias unà cum patre fecit,mortuus patrē ut potuit interfecit. Qui Tyrannidē ergo sustuli,ego sum:ensisq; qui peregit omnia meus est:ordinem tantū immutaui cædiū,ac perimendi sceleratos,nouaui modū:illum qui fortior erat,& qui ulcisci poterat,amolitus ipse:senem uero soli relinquēs gladio. Ego igitur ob ista etiā amplius aliquid à uobis expectabam,sperabamq; me præmia pro peremptorū numero suscepturū:ut qui uos non præsentibus tantū malis eripuerim,sed futurorū quoq; metu liberauerim, ac certam uobis libertatē præstiterim, nullo hærede sceleratū relicto. At interim tot rebus à me prædare æditis, in periculum uenio:ne à uobis nullo præmio donatus abeam,solusq; mercede frauder,quam leges à me seruatæ statuerunt. Hic itaq; meus aduersarius, nullo Reip. studio,sicut ait,istud agere uidetur:sed eorū cæde commotus,ut in eū qui mortis eis causa fuit ulciscatur. Sed uos iudices auscultate pauliſper:dum Tyrannidis mala (quanq; ipsi probe sciatis)expono. Nā & hoc pacto

melius

melius beneficij mei magnitudinē cognoueritis: & magis idem gaudebitis, reputantes quibus eſtis malis liberati. Neq; enim, quēadmodum alijs pleriſq; iam ſæpe accidit, ita nos quoq; ſimplicem Tyrānidem & unicam ſeruitutem ſuſtinuimus: neq; unius domini libidinem pertulimus, ſed ſoli omnium quos unq; ſimilis preſſit infelicitas, duos unius loco Tyrannos habuimus, & in duplices miſeri iniurias diſtracti ſumus. At moderatior admodum ſenex erat, & in ira mitior, & ad ſupplicia ſegnior, & ad libidines tardior: utpote ætate iam impetus eius uehementiam cohibente, & uoluptatum appetitiones refrenante. Et ad cauſas quidem facinorum inuitus à filio dicebatur impelli, quum ipſe non admodum Tyrannicus eſſet, niſi quod illi parebat: nam in filium (ut iam oſtendit) propenſus ſupra modum fuit. Omnia illi filius erat, illi obtemperabat: & iniuſte fecit, quicquid ille iubebat: & puniebat, quos ille uolebat: in omnibus illi morem gerebat, ac denique ſub illius Tyrannide uiuebat, & ultroneus filij cupiditatum ſatelles erat. At iuuenis uero honore ætatis gratia patri ceſſit, & ſolo imperij nomine abſtinuit: cæterum re ipſa Tyrannidis caput ipſe fuit. Firmitas quoque, ac tutamentum principatus ab illo pendebat: quoniam & quod ex iniurijs prouenit, ſolus ipſe fruebatur. Ille erat qui ſatellites ducebat, qui cuſtodias regebat, qui ſubditos feriebat, qui inſidia-

tores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit, qui nuptias temerauit, cui uirgines adductæ sunt: & si quæ cædes erãt, si qua exilia, pecuniarũ expilationes, torméta, cõmeliæ: hæc oñia iuuenis fiebãt audacia. Nã senex ipse obsequebatur, & comes in malis erat, & tantum filij scelera comprobabat. Et res quidem nobis intolerabilis facta est: nam quũ animi libidines ab imperio sumunt licentiam, nullum iniuriarũ finem faciunt. At illud tamẽ nos urebat maxime: diuturnã, imo æternam potius futuram hanc seruitutẽ sciebamus, & tradendam per successionem Remp. populumq; alij post aliũ domino ac scelerato hæreditatem cessuram. Alijs profecto nõ parua spem hæc res facit, quod perpendere possunt, ac secũ dicere. At iam cohibebitur, at iam morietur, ac paulo post erimus liberi. De illis uero nihil tale sperabatur. Sed iam nũc paratum imperij cernebamus hæredem. Quãobrem nec susciperé negocium audebat fortium quisq;, qui tamen eadem mecum cupiebant. Sed desperabatur omnino libertas, & inexpugnabilis uidebatur Tyrãnis, cum necesse esset tam multos aggredi. At me nihil ista deterruerunt. Neq; perpẽsa negocij difficultate detractaui. Neq; periculum expaui. Solus quidẽ, solus aduersus tam fortem ac multiplicem Tyrannidem: imo uero non solus, sed cum gladio auxiliari cõscendis consorte etiã tyrannicidij, mortem præ oculis habens sed propriã tamẽ cædem cõmuni libertate cõpensans.

Cum

Cum in primã ergo cuſtodiam incidiſſem, ac ſatellites haud facile amouiſſem, obuiũ queḿq; perimẽs, & quic quid obſiſteret conficiens, in ipſum negocij caput ferebar, in ipſum unicũ Tyrannidis robur, in ipſam noſtrarum calamitatũ materiam: & in ſumma arcis cuſtodia ſiſtens, quũ illum cõſpexiſſem ſeſe generoſe defendentem, atq; reſiſtentem: uulneribus multis tamẽ interfeci: ac iam quidem ſublata Tyrannis erat, facinus confectũ erat, atq; exinde protinus omnes liberi. Senex relictus eſt ille ſolus, inermis, cuſtodibus exutus, magno illo ſatellite ſuo adempto deſtitutus, nec amplius ulla generoſa manu dignus. Ibi ego mecum iudices talia cogitabam. Totum negociũ meũ bene ſe habet. Omnia peracta ſunt, omnia ſtrẽnue perfecta ſunt. Quonam ergo iſte qui ſupereſt plectetur modo? Me ſiquidem ac dextera mea indignus eſt: præcipue uero facinore tã ſplendido ac iuuenili & generoſo confecto. Cuius gloriã addita hac tam inerte cæde minuerem. Dignũ autẽ quærere carnificem quẽpiam oportet: uerum poſt erumnãtum, ne & hanc lucrifaciat, uideat: puniatur, appoſitum tantũ enſem habeat, huic ergo reliqua committo. Hæc ubi ſtatuiſſem, illinc amolior. Ille uero ſicut ego ante diuinaueram fecit, ac Tyrannũ interfecit, fabulæq; meæ ſupremũ actum addidit. Adſum ergo populare uobis gubernationẽ adferens, & omnibus ſecuritatem denũcians, ac libertatem feliciter annuncians. Nunc igitur fa

ctis meis fruimini. Sceleratis enim (uti uidetis) arx occat: imperat autem nemo, sed & honores tribuere licet, & iudicare, & ex legibus contradicere: atque hæc uobis ex me, atque hoc facinore meo profecta sunt: atque ex illa una cæde, post quam pater haud amplius uixere potuit. Dignum igitur ob ista censeo, debitum à uobis mihi præmiũ dari: non quod studiosus huius sim, aut qui parua magnipendam: neque quod ob meredem de patria bene mereri in animum induxerim: sed quod mea officia cupiam uestro præmio esse comprobata, ne despectus sit, néue inglorius fiat meus conatus, tanquàm à uobis mancus & præmio iudicetur indignus. At iste contradicit, & me præter æquum ait facere, qui honorari uelim, ac præmiũ referre. Non enim esse me Tyrannicidam, neq; factum à me quicq; secundum legem esse: sed facto meo quiddam ad præmium petendum deesse. Rogo igitur eum: quid reliquũ à me desyderas? non uolui? non ascendi? non peremi? non liberaui? non imperat quisq;? non iubet quisq;? non dominus minatur quisq;? non me maleficorum effugit quisq;? nõ dixeris. Sed omnia pacis plena, & leges omnes redditæ, & manifesta libertas, & popularis gubernatio firma, & coniugia inuiolata, & pueri extra periculũ, & uirgines tutæ, & festas agens ferias ob communem felicitatem ciuitas. Quis est igitur horum omniũ causa? quis illa sustulit? ista præbuit? Etenim si me quisq; est

hoc

hoc honore dignior, illi hac mercede cedo, ac præmio istoc abstineo. Sin uero solus ego cũcta peregi, audés, periclitans, adoriens, interimens, puniens: alterũ in altero ulciscés: quid mea calumniaris officia? quid ingratũ erga me populum facis? At ipsum non occidisti Tyrannum: lex autẽ Tyrannicidæ præmiũ statuit. Interest ergo quicq̃, dic mihi, an ipsum perimas, an mortis ei causam præbeas? Ego certe nihil puto: nempe hoc solum legislator spectauit, libertatem & popularem statum, ac sceleratorum amolitionem: istud honorauit, istud gratia dignũ censuit: quod factum à me nõ esse nó queas dicere. Si enim illum occidi: quo occiso iste non potuit uiuere, ipse nimirũ mactaui. Cædes mea manus illius erat. Ne nimiũ ergo curiose de mortis modo disputes, neq̃ examines quomodo interijt. Sed an amplius non sit: an per me est, quod amplius ille non est. Quãdoquidem hoc quoq̃ mihi uideris excussurus & sycophantã in bene merentes acturus: siquis non ense, sed lapide, lignóue, aut alio quopiam modo peremisset. Quid uero si Tyrannũ fame obsessum, ad mortis necessitatem adegissem? etiã ne tum requireres meamet manu pactã cædẽ? alioqui deesse adhuc aliqd mihi ad legẽ implendam diceres? atq̃ id grauiore supplicio interfecto maleficio? Vnum solum examina, istud interroga, in hoc curiosus inquire, quis facinorosorum supersit? quis iniuriæ metus imminet? quæ uestigia calamitatum?

sin uero

ſin uero purgata ſunt ac pacata omnia: ſycophãta eſt, modum rerum calumniantẽ, uelle præmio ipſis factis debito fraudare. Ego ſiquidẽ hoc quoq; in legibus declaratum memini (niſi forſan ob longam ſeruitutẽ ſim quæ in illis dicũtur oblitus) cauſas mortis duas eſſe: ſiue quis ipſe occiderit: ſeu ſiquis ipſe quidem nõ occiderit, neq; manu rem geſſerit, coegit tamen, atq; occaſionem necis dedit: æqualiter hunc etiã lex plectendum cenſet, atq; admodum quidem iuſte: nam præbitam interius cauſam nihilo iudicauit ipſo facto minorem, ac reliqua iam de modo necis quæſtio ſuperuacua eſt. Illũ ergo qui ſic occiderit, puniendũ tanq; homicidam æquũ cenſeas, abſoluiq; nullo pacto uelis: qui uero eodem quo ille modo, ciuitati benefecerit, indignũ bene meritis præmio duces? Neq; enim iſtud poſſis dicere, me uidelicet id feciſſe tantum: bonũ autẽ exitum quendam temere non, me id deſtinante cõſecutum. Quid ergo pertimuiſſem amplius, eo qui fortior erat interempto? Quid in uulnere gladiũ reliquiſſem, niſi idipſum omnino quod erat futurum, prædiuinaſſem? Niſi hoc fortaſſe dixeris: quod qui peremptus eſt, Tyrannus non erat, neq; hoc nomen obtinebat, neq; multa uos ob id libenter ſi necaretur, præmia dediſſetis: ſed hoc nunq; dices. Ergo interempto Tyranno, illi qui cauſam præbuit, nõ reddes præmiũ? o curioſitatẽ, quomodo necatus eſt curas, cũ libertate fruaris: aut ab eo qui democratiã reſtituit, amplius

plius aliquid poſtulas. Atqui lex (ut dicis) ipſum rerum caput examinat, media autem omnia ualere ſinit, neq; ultra curioſius inquirit. Quid enim, qui in exilium tyrannum compuliſſet, non honorem iam tyrannicidæ tuliſſet? Imo ac ualde quidem iuſte. Nam & ille libertatem pro ſeruitute præſtitit. At quod à me factum eſt non exilium, nec redintegrandæ rebellionis metus, ſed omnino perfecta ſublatio eſt, & generis illius uniuerſi internicio ac totius mali radicitus exciſio. Ac nunc per Deos omnia mihi ab initio in finem uſq; (ſi uidetur) excutite, an prætermiſſum quicq; ad implendam legē fuerit, & an quicq; mihi defuit, qd' adeſſe Tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animum adeſſe generoſum decet, atq; reipub. ſtudioſum, paratúmq; pericula pro communi commodo ſubire, ac propria morte multorū ſalutem redimere. Ergo ad id mihi quicq; defuit. An animo fractus ſum? An pericula proſpiciens, per quæ mihi uadendum erat detractaui? Non id dixeris. Mane ergo in hoc ſolo, ac me finge ex eo ſolo q; uolui, atq; iſto conſilio fui, etiam ſi nihil inde boni proueniſſet, tamen ob mentem ipſam aſſurgentem præmium tanq; bene merentē petere, quum tamen ego non potuerim, ſed alius me ſecutus tyrannum occiderit, abſonum (dic mihi) aut abſurdum eſſet, tribuere, maximéq; ſi dicerem. O uiri, uolui, cupiui, aggreſſus ſum, atq; animi mei ſigna dedi. Solus honore dignus ſum. Quid tum? re-

ſponſurus eſſes? Nunc uero non id dico, ſed & aſcendi, & periclitatus ſum, atq; innumerabilia priuſq; adoleſcentem peremeram feci. Neq; enim rem uſq; adeo facilem eſſe ſuſpicemini, cuſtodiam ſuperare, ac ſatellites opprimere, unumq; tot uiros auertere. Sed fermè maximum in tyrannicidio, atq; ipſum rei caput iſtud eſt. Nam ipſe quidem Tyrannus, non magnum opus eſt, neq; magno negotio conficiendum, neq; expugnatu difficile, ſed ea potius quæ muniunt ac tuentur tyrannidem, quæ qui uicerit, is omnia peregerit. Nam reliqui quidem parum eſt. Siquidem iſtud ad Tyrannũ uſq; penetrare, nequaq; licuiſſet mihi, niſi cuſtodum qui eos cingunt ac ſatellitum omniũ uictori, ac niſi eos omnes prius deuiciſſem. Nihil amplius adijcio. Sed ijs rurſus immoror. Cuſtodias ſuperaui, ſatellites inquam, Tyrannum incuſtoditum, inermem, nudum reddidi. Ob hæc ne honore tibi dignus uideor? An adhuc à me cædem poſtulas? Atqui ſi cædem etiam quæris, nec iſtud quidem deeſt. Neq; enim incruentus ſum, ſed perperaui magnam ac nobilem necem iuuenis floretis atq; omnibus metuendi, per quem etiam ille tutus ab inſidijs erat, quo ſolo confidebat, qui multorum loco ſatellitum ſuffecit. Quid tum ergo, num præmio dignus ſum? num tantarum rerum honore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitem unum, ſi miniſtrum quempiam Tyranni peremiſſem? quid ſi ſeruum honoratiorem? an

non

non magnum etiam hoc tibi uideretur, ascendere, atq; in media arce, in mediis armis, aliquem ex amicis Tyranni conficere? Nunc autem etiam illum qui peremptus est consydera, filius erat Tyranni, imo Tyrannus grauior, ac dominus inclementior, ac tortor crudelior, extortor uiolentior. Tum, quod maximum fuit, hæres omnium atq; successor. Postremo qui in longum poterat nostras calamitates extendere. Vis ne hoc me solum feciſſe, Tyrannum autem ipsum adhuc ereptum fuga uiuere? Munus ob ista peto, quid dicitis? non dabitis? Non illum quoq; suspexistis? non dominus, non grauis? non intolerandus erat? Nunc uero etiam caput ipsum intelligite. Quod enim iste à me flagitat, id ꝯoptime fieri potuit, peregi, ac Tyrannum alterius nece necaui, non uulgariter, neque uno ictu, quod illi post tot scelera maxime fuit optandum. Sed dolore multo prius exagitans, & in oculis ostendens misere prostrata, quæ illi fuerant charissima, filium quanquam malum, tamen ætate florentem, ac patri similem, sanguine ac tabo plenum. Hæc sunt patrum uulnera, hi legitimorum Tyrannicidarum gladij. Hæc Tyrannis crudelibus digna mors. Hoc supplicium sceleribus tantis debitum. Nam ilico mori, ilico nescire, nullum tale spectaculum cernere, nihil habet Tyrannica pœna dignum. Non enim ignorabam (te appello) non inquam ignorabam, imo nec alius

quiſq̃, quantũ ille erga filiũ gerebat affectũ, & q̃ poſt illum uiuere, ne paululum quidẽ dignaret. Atq; omnes fortaſſe patres ſunt in filios eiuſmodi. At hic certe aliquid ſupra cæteros habebat, idq̃ merito, quippe qui illum ſolum uidebat ducem, ſeruatoremq̃ tyrannidis, ſolumq̃ pericula patris præoccupantẽ, ac firmitatẽ imperio præſtantẽ. Vnde etiam quanq̃ nõ ob amorẽ, at ob deſperationẽ ſaltẽ ſtatim illum ſciebam moriturũ, quum cogitaret, inutilem ſibi uitam futurã, ſecuritate, quã illi filius præbebat ablata. Omnibus igitur illum ſimul circũſepſi, natura, dolore, deſperatione, terrore, & tẽporũ etiã futurorũ metu. His in illum cõſiliatoribus uſus ſum, & ad ultimũ illud cõſiliũ coegi. Interijt nobis orbus, afflictus, dolens, lachrymans, luctum lugens, breuem quidẽ, ſed qui patri ſufficiat, & qd grauiſſimũ eſt, ipſe à ſeipſo, quod mortis genus omniũ eſt miſerrimũ, multóq; acerbius, q̃ ſi inferat ab alio. Vbi mihi gladius eſt? num quis illum agnoſcat alius? num cuiuſq̃ alterius telum eſt? Quis illum in arcẽ duxit? ante tyrannũ quis uſus eſt? quis illum tyranno miſit? O enſis mecũ cõmunicans, rerũ à me bene geſtarũ ſucceſſor, poſt tot diſcrimina, poſt tot mortes deſpicimur, & indigni præmio uidemur. Si enim ob iſtud ſolum hunc à uobis honorẽ peterẽ, ſi dicerẽ: O uiri tyranno mortẽ cupienti, actum inermi forte deprehenſo, meus iſte ſubſeruiuit gladius, atq; operã ſuam ad cõſequendam libertatẽ cõmodauit

omnibus,

omnibus, honore ac præmio indignũ putasſetis? dominum tam popularis rei nõ retaliasſetis? nõ inter benefactores inſcripſiſſetis? nõ inter ſacra gladiũ ipſum reposuiſſetis? nõ ſecundũ Deum illum coluiſſetis? Nunc mecũ cogitate, qualia tyrannũ ipſum ante mortẽ & feciſſe, & dixiſſe ſit ueriſimile, quũ filiũ perimerẽ, ac uulneribus multis in parte corporis cõſpicua perfoderem, quo uidelicet genitor ureretẽ, atq; aſpectu primo ſtupeſceret, miſerabiliter exclamauit atq; indamauit patrẽ, non ut auxiliator eſſet, aut cõmilito, quippe qui iam ſenex erat atq; inualidus, ſed domeſticorũ malorum ſpectator. Ego illinc digredior, totius quidẽ Tragœdiæ autor. Reliqui uero hiſtrioni cadauer, & ſcenã, & enſem, ac cætera quæ fabulæ ſupererant. At ille quũ adeſſet, ac uideret filium quẽ habebat unicũ, uix reſpirantẽ, lacerũ ac morte plenum, uulnera quoq; illa denſa ac multa & letalia gerentem, ſic exclamauit. O nate, ſublati ſumus, interempti ſumus, tyranni cæſi ſumus, ubi iſte interfector eſt? ad quid mihi parcit? cui me reſeruat malo per te iam fili præmortuũ? niſi me forte utpote ſenem contemnit, & lente me perimere decreuit, ac mortem mihi producat, ut necem mihi faciat longiorẽ. Et ſimul iſta dicens, enſem quærebat, ipſe autem erat inermis, ut qui omnẽ in filio ſpem repoſuerat. At ne is quidem defuit, iamdudum enim à me ante præparatus erat, atq; ad ſacinus futurum relictus. Ergo ex corpore euellens, & ex

uulnere gladiũ eximens, iamdudum me occidisti, permisti, nunc uero mihi finem facito: O ensis, inquit, patri lugenti consolator ueni, atq; infelicem senis manum adiuua, iugula Tyrannũ, perime, ac luctu solue. Vtinã in te prior incidissem, utinam ordinẽ cædis incepissem, cecidissem quidem, at ut Tyrannus tantũ, at ultoré spe rans, nunc uero ut orbus, nunc uero ut etiam carnificis egens. Et hæc simul dicens, uulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, inualidus tamen ad facinoris ministerium. Quot sunt ista supplicia? quot uulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot præmia? Et tandem uidistis omnes iacentẽ iuuenẽ, opus neq; paruũ neq; facile, senem uero illi circumfusum, cruoré utriusq; inhærentẽ, atq; illam libertatis & uictoriæ parentẽ libidinam, & nostri ensis operam. Ensem uero ipsum inter utrunq; monstratũ, declarantẽ q; non indignus domino sit, testantẽq; q; mihi sit fideliter obsequutus. Hoc si ergo feci ssem, obscurius fuisset, nunc uero redditur ipsa nouitate splendidius. Qui tyrannidem ergo omnem sustuli, ego sum: opus autem in multos distribuũ eli, quemadmodum in fabula. Atq; egi primas quidem partes ego, secundas uero filius, tertias Tyrannus ipse, ensis autem subseruiuit omnibus.

LVCIANI TYRANNICIDAE THOMA MORO INTERPRETE, FINIS.

DECLAMATIO

THOMAE MORI, LVCIANICAE RESPONDENS.

ON putauerã Iudices ei, qui (id quod ego nunc facio) publicam cauſam ſuſcepiſſet agendam, opus fore, ut cur id facere inſtituerit, rationẽ reddat. Neq; eñ ullum fore periculum, ne id malitia potius aggreſſus, q̃ pietate uideatur, quum hoc certiſſimum præbeat magnæ integritatis argumentum, quod aliorum omnium cõmodis elegerit ſuo priuato labore conſulere. Quod quanq̃ omnes iſtiuſmodi cauſarum patronos merito poſſe exiſtimem ab omni calumniæ ſuſpitione defendere, me tamen omnium meritiſſime, qui ut omnibus proſim, non ſolum hunc mihi laborem deſumpſi, ſed inimicitias etiam cum eo uiro contraxi, qui ſe Tyrannos quoq; iactat occidiſſe. Sed quoniam nihil tam recte cœptum eſſe uideo, quod non improbotum uellicet ac deprauet iniquitas, & quoſdam iam nunc muſſitantes audio, qui iſtius oratione perſuaſi, hoc meum officium in peiorem partem rapiunt, ſtatui Iudices uobis huius actionis meæ cauſas exponere,

exponere, ne quis induſtriæ meæ malignus interpres eam dolori, odio, uel inuidiæ conetur aſcribere. Ac primum, quid eſt cur Tyranni mortẽ dolere putet? nam id iſte mihi nuper obiecit, pbationẽ uero nullam attulit dixiſſe tantũ cõtentus, & credi ſibi ſine argumẽto, ſine teſte poſtulat. Imo, inquit, niſi dolores, niſi Tyranni mortẽ ulciſci cuperes, mecũ nõ cõtenderes. Ergo eo ſolo lugere me Tyranni mortẽ probas, q̃ tibi ob eius necẽ præmiũ iniuſte petenti, ego me iuſte oppoſui? Vis uidere q̃ nihil dicis? Si te tyrannũ occidiſſe probes, ego tecũ litigare nec ſi uelim poſſem, nec ſi poſſem uelim. Nunc uero quid aliud cõtra te dicturus ſum, q̃ q̃ illũ non occidiſti? Si tu interfeciſſes nihil quærerer, imo laudarem, admirarer, ac præmiũ primus decernerẽ, nunc uero ideo tibi cõtradico, ideo tibi honorẽ denego, ideo aduerſor, ideo queror, quia Tyrannum *non* occidiſti. Num igit occiſum protinus dolere uideor? Oſtendiſſe potius iudices debuit me Tyranno fuiſſe uel ſanguine cõiunctum, uel affinitate propinquũ, uel beneficijs deuinctum, uel ſcelerũ cõmunione fœderatũ. At iſtorum quicq̃ ne fingere quidẽ potuit. Ergo ſi neq; cognatus illi, neq; affinis fui, ſi mea opera nunq̃ in cuiuſq̃ iniuriam uſus eſt, ſi me ab illo beneficij nihil in me collatum eſt, ſi me acerba ſeruitute cum cæteris ſimul oppreſſit, ſi me illius interitus libertati uobiſcũ unà reſtituit, quid cauſæ eſt ut illius mortem meæ ſalutis ac libertatis auſpicium

ſpicium doleam? At odij certe tantundem cauſæ eſt. Nam quid egit: quod odium in illū prouocaret meū? Primo Tyranni filium interfecit. Poſtea uero Tyranno ſibi manus inferente iſte præmiū tāq; Tyrannicida perijt. Quorum alterum puta, quod iuuenem peremit: q; idipſum párum conſulte, parumq; ex cómuni cómodo fecerat, niſi dij nobis fuiſſent propitij: fecit ille tamen animo (quantū ego certe ſuſpicor) non male. Alterum uero: nempe quod præmium poſtulat: quum non meruerit: ut nunc ſunt hominum ingenia, non miror: & ignoſco certe: modo poſſit auferre. Neutrum iſtorū odium in illum meum cōcitat. Extra hæc nihil unq; fecit: quod ad me ullo modo ptineat. Ergo tam iniquus ſim, ut hominem uix tandem ſatis, aut de facie, aut fama notū, q me nec re offenderat, nec uerbo læſerat, gratis odio perſequerer? Reſtat inuidiæ diluēda ſuſpicio: quæ talis eſt, ut nullo malo carere uelim libentius. Nā quum omnia uitia ſint ſuapte natura pernicioſa: nullū tamen eſt liuore peſtilentius: quodq; pectus, cui ſemel inſederit grauioribus tormentis exagitet. Nempe alterius fortunam: ſuū infortunium ducere, ſecundis aliorum rebus æſtuare, alienis laudibus uri, aliena felicitate torqueri, an nō ſumma miſeria, non extrema demētia eſt? Itaq; ſi à quoquā alio uitio iudices abſum, ab hoc certe longiſſime abſum. Cuius unq; fortunas impetij? Cuius res bene geſtas eleuaui? Cuius laudi-

bus unq̃ detraxi? Cuius famã labe reſperſi? Certe ab
hũius uitij ſuſpitione ſi me mediocris iſta fortuna mea
non aſſerit, quæ nõ tam inops eſt, ut aliorũ opibus ac
præmijs inuideã: ſi me anteacta uita non uindicat: quæ
non uſq̃adeo eſt rerũ bene geſtarũ indiga: ut aliena
debeam laude tabeſcere. At ipſa me herde cauſa pror-
ſus abſoluit: quæ talis eſt, ut potius omniũ ueniã, q̃ cu
iuſq̃ mereatur inuidcam. Quæſo Iudices: quod tandẽ
odij ſignũ, quod inuidiæ documẽtũ, præ me fero? Nõ
prouoco, non iraſcor, nõ accuſo: urbẽ tantũ in ius voca
tam ab illo defendo. Sed cur ſedẽtibus ergo cæteris ac
tacentibus uniuerſis, atq̃ in his multis & dariſſimis ui-
ris, & autoritate præſtantibus, & multo ad dicendũ in-
ſtructioribus, ego potiſſimũ ſurgo & petenti præmia
contradico? Illi ipſi profecto quin mecũ ſentiant non
dubito: & quin ex his pleriq̃ ſint: qui hoc ipſum officiũ,
niſi ego iam ſuſcepiſſem libenter fuerint obituri. Neq̃
tamen ideo culpandus ſum, quod me p patria primus
obtulerim. Quicquid eſt, alieni ſilentij cauſas non de-
beo. Me certe ad dicendum cũ reipu. cauſa, tum deorũ
immortaliũ reſpectus incitabat. Nempe quũ uiderem
ſatis tenues ærarij noſtri ꝓuentus: & præſentẽ pecuniã
nimis exiguã: tũ inſtare multas neceſſarij ſumptus oc-
caſiones: nõ ferebã uti ciuitas hoc inſup non neceſſario
ſumptu mulctaret. Tyrannicidij præmiũ quãtũ ſit, nõ
ignoratis: ac merito quidẽ. Quod em̃ preciũ ſatis gra-

de ſit

de sit: quo agri, foci, fortunæ, liberi, coniuges, salus, ac libertas omniũ, postremo ipsæ deorũ aræ, atq; tẽpla redimunt? Quod quo maius atq; urbi onerosius est: eo magis à nobis pspiciendum est, ne temere colloceť. Satis Iudices, satis impensæ ac sumptus imminet, satis effundendũ est: ut ærariũ nostrũ, tam profunde, non iste etiã cui nihil debemus, exhauriat. Præterea quum hoc Tyrannicidiũ sola deorũ clemẽtia puenerit: qui toties indamati calamitatũ tandẽ nostrarũ miserti, crudelissimi nos iugo Tyrãni soluere, ac libertati reddere uoluerunt: nõ ferendũ putaui: ut ciuitas honorẽ gratiãq; dignis merentibus ablatã homini, nõ merẽti tribueret. Totũ autẽ hoc negocij fortunæ deorũq; benignitati deberi: huic nihil gratiæ: apertissimis argumẽtis docebo: quod dum facio, quæso Iudices diligẽter attendite. Tria sunt quorũ iste quodlibet sufficere sibi ad hũc honorẽ cõsequẽdũ putat: uel qđ Tyrãni peremit filiũ, uel qđ Tyrãnũ tẽtauit occidere, uel qđ pater filij nece cõmotus ense quẽ iste reliquerat mortẽ sibi cõsciuit. Ergo illius adolescẽtis cædes Tyrãnicidiũ uideť? Quid ni? nempe & ille (inqt) Tyrannus erat. Quis id credat Iudices: urbẽ unã duobus suffecisse Tyrannis? duos Tyrãnos inuicẽ cõcordes eadẽ incoluisse mœnia? unius urbis ambitu potuisse cõtineri, q̃rũ alterutri uix uel orbis uniuersus sufficerit? Quisq; id credẽdũ duxerit: is mihi parũ uideť Tyrãnicã cõsyderare naturã. Nã legitimæ quoq; pote-

ſtates,ac nō ſolū legibus gubernantes,ſed etiā legibus obtēperantes,& tyrānide tāto interuallo mitiores,am bitione tamē ita uincunt,ut nec uel intimorū amicorū uitæ parcant, potiuſq; eos habeāt imperij ſui cōſortes. Quis Tyrannū credat natura ferum ac uiolentū,cū in perij ſui ciuis ardore hominū leges protriuerit, deorū contempſerit,uitam neglexerit,ſocium quenq; admittere? Quin brutorū quoq; plerūq; formæ quæ(quod Tyrannorum proprium eſt) rapto uiuet, quibus ſolius pabuli cura impreſſit aliqua tyrannicæ naturæ ueſtigia,in proprios fœtus ſæuiunt: potiuſq; ſocios illos uenationis accipiant. Et hominem Tyrannū putamus quē faſtus inflat,ambitio ſtimulat,cupiditas urget,gloria ſollicitat,ſuam cum quoq; poſſe cōmunicare tyrannidem? At iſte non ſolum duos tyrannos facit: uerum etiam adoleſcentē pluſq; tyrannū uult uideri. Nam ciuibus atroces(inquit)iniurias fecit:cæde,rapina,ſtupro omnibus denicq; ſcelerū formis inſignis. Nomine quidē abſtinuit:cæterū re ipſa tyrannidis caput erat:ac parere plus potuit:eū,ut uolebat,rexit. At longe cōtra ſeres habet iudices. Nimirū impotens ſemper ac formidoloſa res tyrānis eſt. Neq; filius profecto patrē tuliſſet, ſi poſſet:neq; filio tantū pmiſiſſet pater,ut poſſet. Nemo tyrannis eſt hærede ſuſpectior:qui eo maiorē parenti metum incutit quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expreſſerit. Continebat ergo filij

sui cupiditates, atq; adolescenti stringebat potius q̄ laxabat habenas: ne uiribus nimiū inualescens iuuenis, imperij auidus, atq; opibus insolens, nec sibi iam imperans: tandē ne parenti quidē parceret: quin iam Saturno superi Iouem præferrent. Nam si iniurias interdum fecit: quid aliud q̄ se parenti satellitē præbuit? ex quibus quotus quisq; est: qui nō grassetur, nuptias uiolet, domos compilet, phana dispoliet, obuios cædat, atq; optimū quenq; trucidet? Sed quoniam unus est cuius potentia, atq; umbra freti, tam scelerata grassant auda cia, pœnas alioqui facinorum suorum, uel illi uel publicis legibus daturi, ipsi quidem latrones, homicidæ, fures, adulteri. Solus autem unus ille scelerū princeps, sub cuius nomine oēs impune delitescūt, Tyrannus est. At ille adolescens si quādo patrabat aliquid atrocius: patrem semper sic imperasse dicebat: neq; ego, quin imperarit, dubito. Nam filius q̄q̄ ea indole fuit: ut parē tem aliquādo uideretur (si ad tantā peruenisset ætatē) flagitijs ac sceleribus æquaturus: tamen in hac adolescē tia præ illius crudelitate ac sæuitia quibus iam à puero semper assuetus insenuerat, rudis adhuc miles, ac uix tyro fuit, neq; ferè magnum quicq̄, nisi à patre iussus, atq; edoctus agebat. Sed siue non nisi iussus illa faciebat: siue ipse etiā iniussus audebat: tamē quū tāq̄ iussus egerit, quū neq; Tyranni nomē usurparit: neq; se pro Tyranno gesserit, sed patri se parere significarit &

quorum suorũ causas in illũ retulerit: quũ aliũ se potentiorem esse cõfessus sit, cuius uiribus fideret: à quo omnis eius penderet impunitas: furem si uelis aut sacrilegũ, uel si quod aliud nomen manis, appelles: at is profecto non est, in quo fieri Tyrannicidiũ potest. Quod si illũ omnia solũ potuisse, ac re ipsa Tyrannum fuisse cõtendas &(quod pauloante iactabas) ilico eius morte liberam fuisse rempublicã: fingamus obsecro adhuc parentem uiuere: sed nõ fugatũ tamen: quod nescio cur ipse finxisti: quippe quem nec ipse fugaueras, neq; cur ei fugiendũ esset effeceras. Filio em̃ tantũ per insidias adempto, reliquis uiribus integris, nõ uideo cur patri magis desperandũ, aut fugiẽdũ fuerit, cũ si aut filius ei natus nõ fuisset, aut peste correptus obijsset. Patrẽ ergo fingamus (ut dixi) uiuentẽ: ac filio quidẽ unico orbatũ: sed satellitũ tamen caterua cinctũ: cædẽ filij lachrymantem: sed interfectori minantẽ: atq; omnia supplicioru genera destinantẽ: in forũ uultu tristi quidem, sed tamẽ truci, pourrere: & prolato quem tu reliquisti gladio ingentia polliceri præmia: si quis eius ensis dñm prodiderit: hic tu foro iam ab illo, atq; eius satellitibus occupato, & in caput tuũ quæstione iam haberi cœpta, in publicum fortis Tyrannicida procurre: & in medios globos irruens Tyrannum te occidisse proclamita: libertatem omnibus denuncia: ac Tyrannicidij præmium postula. Quid fugis? Quid latebras quæris? Quid Tyranni-

cida me-

cida metuis? An non libera est respublica? An nõ Tyrannus occisus est? Neq; ergo is quẽ peremisti Tyrannus erat. Sed quidã potius Tyranni satelles: neq; eius morte ciuitas libertati restituta est: quod solũ pauloante dicebas huius legis spectasse latorem. At hæredem (inquit) occidi. Quid mihi hæredes nominat? Quid in Tyrannide leges memorat? Legum ista numina sunt. Iuris est ista successio. An Pyratæ filiũ si demortui patris locũ impleuerit, hæredẽ quisq; dixerit? Intestatus semp Tyrãnus moritur: qppe legibus ab illo captiuis: quæ solæ ratũ facere testamẽtũ possunt. Proinde q defuncti locũ Tyranni subit: hæres nõ est, sed nouus Tyrannus. Non enim succedit, sed inuadit. At illi nũc paruissemus. Istud qui constat? Ego contra Tyranno mortuo populum ilico liberum esse dico. Alioqui frustra lex Tyrãnicidæ præmiũ statuit: si alterius morte in alterius potestatẽ recidimus. Sed longe secus Iudices: defuncto enim quolibet casu Tyranno, populus iam tum liber dum amici luctu occupant, dum stupent eius morte satellites, ilico sese in libertatem asseruisset: neq; plus filius aduersus populi uires tum ualuisset: q; nunc potest quisq;, uel ex amicis Tyranni potẽtissimus, aut genere quisquis ei fuit post filium proximus: ad quem, si successionis nomẽ, atq; hæreditatis audiẽdũ est: tã nũc Tyrannus pertinet, q; ad filium pertinuisset. Qui satellitem igit, qui amicũ, qui cognatũ, qui filium Tyranni

peremerit

peremerit: frustra tyrannicidium iactauerit. Tyrannus ipse solus est, cuius necem tāto præmio respublica mercat. Sed uolui (inquit) ptentaui: peridanus sum: quod negari ne possit, filio tyranni perempto. spe futuræ tyrannidis extincta, prædarum animi mei documenti reliqui: uel hoc solū sufficere mihi ad hunc honorē puto. Hic uide obsecro q̄ nihil maliuole, quā simpliciter agam tecū omnia, q̄ ex re tua totū hoc negociū mini/me suspitiosus interpreter. Nam si alius hāc ageret causam, nec tamen ex inimicis tuis: sed ex acrioribus illis actoribus quispiam, qui locos omnes excutiunt, & suspitionibus urgent, ac molestē nimiū præmunt: sic Hercules hunc tractaret locum: ut te nec id tentasse unq̄ nec destinasse contenderet. Quod si tu nociferaris mirari te quenq̄ tam insigni esse impudentia, ut talia dicere occiso in ipso conatu tyranni filio audeat: hic ille protinus quasi fieri non potuerit (inquit) ut non patriā liberaturus, quod non præstitisti, nō Tyrannum occi/surus, quem non attigisti: sed ipsum potius inuenerit quem trucidasti perempturus: ascenderis, illa tam tibi priuatim, aliquā ulturus ac retaliaturus iniuriam. Hic si instaret, urgeret, præmeret, ac certas aliquas proba/tiones illius animi tui ac propositi flagitaret, uides (ut opinor) in quantas trahereris angustias. Sed ego tecum hoc pacto non agam: quippe qui in rebus (cuiusmodi ista est) uehementer obscuris, assueui sem/

per in

per in meliorem partem esse prodiuior. Permitto itaq; tibi, ut ista feciſſe animo in Remp. propenſo uidearis. Voluiſti ergo, ac tentaſti prorſus auferre Tyrannidem. Hoccine tibi uidetur iſto præmio cõpenſandũ? Primũ quod uoluiſti, quis nõ uidet q̃ ſit exiguũ? Nam hac ratione omnes Tyrannicidij præmiũ peteremus. Quis em̃ tam frigido in Remp. animo fuerit, ut Tyrãnũ crudeliſſimũ nõ libenter auferre uoluerit? Tentando uero q̃d aliud dedaraſti, q̃ quod eſſe Tyrannicida uoluiſti? Quod te præterea periculis expoſuiſti, an id præmium meruerit ullum, poſtea uidebimus: quod aũt iſtud non meruit, ſpero uobis iudices eſſe uel ſola legis recitatione perſpicuũ. Quæ quũ præmiũ niſi Tyrannicidæ nõ ſtatuat, quero Tyrannũ nõ ceciderit, eſſe Tyrãnicida non poſſit: quantũlibet quiſpiã tentauerit, quantiſcũq; ſeſe periculis expoſuerit: fruſtra Tyrãnicidij præmiũ, niſi cæſo Tyranno, petierit. Nã ei qui dum conatur occidere, in exiliũ cõpulerit, præmiũ quidẽ: ſed neq; tantũ, neq; tanq̃ Tyrannicidæ decernã. Etem̃ ſi morbo quopiã laborans denũciem: quicunq; me ſanauerit, ei recuperata ualitudine, tria me talenta daturum: ueniat aliquis ſpe mercedis inductus, qui mei curã ſuſcipiat: deinde medicamentis quibuſdã adhibitis, ubi fruſtra ſe conari ſenſerit: artem ſuã morbo uictã confeſſus, me iam deploratũ relinquat: aliqua tamẽ moleſtiæ parte leuatũ, ſanitatis illi mercedẽ, quia nõ ſanauit, nõ debeo: rurſus quia

fuit, inanē prorſus à me dimittere haud æquū eſt. At ſi poſt mille pharmaca, nihilo tamē melius habentē deſi tuat: præmiq; nihil meretur, qui nihil iuuit: gratiæ uero tantūdem ferè: qui quod mederi tentauit, ſui gratia, nō mei fecit. Quod ſi inſigniter Medicæ artis ignarus, rē ta men aggredi fuerit auſus, atq; aliquātiſper miſere uene nis adfectū poſtea dimittat: quū iam non modo nihil opis tulit, ſed plurimū doloris addidit: etiā ſi ſeſe gratis obtulerit: utrū amore dignus eſt, qđ me ſuo labore tā diu nulla præmiq; ſpe tam officioſe uexauit: an ſummo potiꝰ odio, quod temere ſeſe meo periculo ei negocio, cuius erat imperitus, immiſcuit? Huic rei Iudices haud multū mihi uidetur præſens cauſa diſſimilis. Lex enim Tyrānicidā conducere uehemēter aliunde ſtudet: eiq; præmiū certū, Tyranno cæſo, pollicetur. Sed Tyrannici dam quū dicit Iudices, hominē quærit artificem: nō ma nu tantū fortē, ſed pectore quoq; multo magis ualen tē, conſilio potius q̄ uiribus præſtantē: qui inſidias ten dere, laqueos abſcōdere, occaſiones captare nouerit. Er/ go hanc prouinciā ſiquis huiuſmodi ſuſceperit: qui Ty rannū ipſum arte ex inſidijs adoriatur, adorſum oppri mat, oppreſſum interimat: nec re cœpta ſemel, niſi perfe cta deſiſtat: hic Tyrannicidij præmiū audacter poſtu let. Sin id quidem nō potuerit: quod autē proximū eſt & confine, fecerit: Tyrannū uidelicet uel in exiliū abege rit, uel ad deditionem cōdonata uita coegerit, uel ad de

ponendā

ponendā Tyrānidem certa conditione cōpulerit: hunc ego præmio dignū, neq; nullo quidem, neq; tamen Tyrannicidæ iudico. At ſiquis manu potens, mētis inops, illarū penitus ignarus artium, quibus inſtructum eſſe Tyrannicidā oportet: qui rem uiribus egere tantum, ac non conſilio putet: qui deniq; Aiaci multo ſit, cq; Vlyſſi ſimilior. Sed Aiaci tamē iam abiudicatis armis inſanienti, armēta hominū loco trucidanti. Si huiuſmodi, inquā, quiſpiā rem tantā cōficiendā ſibi deſumpſerit: tum nec inſidias collocans, nec tempus eligens, nec occaſionē expectans: impetu quodam proruat, nec ab ipſo tamē Tyranno incipiat, ſed in ſatellites eius inſiliat, dato interim illi ſibi cauendi loco. Tum ſubducto Tyranno: re temere cœpta, ſtulte geſta: per ignauiā relicta, ac penitus infecta: ſola ſibi fuga, abiecto etiā gladio, conſulat. Poſtea uero uel defuncto, uel interfecto Tyrāno, in publicum prodeat: præmiū tanq; Tyrannicida poſtulet, atque huiuſmodi utatur oratione. Volui Iudices, auſus ſum, tētaui, periclitatus ſum. Vtrum Iudices illi Tyrannicidij præmiū decerneretis, quia Tyrannū tentauit occidere? an malam potius gratiā haberetis, ac dignum etiam ſupplicio duceretis, quod ſua temeritate nō ſe ſolum fruſtra periculis obiecerat, ſed urbē etiā uniuerſam in ſummū diſcrimē unà præcipitauerat: utpote qui Tyrannū ſtulte irritando fecerit, & ciuibus infeſtiorē, & aduerſus inſidias cautiorem? Videtis ergo Iudices quēad

modũ id quod iſte uel ſolum ſatis eſſe confidebat, uſq; adeo nihil adiuuat, ut etiam nónihil officiat. Quãobrẽ ſi neq; is, quẽ peremit, Tyrannus fuit: nec ſatis Tyrãni filiũ occidiſſe fuit: tentaſſe uero temere, plus q̃ fruſtra fuit: reliquũ eſt, ut ultimũ illud, Tyrãni uidelicet ipſius mortem, excutiamus: quã iſte ſibi nos debere diſputat. Hoc totius negocij caput eſt: hoc ſi uobis iſte perſuaſerit, cauſæ nihil eſt quin uicerit. Contrá q̃, ſi ego hác partem euicero, atq; ſacram hanc, quod aiũt, anchoram illi præcidero: nonne ilico neceſſe eſt fluctuet, ac naufragio pereat? Idcirco iudices hic etiam atq; etiam obſecro uos q̃maxime ſitis attenti, dum Tyranni cædem doceo, ex qua tota iſta pendet cõtrouerſia, nihil ad iſtum quicq̃ pertinere. Totum ergo hunc locũ iudices ſic ab iſto tractatũ eſſe meminiſtis: ut qui uobis perſuadere cuperet, uti credereris eum iam tum quũ filiũ perimeret: parentem quod poſtea fecit, præſciſſe facturum. Sciebam, inquit, ſatis eſſe filium occidere: ſciebam patrem ilico ſeſe poſt mortẽ filij perempturũ. Imo ſciebas certe, quũ ſic hanc cauſam ageres, opus eſſe tibi ut illa præſciſſe uideretis. Alioqui fruſtra te præmiũ Tyrannicidij petiturũ: ſi neq; ipſe Tyrannũ peremiſſes: neq; id ſaltem ſciſſes, unde illi ſcires exitium imminere. Eam ob rem iudices exitum eius facti tam certum uideri uoluit: ut uobis etiã audientibus dixerit, ob idipſum ſeſe à Tyranno manũ abſtinuiſſe, eumq; ſibiipſi pariter & iſtius gladio reliquiſſe:

quisse: quem alioqui, ut ait, facile potuisset occidere: fecisset q; nisi de exitu securus scilicet, tunc de industria peperciſſet, ut paulo post miserius interiret. Hic igit' quid faciã? quo me potissimũ uertam? unde argumenta conquiram, quibus hunc probem non esse rerum futurarũ præscium? Quin illum percontemur potius, ac rationes aliquas exigamus, quibus ille nobis fidem rei tam longe supra fidem faciat: unde hanc tam mirabilẽ diuinandi peritiam nactus sit: utrum ne homine quopiam docente didicerit: an numine potius inspirante cõceperit. Dic igitur nobis Tiresia: quonam probamento facies, uti constet cõprehensam esse tibi rerum futurarũ scientiam? defossum alicubi thesaurum effode, cogitationes nostras euolue, abstrusum aliquid atq; occultatũ erue, quod miremur omnes: nempe eiusdem artis esse puto, & quæ præsentia latent edicere, & quæ sunt futura prædicere. Aut si tu futuris dũtaxat uales, aliqua nũc edisserre aliquot post hoc annis: aut, si libet, sæculis poti⁹ euentura: quæ quũ ex tuo præscripto ceciderint omnia, tum demũ redito, & futura te præscisse dicito. Interim profecto ægre, quantũ suspicor, obtinebis: ut quod te nescire sciebat, id præscisse credaris anteq; fieret. Quod si tũ quũ filium interimeres, ignorabas patrẽ sese, quod postea fecit, occisurum: quur tu nunc eius cædis præmium postulas: quam, nisi uelis impudenter esse mendax, fateare necesse est, te ignorante, atq; adeo ne cogitãte qui

dem perpetratã esse? Sed ideo se fortasse putat huius etiã necis autorem: quoniã illa cædes quam fecit, istius quoq; tametsi præter spem, causa tamen aliquo modo fuit. Qua in re uos longe alia Iudices opinor esse sentẽtia. Neq; enim si Tyrãnũ casu quisq; aut mẽte capt⁹ occidisset, ei Tyrãnicidij præmium decerneretis. Quid ita? Nẽpe qđ inscius uterq; atq; imprudẽs occidisset: quãq; istius causa est aliquãto, ut mihi uidetur, inferior. Nam si alteruter illorum præmiũ peteret, tametsi peteret qui peremisset ignarus: atq; ideo frustra peteret, peteret tamen qui peremisset: nunc uero & isto nesciente, & nõ ab ipso peremptus est. At nihil ego, inquit, neq; casu, neq; imprudens feci: sed filium cõsulto trucidaui: atq; ita patri uolens ac prudẽs mortis causam præbui: qui, ni ego filium occidissem, adhuc Tyrãnus uiueret. Age accedã etiam propius. Si tu Tyrannũ aggressus ut perimeres: deinde uictus ab eo, proiecto etiã gladio, fugeres: atq; is equo te persequutus, equo collapso, præceps in gladium tuum tam opportune caderet, ut eodem transfigeretur: an nõ hic posses eadem omnia dicere: uoluisse te uidelicet, ac uolentem aggressum esse: uolẽtem igitur prudentemq; causas ei mortis attulisse? nam nisi tu illũ fuisses adortus, ille non fuisset occisus. Sed nonne uides: ut eadem opera, uel magis fuga tua gloriari liceat, & ignauiæ tuæ præmium petere? Nam nisi tu fugisses, ille non cecidisset: nisi tu gladium turpiter abiecisses, nec

transfixus

trāſſixus ille fuiſſet. Poſtremo hac ratione ignauos etiā Tyrannicidas eſſe liceat. Quemadmodum licet uolens adortus eſſes ut interimeres: tamen poſtq̄ re infecta fugiſſes, quod poſtea factum eſſet, tuum nō iudicaretur: licet id factum non fuiſſet, niſi tu aliquid ante feciſſes: ita etiamſi Tyrannū perempturus aſcendiſti: filiumq̄, dum patrem quæris, occidiſti: tamē cum pergere ac perficere quod incœperas, uel timore non auſus ſis, uel negligentia nolueris, uel caſu non potueris: ſed re prorſus infecta redieris: quicquid inde poſtea te inſcio atque inſperante prouenerit, id à te profectum eſſe ne dixeris. Siquidem quicquid tuum dici poteſt, ibi deſijt, ubi tu deſtitiſti. At nec iſtud fortaſſis ei quod ipſe fecit ſimile eſſe concedet. Sed mihi hoc pacto rurſus opponet. Is quem tu proponis, non ea mente Tyrannum aggreſſus eſt: ut ſe poſtea uicto ac fugiēte, ille uictor dum perſequeretur, occumberet. Ideóque quod non propoſuit, merito ſuum uocare non poteſt. At ego eo propoſito peremi filium: ut pater ſeſe dolore commotus occideret: atque id facturum animo meo percepi. Videtis Iudices, ut nobis illa diuinatione ſua rurſus occurrit? Quæremus igitur ab eo, quonam pacto præſenſerit? præſciuerit ne? an coniecerit? Si ſe præſciuiſſe reſpondeat, neminem credo ei crediturum: ſin conieciſſe, interim neſciſſe ſe fatetur: ſed opinatum eſſe tantum, hoc eſt, dubitaſſe, incertum fuiſſe: poſtremo quid aliud q̄ ignoraſſe?

ſgnoraſſe? Sed uideamus tamẽ quibus ſignis, q̃ prſpi cuis argumẽtis, rem tam inopinabilẽ ita collegerit cum turam: ut quod alius nemo ſperare potuiſſet, id ille ſibi tanq̃ certum atq; inopinabile propoſuerit. Nouerat inquit, q̃ miſere deperibat filium. Ita ne id tandẽ adeo te certum ac ſecurum reddidit: ut necem eius non tanq̃ forte ſecuturam, ſed neceſſario futurã deſtinares? Scio iudices haud mediocres illos affectus eſſe, quos erga liberos parentũ pectoribus inſeuit natura: neq; tamen aut tantos, aut cuiq̃ tam exploratos crediderim: ut promittere ſibi ac ſpondere audeat, id qd' iſte ſe feciſſe narrat, interempto filio patrem ultroneũ ei comitem futurum. Nam quotuſquiſq; ex his, quorum filij & unici, & chariſſimi quotidie uel morbo cadunt, uel dolo pereũt, uel bello occumbunt, uel caſu intereunt: uſq;adeo moerore conſternatur, ut ſibi mortem ſua ſponte cõſciſcat? Sed amori, inquit, etiam deſperatio non minor occaſio deſyderandæ mortis acceſſit. Quamobrem obſecro: an tu quũ filium perimeres, reliquos unà ſatellites omnes occidiſti? non dices, opinor, ſtragem te tantã feciſſe. Cæteros igitur adhuc retinebat: opum ſatis, uiriũ ſatis habebat. Quapropter uno adẽpto, quũ tot adhuc eſſent incolumes: quorum omniũ intererat maxime hunc incolumẽ eſſe: quur ei uſq;adeo deſperandum fuit, ut nõ ab urbe, ſed ex orbe feſtinandũ fuit? An uſq; gentiũ uiuere quenq̃ hodie ſuſpicemur, qui id feciſſet, quod Tyrannus

rannus iſte fecit? Quid de aliis quærimus? quin te potiꝰ interrogemus, quem ueriſimile eſt de te cõiectura hanc feciſſe, & Tyrannũ ex animo tuo ſpectaſſe. Si tibi ergo filius perimeretur, atq; inſuper imminere uideretur nõ nullum & fortunæ ſimul & uitæ periculũ: num potius eligeres te comitem filio dare, q̃ mortẽ illius ulciſci? An temet ipſe ne ab aliis occidereris, occideres? Certe, ut p te quoq; reſpondeamus, non faceres. Quomodo ergo in mentẽ tibi uenire potuit: ut quod nec alij fecerũt, nec quiſq̃ feciſſet: nec tute facturus eſſes, id Tyrannũ cogitares facturum? At planè, inquit, cogitabã: alioqui cur ibi gladiũ meũ reliquiſſem? Recte, nimirũ ignauiæ tuæ nos admones. Nam cũ hoc dicit Iudices: nonne id uobis uidetur dicere, præſenſi certe: alioqui cur inde fugiſſem? quid enim aliud eſt: alioqui cur gladium ibi reliquiſſem, q̃ alioqui cur inde abiecto gladio turpiter me in pedes dediſſem? Nam quid opus fuit gladiũ Tyranno relinquere? Ne deeſſet ei ſcilicet, quo periret? Ita ne qui omnium gladios timet, ipſe gladio caret? Qui quic quid habet, gladio peperit, gladio poſſidet, gladio tuetur, ei gladius unq̃ abfuerit? O nouũ prodigium Iudices. Tyrannus ſine gladio. Neq; illi gladius defuit, nec iſte gladium ei reliquit, ſed abiecit: nec futurũ quod euenit, uel leuiſſima coniectura præuidit. Sed poſtea q̃ in arcẽ temere (neſcio quomodo) perrepſiſſet, atq; ibi adoleſcentẽ (ut eſt iuuenta ſemper incautior) ſolum, ſecurũ,

ac nihil minus expectantē, de improuiso adortus oppi-
sisset: ac potuisset fortasse progressus, ulterius eadē opera
Tyrannū sustulisse: ilico hominē timor inuasit, intuen-
tem ne uoce uel gemitu morientis audito, iam tū pro-
ditus cōcurrentibus Tyrāni satellitibus, caperetur. Iam
ante oculos eius obuersabātur uincula, carcer, tormēta,
ac mortes mille, mille supplicia: quorum imaginatione
uana perterritus, iam strepitū omnē, omnē sonitum, ac
postremo suam ipsius umbrā expauescens: tam nūc re-
pente timidus, cū ante temerarius, ex arce se proripuit:
nec secum gladiū saltem tollere ausus est: seu ne esset fu
ga tardior, seu ne cū ense deprehensus, insidiatus fuisse
Tyrāno diceretur: quo nūc perempto recurrit insolens,
& tancū ipse occiderit, Tyrānicidij præmium postulat.
Age ergo Tyrānū ipsum nō quæro an peremeris: hoc
tantū quæro, an peremisse potueris: Si nō potueris: er-
go occasionē non expectasti, locū idoneū non elegisti,
tempus opportunū nō captasti: sed temere sine cōsilio,
sine ratione, præceps incœpisti, quod perficere nō ualu-
isti. Nec illū ergo te iactes occidisse, quē te fateris nec po
tuisse. Sin potueris: magnæ profecto uel inertiæ, uel igna
uiæ fuit, quod nō feceris. Imo, inquit, potui: sed de indu-
stria supersedi. Satis iam fecerā, filiū occiderā: patrē do-
lori suo, & gladio meo reliqui, quo eū sese perempturū
præuidi. O inuerecundū, si ista mētiris. O insanū, si nō
mentiris: si tam incredibilia finxisti, miramur impuden-
tiam:

tiã: si tam absurda cogitasti, miramur amentiã. Tu ne adeo eras insanus: ut quũ uno ictu potueris, & uitam tuã, & Reip. salutẽ in tuto collocare: malueris oĩa dubijs fortunæ casibus exponere, & tibi futurũ promittere, q̃d' sanus auderet nemo sperare? Quod si Tyrãnus id uoluisset, quod tute haud dubie feciſſes, & quod illũ quoq; facturũ longe uerisimilius q̃ quod fecit fuit: cõdamasset satellites, coegisset sicarios, armasset carnifices: ac prolato filij cadauere, & natura crudelis, & tã atroci spectaculo irritatus, iram ac furorẽ illũ effudisset: primũ in te, per quẽ filius occisus: deinde in urbem uniuersam, ꝓpter quã occisus est: quæ si cõtigissent (ut tua dementia propemodũ contigerant) neq; tu miser hodie uiueres, qui hoc præmium peteres: neq; nos Rempub. ullam à qua peti posset haberemus. Sed Dij immortales Iudices, uota precesq; nostras recordati sunt: Dij seruitutis nostræ mala miserati sunt: Dij nobis in summis atque extremis periculis auxiliati sunt. Qui quum semper huic urbi succurrere statuissent: id potissimum tempus elegerunt, quo maxime nobis beneficium suum commendare possent. Nam Tyrannus quanq̃ semper erat molestus uiuẽte filio: tamẽ eo nomine minus grauis incumbebat ciuibus, ne miseram penitus atque exhaustã urbẽ filio relinqueret. At eo trucidato ꝓpter quod ante pepercerat, cui dubiũ esse potest, quin fundi tus omnia direpturus fuerit? Postq̃ ergo Respu. istius

primũ temeritate, deinde ignauia in extremũ illud periculum corruisset: superi tẽpus iam uenisse rati, quo perpetuã nobis insculperent fauoris sui memoriã: omnia mala quæ tã prope ceruicibus nostris imminebãt, subito in ipsum Tyranni caput auerterũt: idq; tã celeriter, ut ultro nos periculo liberatos esse, q̃ in periculo fuisse cognouerimus: ne nos interim saltẽ potuisset discriminis tanti metus urgere. Quis Tyrannũ putasset Iudices reperto filij sui cadauere, in sese potius, q̃ in hanc urbem gladiũ fuisse uersurum: nisi nostri studio superi in propriã illum pernicie immissis ei Furijs, agitassent? Itaq; iam nunc uidere mihi uideor micantes latronis oculos, obducta supercilia, cõtractam Frontẽ, genas pallentes, dentes stridentes, labra tumentia. Denicq; qualem Pentheum describunt Poetæ, toto ore, toto uultu, suæ prodentẽ mentis insaniã. Quũ primũ ingressus filiũ reperiret occisum: quid illũ fecisse, quid damasse suspicemur? quid aliud q̃ ut impiũ atq; dementẽ spurcissimo rictu insana in superos euomuisse cõuicia? O Deorũ iram, o numinũ inuidiã. Video cælites odij uestri signa: uideo liuoris atri uestigia. Nihil uobis uiuit iniquius, nihil ambitiosius, nihil inuidentius. Soli imperare, soli regnare uultis: nec satis, ppria felicitate cõtenti, semper aliena tabescitis. Quur nõ mecũ in certamen descenditis? Quur ignauũ insidiatorẽ filio summisistis? Ille quisquis erat, cũ Tyranno in certamẽ etiam ingredi nõ ausus est: hoc certe

certe ſaltē gaudeo, quod nemo ſe poterit Tyrānicidam dicere, nemo Tyrānicidij præmiū petere. Nemo enim Tyrānū occidet hodie, niſi Tyrānus. Tyrānus ego hodie uel Dijs iuitis moriar. Huiuſmodi ergo deliria quū blateraſſet, in gladiū tandē amens ac furioſus incubuit. Tyrānus igit' Iudices iſtius gladio, imo nec iſtius: quip pe quem ante abiecerat, manu quidem ſuapte, ſed ſola Deorū opera perfoſſus iacet. At nunc iſte ſibi cuius ibi nullæ partes erant, primas uendicat. Itaq; qui me ſycophantē uocabas: uide obſecro, uter noſtrū huic ut ꝛio ꝓ pior eſt: ego ne, qui tecū hodie ꝓ Rep. ſuperisq; dimicans, præmiū tamen nec uictor poſtulo: an tu potius, q deſertor ac fugitiuus, cōtendis tamē alijs, atq; his quidē Dijs uincentibus ipſe triūphare? Deſine, deſine aliena uirtute partā tibi arrogare uictoriā. Deſine Deorum in hanc urbē tam clarū obſcurare beneficiū. Deſine Deorū laudibus obſiſtere, & ab hac temeraria petitione deſiſte: quod ſi iſte Iudices moleſtus eſſe prexerit: uos tamen ipſam rē æquis lancibus expendite. Nā iſte quid aliud, cꝫ Tyrannū ut ſibi caueret admonuit? Dij ne cauere ſibi poſſet, ne inſidijs ampli⁹ opus eſſet, effecerūt. Iſte quid aliud cꝫ gladio ſuo Tyrannū in nos oēs ar mauit? Dij gladiū illū à nobis in Tyrāni iugulū retorſe runt. Iſte qd aliud deniq;, cꝫ uniuerſam urbē in ſummū periculū dementia ſua cōiecit? Dij corrigētes iſtius inſa niā, diſcrimē illud ſubito in proſperrimā ſecuritatē con-

uerterunt. Vos ergo Iudices per deos immortales obtestor: per deos huius dariſſimæ libertatis, huius inſperatæ felicitatis autores: ne qđ nobis deorũ omniũ cõſilio ac uirtute ſucceſſit, id uos unius hois amẽtiæ referri ſinatis acceptũ: néue hãc urbẽ unq̃ in deos liberatores tam ingratã eſſe: néue patiamini ut ſalutẽ ſuã debere ſe potius humanæ temeritati q̃ deorũ benignitati fateatur: quos ita demũ ſperare licet futuros ſemp huic urbi propitios: ſi nos eorũ quæ cõtulere memores, eos (uti æquũ eſt) beneficiorũ ſuorũ recognoſcamus autores. Alioqui ſi nos (qđ abſit) ingrati, quæ ab illis p̃fecta ſũt, in alios referamus, gratiãq̃ ſuperis debitã impendamus hominibus: uiciſſim herde metuendũ eſt: ne dij quoq; ſuum erga nos fauorẽ imminuant: ac Reip. noſtræ curã, ut indignæ quæ ab illis curet, abijciant. Quãobrẽ ut aliquãdo finẽ dicendi faciã: quãdoquidẽ iſte peccauit officio: & bono animo male fecit: dijs uero eius peccatũ in commoda noſtra uerterũt: ac dijs quidẽ coegerunt: ſed ſe tamen Tyrannus interfecit: tũ præmiũ qui coegere non petunt, petere autẽ qui peremit nõ poteſt: uos ſentẽtijs ueſtris Iudices & huic ueniã, & ſuperis gratiã decernite: & urbem ab huius præmijs debito quocam liberã eſſe dijs uoluerunt, abſoluite. Dixi.

DECLAMATIONIS THOMAE MORI ADVERSVS TYRANNICIDAM FINIS.

IOANNES FROBENIVS
CANDIDIS LECTORI
BVS S. D.

ERAMVS hijs Luciani Dialogis & Vtopiam Thomæ Mori de optimo Reipub. ſtatu libellum nõ minus utilem quàm feſtiuum, ut liminaris paginæ notauit index, & eiuſdem item Epigrammata addituri, niſi ueriti fuiſſemus, ut nimium excreſceret uolumen. Itaq; ſeorſim illa nitidiſſime & q̃primum typis excudemus. Sic enim plus Mori gloriæ & ſtudioſorum in primis commodo cõſuletur, quibus nihil æque eſt ingratum, ac immenſa multiplicium chartarum coaceruatio. Bene Valete, Mori Vtopiã & eiuſdem Progymnaſmata ac Epigrammata mox ex ædibus noſtris accepturi. Baſileæ, poſtridie Nonas Decembreis, AN. M D XVII.

γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις,

Prudens simplicitas, amorq; recti.

ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

BASILEAE APVD IO.
FROBENIVM
MENSE DECEMBRI
AN. M D XVII.